cit: que tibi conſyderanda relinquimus. Itaqꝫ metire vires tuas fili

optime. Cui vir ille. Nihil eſt tam arduū: tamq̄ꝫ difficile: quod perti
nax opera non expugnet ac diligens cura: ſed de his alias: iam va/
le. Abijt a ſene: a quo ingrediendi facultas data: Sed cum interius
aſſiſteret: Ecce quattuor in cōuentu ratiocinātes: vt aulicoꝝ mos
eſt vſitatiſſimus: illo viſo ad eum conuerſi cāꝫ aduentus querebāt:
Quibus vir ille: expoſita ſuarū rerum iactura ⁊ multis que paſſus
fuerat diſcriminibus dixit: vt illa euaderet ad Dnm ⁊ Principē
per mille pericula rerum aduentaſſet: vt ſub illius aura ⁊ patrocinio
ꝑ ingenuam ſeruitutem hoſtiles ſuoꝝ inimicoꝝ manus contēneret.
Ex ijs vnus: magnā prouinciam ſuſcepiſti ⁊ duram: velle tanto prī
cipi obſequia preſtare. Nā preter ea que a ſene ⁊ ianitore ꝑceperis
que ⁊ nos audiuimus: opus tibi erit nouiſſe Principē nſm ⁊ dnm
vnicum habere filium qui et noſter ⁊ omnium dn̄s eſt: cui ſeruitutem
⁊ obedientiam adhuc preſtari decet. Illico vir retulit ⁊ vt dnm ve/
nerabor ⁊ illi libenter ſeruiam. Attende inquit alter. Huius filius
non ex corrupto ſemine natus extitit: vt ceteri: ſꝫ ex ſpiritu ſancto
⁊ virgine puriſſima ⁊ totius orbis prima. Statim admirans iuue/
nis ⁊ vir magnus. Quō pōt ait de virgine ⁊ ſine ſemine naſci: Mi/
ra narras. Alius ne mireris addidit: hec enim quum datū fuerit de/
ſuper cognoſces: ſed a me hoc habeas. Eundem filium incredibili
amore motum: vt ſeruos redimeret voluntariam mortē ſubijſſe: ⁊
ꝓprium ſanguinē effundere non extimuiſſe. His dictis in admiratio
nē ductus iuuenis exclamare cepit: o mira ⁊ ineffabilis charitas: o
inaudita benignitas: vt ſeruos redimeret non extimuit: ⁊ princeps
filio non pepercit: merito alioꝝ principem ⁊ regum omnium re/
gem appellant: qui ſua pietate omnes preſertim ſuos ſaluos red/
dere ſtudet: merito omnia poſthabui ⁊ ad eum veni: liceat mihi il/
lius aulā ingredi: iugū .n. ſeruitutis illius ſuauiſſimū ſubire deſyde/
ro. Hec cū dixiſſet ardore concitus inextimabili iam aduolabat ad
dnm: tūc qui erat vltimus addidit perſiſte aliquādiu ⁊ audi. Nunc
quē queris dnm ⁊ domini filium non ſolum ſeruos redemiſſe: ve/
rūetiam poſt mortē ad inferos deſcendiſſe: vt viuens ⁊ poſt mor/
tem ineffabilem in ſeruos liberalitatē animi ⁊ dilectionē oſtende/
ret. Quibus auditis ſtupore plenus abijt inſalutatis interlocutori/
bus: ⁊ ad ſecundam aulam perueniēs: aſpexit quorūdam conuen/
tum apud regis ianuā: a quibus interrogatus nō ſine ſtupore in/
audita exponere videbat. Ex ijs qdē. Nūcio tibi gaudiū magnū:
ſūmāq̄ꝫ letitiā inqt: ne expaueſcas. Nā principis ⁊ dn̄i fili⁹: a mor/
tuis ſūma cū victoria reſurgēs ſeruos ab inferis reportauit. Quō
inqt vir ille: triduanus in ſepulchro a mortuis potuit ſurrexiſſe: ⁊

ſeruos reportare:noui q̄nq̃ philoſophie partes. Negant hoc na/
ture leges. Rn̄dit cum noueris illius faciē:oīa tibi fiēt facilia:⁊ oīs
phia inferior. Ecce alter:⁊ ipſum eundē ſcias vſq̃ adeo patri gra/
tū ⁊ dilectū:vt ad celoꝝ ſublimitatē fuerit exaltatus:⁊ ad maieſta/
tis paterne dexteram ſedere permiſſus. Subinde alius. Noli ſane
mirari lȝ mirāda audieris:q̄bus non ſolus tu: ſed vniuerſus ſtupet
mūdus:magis tn̄ miranda hec ſunt. Nāq̃ ex peculiari dono a pſe
ſuſcepto:in corpore ⁊ humana carne glorificata deſcēdet iudicatu
rus viuētes ⁊ mortuos:⁊ illius regni nō erit finis. Ibat ad regem:
ſed retētus ab alio audiuit hūc regis filiū hēe ſibi coequalē:vt nul/
la diſtinctio intercederet:inter ſummū dn̄m:⁊ regis filiū:atq̃ illius
coequalē:niſi in perſonis:vna ſubſtantia:vna eſſentia:vna volūtas
idem amor:⁊ quicq̄d pfectionis in vna:⁊ in altera ſic in tertia repe/
ritur. Q̄uo inq̄t vna numero perfectio in pluribus poterit eſſe:id
penitus eſt ꝯ ſapientū doctrinā poſitū:nec intellectus cape poteſt.
Tūc addidit q̄ cū illis erat. Non implicant ꝯdictionē hec:lȝ primo
intellectu videanť mira ijs quibus nondum fas eſt ea intelligere:
aderit tn̄ hora in qua tibi dubitanti videbunť ſole clariora. Et pre
ter cetera ſic teneas: ea pietatē ⁊ miſericordia dominū abūdare:vt
quāuis ſuoꝝ multa ſint magnaq̃ ⁊ īfinita que forte admiſerint ſce/
lera:ſua tn̄ miſericordia ⁊ benignitate ad ſe cōuerſis liberaliter ſo/
leat cūcta dimittere:fiantq̃ glorioſi ac felices in regno ſuo ſemper
aſſiſtentes. Tūc ⁊ qui fuerat ex ijs vltimus ſubdidit: ⁊ cū eo ⁊ filio
ſuo feliciter ſemper ac perenniter p̄manſuri: gaudētes beata felici
atq̃ ſempiterna vita. Quid amplius dici poteſt? Gaudeas igitur
adueniens:nec te laboris tedeat ac ſudoris:nō bonorum q̄ huius
amore poſthabuiſſe diceris. Et ſine mora exclamauit vir ille ma/
gnus. Gaudeo letor:⁊ ardeo illius amore. Et q̄s nō exciteť tanta
ſpe ꝓpoſita:tot teſtimonijs locupletiſſimis roborata? rogo:oro:
ēt atq̃ ēt obſecro:liceat mihi vobis comitibus aulam ingredi:re/
gem adire:illum ſalutare: meq̃ totū illi tradere. Ecce patuit regia
ianua precedentibus qui interlocutores fuerant ⁊ exultantibus ſu
per illo ad dn̄i ſeruitutem conuerſo:⁊ principi ac dn̄o hoīem obtu
lerūt. Ille viſo tāto regis decore inſolito:ornatu ac ſplēdore incre
dibili:quē pre nimio fulgore intueri nō poterat:dep̄dita oī phia:cō
ſternata oī facultate dicēdi:qua alioq̄ ipſe claruerat:humi ꝓſtrat⁹:
vix hec dicere valuit. Dn̄e:ecce reliqui omnia ⁊ ſecutus ſum te:tu
noſti archana pectoris:ad te venio:ad te cōfugio:in te omnē ſpem
meā dirigo:me totum tibi trado: digneris ſeruū tuum admittere:
⁊ ſeruitium tuum tua benignitate adimplere: ouē que perierat ex

manibus hoſtium liberare:patrocinari:⁊ defendere:atq; ad gregē tuum colligere:⁊ ſub vmbra alarum tuarū continue illuꝫ pmanere. Subinde rex benigne adiecit:Fili vis ad vitam ingredi ⁊ meus eē: Uolo inquit pater ⁊ dñe.Et Rex adimpleuit. Serua mandata ⁊ p̄cepta mea.Quibus auditis:depoſito oi iudaiſmo: abiecta oi grecoꝝ ſapientia:ſeruus Chriſti factus Crucifixū amplexus ⁊ apud eū proſtratus regiam aulam ingredi meruit:⁊ patriam poſſidere ſempiternam. Propterea nō ab re viſum eſt:⁊ nobis certum:Chriſtum Crucifixum ſemper predicare.Hec cum perlegiſſem:⁊ ſubinde me cum aio multa repeterem quid nam figura hec nobis offerret:Et longa literarū ⁊ ſtudij aſſiduitate ac multis authorib⁹:ſubijt recordatio:qua recte memini quis nam fuiſſet huius apologie ſenſus:⁊ qualis vir ille magnus de quo ſcribebat.Et qm̄ vtilis ⁊ ad chriſtianā religionem maximopere ſpectare videbat:non ab re viſum fuit qd de homine illo ſcriptum legimus:⁊ acutiſſimas illius q̄ones ⁊ reſolutiones de articulis fidei habitas ad omnium memoriam:literarum monumentis tradere.Quam ob rem eſto vigilans lector cādide nam iuuat ⁊ prodeſt hec pagina cunctis.

ℭ Figure expoſitio.

HJc vir de quo ſcribitur:Magnus fuit philoſophus ex iudea oriundus:magnus ſane peccator:magnus hereticus:multis inimicis ⁊ hoſtibus circūuētus.Quos hereſis praua:⁊ huius mundi bona que vndiq; multiplicauerat: aduerſus hominē concitauerant:mundo: diabolo:malis hominibus qui ad peccandū continue incitare:⁊ inuitare nō ceſſauerant:ſignis:verbis: operibus:⁊ qd crudelius fuerat inteſtinū bellum incutientes: ſtimulum carnis: q die noctu q; peccatorem miſerum ſemp ſtimulat ⁊ nullatenus qeſcere permittit:vt Barbatus Hieronymus continua pugna ⁊ rara victoria:cuius mali vnicum eſt remedium cauſam amouere: ⁊ occaſionem.Peccator hic magnus volens tot hoſtiles laqueos euadere:⁊ ſuorum ſcelerū penitentiam agere:vt veniam inueniret multas in mundo peregrinationes paſſus:deniq; audiuit orientis partes: rariſſimum ⁊ maximū habere principem ⁊ dñm:q ad ſe confugiētes ſuſciperet:ab hoſtibus liberaret:⁊ ſub vmbra dextere ſue protegeret:ad illum confugit peccator magnus. Quis nam hic maximus optimuſq; dñs poterat eſſe niſi ille ſummus celoꝝ dñs:Prima cā.

Primus motor. Primus finitiuus. Pelagus infinite ſubſtantie. Pa
ter piiſſimus qui ſua pietate ac miſericordia ad ſe confugientes am-
plectitur: ⁊ paterno amore: quo inflamãtus per prophetam dixit.
Si impius egerit penitentiã: ab oĩbus iniqtatibꝰ ſuis: ⁊ fecerit iuſti
tiã ⁊ iudiciũ: vita viuet ⁊ nõ morief: dicit dñs. Nũqd volũtatis mee
eſt mors impii dicit dñs: ⁊ non vt magis ꝯuertatur ⁊ viuat: quaſi
dicat non. Sequitur omnium iniquitatum eius amplius non recor
dabor. Et iterum per alterum prophetam. Nunqd obliuiſci poteſt
mater infantuli ſui: aut virgo ornamenti ſui: q. d. non. Et ſi illa obli
ta fuerit ego aũt non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis depinxi
te. At ſi quereres quo colore: aut qua pictura: non equidẽ acciden
tali ⁊ ext̃nea ſ; ſuo ſanguine p̃cioſiſſimo in ligno Crucis duriſſimo
ꝓ nobis ⁊ noſtra ſalute diffuſo: o mira ⁊ inaudita benignitas: o in
effabilis ⁊ ineſtimabilis charitas. Hic eſt ergo ille ſummus dñs in
oriente de quo ſcribitur. Oriens eſt nomẽ eius. Unde Eccleſia cã
tat. O oriẽs lucis eterne ſplendor ⁊ iuſtitie ſol veni ⁊ illumina ſedẽ
tes in tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ non immerito ſic di: in oriente an
nunciatus eſt: in oriente natus eſt: in oriẽte paſſus eſt: ⁊ Crucifixus
ab oriente aſcendit in celum: vñ in orientẽ ſpiritum ſanctum miſit ⁊
ſuos illuminauit. Hic ad ſe confugientes ⁊ vere penitentes ab inimi
cis liberat ⁊ cuſtodit. Hic ſeuitiam demonũ ⁊ crudelitatẽ coarctat
⁊ infringit. Hic contra mundum ⁊ carnem grãm pſeuerandi preſtat.
Hic ſeruos ſuos in ſui regni ſplendore ⁊ gratia collocat. Hic eſt ille
ſerpens quẽ moſes ſanctus: ⁊ deo gratus in heremo exaltauit in li
gno. Et qui mordebaf a ſerpente: ſerpentẽ attendebat ⁊ ſanabaf.
Sic quẽcũqꝫ momorderit aſtutia ſathane intueaf Chriſtũ in ligno
pendentẽ: reſpiciat ipſum de Cruce clamantẽ: ſitio: ſitio peccatorũ
ſalutem. Reſpice illum pro te patrem orantem: ⁊ dimitte neſciũt qd
faciunt dicentem. Nunc aũt ꝓ eis rogo non pro mundo quia ad te
venio. Reductus itaqꝫ vir ille magnus magno equidẽ labore ad
orientis partes: hoc eſt ad ſummi Dei cognitionẽ: cum ad alta pa-
latia. ſ. Eccleſie ſancte que domus eſt dei appropinquaſſet: audito
Dei verbo: querens inuenit ſenem venerandi aſpectus: cui hoſtiũ
atrii fuerat commiſſum: ⁊ erat hic ianitor Petrus apoſtolorꝫ prin-
ceps: qui portam militantis eccleſie dum viueret cuſtodiebat: ⁊ in
eccleſia triumphãti nunc claues retinet regni celorum. Cum ergo
virum hunc ⁊ philoſophum ipſe diuinus ianitor Petrus vidiſſet:
qui a dilectiſſimo magiſtro audire meruit tibi dabo claues regni ce
lorum. Idemqꝫ philoſophus cum illi appropinquaſſet: ſic adinui-
cem ſunt collocuti.

¶ Sequitur dialogus inter Petrum ꝛ Philoſophum: in quo de primo fidei articulo tripliciter quidem diuiſo iuxta tres veritates ꝛ maximas pertractatur.

PETRUS. Salue o bone vir ꝛ magne philoſophe. PHILO. Tu quoqꝫ ſaluus ſis venerande ſenex. PET. Dic queſo fili: vnde venis: quid ue hic queris ad huius hoſtij noſtri limina ꝛ alta palatia: que ſic mirabundus ꝓſpicere videris? PHILO. Ex partibꝰ occiduis huc aduenio: quero autem ſcire ꝛ cognoſcere verum dominū ꝛ regem regum omniū: eiqꝫ ſedulo inſeruire: non autē (vt ſolent principū terrenoꝝ ſerui) in cibaria menſa: aut itinerario curſu: non inquā in ſcelerum ꝛ vitioꝝ ſecretis: ſed verum illi ſeruitutis mee prebere obſequium: per penitentiā: ꝛ mandatoꝝ ſuoꝝ obſeruantiā. PETRUS. Uide quid agas fili ne ab inceptis deſiſtas: ardua enim ꝛ perdifficilis via eſt: que ad huiuſmodi ſeruitutē adducit. Audi meū magiſtrū dicentem. Arcta eſt via que ducit ad vitam: ꝛ pauci ſunt qui ingrediuntur per illam: larga ꝛ ſpatioſa eſt via que ducit ad perditionē: ꝛ multi ſunt qui ingrediunt per eam. Et iterū qui vult animā ſuam ſaluam facere perdet eam. Et q perdiderit animā ſuā in hoc mūdo ꝓpter me inueniet eā. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucretur anime vero ſue detrimentū patiatur? aut quā dabit homo cōmutationem pro aīa ſua? filius enim hominis vēturus eſt in gloria pr̄is ſui cum angelis ſuis: ꝛ reddet vnicuiqꝫ ſecūdū opa ſua. Et ꝓpterea fili chariſſime opus eſt mundū: diabolū: ꝛ pompas eius poſthabere: ſi ſummo ꝛ vero dn̄o vis inſeruire: vt ad vitam ingredi ꝛ ſalutem inuenire valeas. PHILO. Paratus quidem ſum ad omnia que dicis: dummodo me optime inſtruas in omnibus que credere debeam de vero dn̄o quem aſſeris: ita vt acquieſcat intellectus meus.

De prima veritate: ꝛ maxima: primi articuli. ſ. vnitate Dei.

PETRUS. Oportet te optime philoſophe ſcire ꝛ credere: ꝛ firmiter tenere: hūc vnicū eſſe dn̄m in toto orbe: in celo in terra ꝛ in omnibus abyſſis ꝛ inferis: ꝛ p̄ter eū nō eſſe aliū: neqꝫ in celo: neqꝫ in terra: nec habere equalem: neqꝫ ſuperiorem. PHI. O venerāde ſenex ardeo hec

que dicis ⁊ tenere ⁊ credere: ſed nulla eſt naturalis ratio qua ſemꝑ vſus ſum: que me ducat ad credendum ea que ſic firmiter aſſeris. Nam videntur rationes aliq̄ ꝯ̄rium manifeſte tenere. Conſtat enim in teſtamento veteri populū hebreorum vitulū aureum adoraſſe. Nabuchdonaſor ſtatuam auream adorare precepiſſe: multi etiā antiquoꝝ alios deos: vt puta gentiles: alij martem: ſaturnum alij aliqui ſolem: nonnulli Iouem aut veſtam. Adoratio autem latrie non debeť niſi ſoli Deo: vt patet. Igitur plures fuere dij: de quo Paulus ad Corinthios. Si quidem ſunt domini multi ⁊ dij multi. Probatur ⁊ ratione. Nam plura bona etiam finita ſunt meliora paucioribus bonis ⁊ finitis. Ergo plura bona īfinita ſunt meliora paucioribus bonis infinitis. Tūc ſic. Quicquid perfectionis poteſt eſſe in Deo de facto eſt: aliter non eſſet Deus: ſed eſſe plura bona infinita eſt ꝑfectionis: ergo de facto ſunt plura infinita: ⁊ per ꝯſequens plures dij. Quia nihil p̄t eſſe infinitum niſi ſolus Deus: hec ratio facit aliqualiter fidem in contrariū. PETRUS. Decep tus es fili amantiſſime: ⁊ in errore magno poſitus: in quo ⁊ nos priuſq̄ʒ huius gratiā celitus demiſſam ſuſciperemus: ſed aderit hora in qua cognoſces hec: ⁊ longe plura. Argumēta que moues ſophiſtica ſunt: ſed quia phs es: ⁊ naturam ſequeris: efficiam vt Deū totius nature cognoſcas: tibi ſatiſfaciens. Qui quidē Deus ⁊ ſolus nec fallere ne falli poteſt: ⁊ vt tibi obſequia in dicendis preſtem a naturalibus quantum fas fuerit non recedam ⁊ propterea. Dicimus eſſe plures deos implicare contradictionē. Sed tātum vnus ſolus ⁊ immenſus eſt dñs: omnino indiuiſibilis ⁊ impartibilis: omnino ſingulariſſimus: cuius nature repugnat in diuerſis ꝑſonis eſſentialiter diſtinctis reperiri: ⁊ ipſum Deum vnicum non habere equalē ſibi deum: neq̄ʒ ſuperiorē. Quod eſſe verū probať multipliciter. Primo. Quia ſi poſſent eſſe plures dij: de facto eſſent infiniti dij: ꝯñs eſt falſum ⁊ impoſſibile: ⁊ cōtra oēm veſtram doctrinā philoſophicam: q: non datur proceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis: vt patet per vos: cōſequētia probatur: quia omnis natura que non eſt de ſe hec ⁊ ſingulariſſima: ſed poteſt eſſe in multis: quantū eſt ex ſe poteſt eſſe in infinitis: verbi grā natura humana quia de ſe non eſt hec: ſed reperitur in ſorte ⁊ Platone: quātum eſt ex parte ſua: nō repugnat eſſe in īfinitis hominibus: ſi ergo natura diuina non eſt ex ſe hec ⁊ ſingulariſſima: ſed poſſet reperiri in multis. Cum in diuinis quicq̄d poteſt eſſe ad intra: de facto eſt: quia nihil eſt in potentia ibi quin ſit in actu: ſequitur q̄ ſint infiniti dij: cuius oppoſitū theologica atq̄ʒ philoſophica ſcola ꝓclamat.

Obiectio prima cōtra vnitatem Dei.

Efficax ratio contra vnitatem Dei.

Implicat cōtradictiōem plures eē deos

Secundo

Secundo arguo ſic. Certū eſt ꝙ infinitum excedi nō poteſt eo mō quo eſt infinitū: ſi intēſiue intenſiue: ſi extenſiue extēſiue: patet quia aliter infinitū nō eſſet infinitū. Si enim per impoſſibile manus mea eſſet infinita in quantitate: ⁊ poſſet excedi ab aliqua alia manu: ſequeretur ꝙ manus mea non eſſet infinita in quantitate: quod eſt oppoſitū preſuppoſiti. Tunc arguo ſic: omnis pfectio que poteſt numerari in diuerſis plus pfectionis habet in pluribus ꝙ̄ in vno ſolo. ſicut pȝ octauo de trinitate capi. 1. Et hoc verum eſt qñ illud numeratur ⁊ diſtinguit in eſſentia ⁊ perfectione: ergo cum natura diuina ſiue Deus ſit infinitus: ſeqtur ꝙ non poteſt eſſe ⁊ numerari ⁊ diuidi in multis: ergo non poſſunt eſſe plures dij. Tertio arguo ſic. Si eſſent duo dij: ſint. a. ⁊. b. certū eſt: vt preſupponimus: deus eſt omnipotens: h oc eſt poteſt ꝓducere oē poſſibile: ſaltē habet per fidē. Si ergo vnus Deus vellet ꝓducere omne poſſibile: ſiue oēm creaturā: ⁊ alius Deus poteſt velle ſiue non vult producere oēm creaturā. Tunc vnus Deus faceret alium Deū nullipotentē: patet: qa ſcđs deus deſtrueret oia que fecit primus: ⁊ ſic primus nō eſſet omnipotēs: qa eſſet impeditus ab alio: deſtruendo omnia que ille alius fecit: aut ſi alius non poſſet hoc facere: cum ſit factibile: ſequeretur ꝙ ſecūdus nō eſſet omnipotens: ⁊ per cōſequēs neuter eſſet Deus: quia ſi Deus eſt: poteſt facere omnia poſſibilia: ⁊ ſimiliter deſtruere oia: ⁊ per cōſequens ſi vnus Deus vellet aliqd facere: ⁊ alius vellet illud deſtruere: tūc vnus deſtrueret effectum alterius: ⁊ ſic vnus faceret aliū nullipotentē: deſtruendo effectū alterius: ⁊ per cōſequens neuter eſſet Deus. Et ſi dicaſ ꝙ concordant in volūtate ſua: quāuis de hoc nulla ſit neceſſitas. Sed quaſi fecerint pacta. Contra adhuc neuter eorū eſſet Deus omnipotēs: quia ſi vnus eſt omnipotēs: poteſt ꝓducere ſuo velle quodcunqꝫ aliud poſſibile volitū a ſe: ex hoc ſeqtur ꝙ alius deus nullum corpoteſt ꝓducere ſuo velle: ⁊ ita non eſt omnipotēs. patet: q2 impoſſibile eſt duas cauſas eſſe totales eiuſdem ordinis: reſpectu eiuſdē effectus: q2 ex quo cauſatur ab vna: impoſſibile eſt ꝙ ſit ab alia: q2 aliter idem poſſet ſimul eſſe ⁊ non eſſe. Multe alie eſſent rationes pertractatione. Tum q2 vnus deus non perfectiſſime intelligeret alium deū. Tum q2 eiuſdē intellectus ⁊ voluntatis non poſſunt eē duo obiecta adequata. Tum q2 tunc intellectus eſſet perfecte beatus in duobus obiectis eque primo. Tum quia eſſent due prime cauſe efficientes: ⁊ duo fines: ⁊ ſic ineſſentialiter ordinatis nō eſſet ordo. Tum qa idem effectus dependeret a duabus cauſis totalibus eiuſdem ordinis: que omnia ſunt abſurda. Sed quando hec

Si poſſent eſſe plures diu natura diuia nō eſſet infinita.

Si eſſent plures dii deꝰ nō eſſet oipotēs.

Multe ſunt rationes demōſtrātes plures eſſe deos eſſe impoſſibile.

materia difficilis eſt ſatis: ⁊ tibi forſitan non incognita: viſum eſt ſilē
tio cetera preterire: concludens tñ ex ſuperioribus impoſſibile eſſe
dari plures deos. Sed tantum vnus eſt ſolus: qui ſua ex ineffabili
eſſentia: ſubſtantia: ⁊ natura: ſingulariſſimus eſt ⁊ omnino indiuiſibi
lis omnino impartibilis hic Deus ex ſe: a quo cuncta dependent.

Obiectiones philoſophice contra ꝓbatione de unitate Dei.

PHILO. Hec venerande ſenex dicta tua maxime efficacie ⁊ dire
cte propoſitum videntur concludere: ſed a noſtra philoſophica do
ctrina nō parum ſunt aliena: ſemper enim ad ſupernaturalia tendis
ad que intellectus meus vtpote naturalibus ⁊ nutritus ⁊ allectus
vix pt̄ cōſcendere: fiant igitur (rogamus) hec nobis: vt ijs meus ac
quieſcat intellect⁹ faciliora. Et precipue ſecunda illa rō que funda
tur ſuper infinitatem dei non ↄcludit ↄ̄ nos: q: nos negamus ſcd̄m
doctrinā philoſophicam deum eſſe infinitum intenſiue: licet dicam⁹
deum eſſe infinitum extenſiue ſiue eternum. Scd̄a ratio: que funda
tur ſuper oīpotentiam adhuc eſt nobis incerta: quia negamus deū
eſſe omnipotentem: eo modo quo vos tenetis: ſcilicet ꝙ poſſit pro
ducere oē poſſibile immediate: quia non niſi mediantibus cauſis ſe
cundis: hac igitur de cauſa vellē vt iſta clariori modo demoſtrares.

PETRUS. Quid dilecte fili ⁊ philoſophe miraris ſi a vr̄e do
ctrine ⁊ profeſſionis ſtudio eſſe videantur aliena: cum ea tm̄ conſy
derantur: que in naturali doctrina ac philoſophica ſcientia materie
ſunt immerſa: hec autem ſupernaturalia ⁊ diuina arcana ⁊ eſſe vi
dentur: ⁊ re ipſa ſunt: que omnem humanum intellectum ſuperant
cum ergo queris faciliora fieri. Faciam ⁊ libentiſſime quantum mi
hi erit poſſibile (tamen iſte rationes non erunt tante virtutis ⁊ effi
cacie) ne videantur rationes prius facte non concludere: ⁊ ppea di
co ꝙ ille directe concludunt. Et cum dicitur ꝙ vos negatis Deus
eſſe infinitum intenſiue: licet ſit infinitus extenſiue hoc eſt eternus.
Dico ꝙ licet Deū eſſe infinitū intenſiue ſiue infinite perfectionis:
forte non poſſit demoſtrari ratione naturali ⁊ a priori: tamen infi

Solutio obiectionis prīe.

nitas non videtur repugnare entitati. Adhuc dico ꝙ ratio illa con
cludit propoſitum: patet quia certum eſt ſcd̄m doctrinam veſtram
philoſophicam: Deum ſiue primam cauſam eſſe ſummū bonum: ali
ter non eſſet Deus. Tunc arguo ſic. Omnis perfectio que poteſt
diuidi: ⁊ reperiri in pluribus: plus perfectionis habet in pluribus:
q̄ in vno ſolo. Si ergo natura diuina erit maioris perfectionis in
illis pluribus q̄ in illo vno Deo: natura diuina in illo deo non eſ
ſet ſumma: patet quia maioris perfectionis eſſet in illis pluribus
q̄ in illo ſolo: ⁊ per conſequens non eſſet ille Deus ſummū bonū
⁊ per conſequens non eſſet Deus: quia deficeret ſibi aliqua perfe

tio:⁊ ſic eſſet in potentia:⁊ non actus puriſſimus.Cuius oppoſitū
omnis ſcola tam theologica:q̄ philoſophica proclamat.Preterea
⁊ ſecundo:cum dicis ꝙ ſecunda ratio non concludit: eo ꝙ vos ne/
gatis Deum eſſe omnipotentem:eo modo quo nos dicimus deū Solutio oble ctionis ſcdꝫ
eſſe oīpotentem.Dico ꝙ poſito ꝙ ratione naturali non poſſit de/
moſtrari Deum eſſe oīpotentem:id eſt ꝙ poſſit omne poſſibile im
mediate producere:ſcilicet ſine cauſis ſecundis ſiue ſine creaturis:
tū adhuc dico ꝙ ratio concludit propoſitum:quia ſi vnus Deus
vellet producere vnum effectum in eſſe puta filium Joannis mediā
tibus cauſis ſecundis:ſcilicet ſole ⁊ patre:alius Deus poſſet nolle
filium Joannis eſſe:⁊ ſic faceret illum alium Deum nulli potētem:
deſtruendo effectum illius:⁊ ſic econtra:⁊ pariformiter de omni/
bus alijs effectibus:⁊ ſic neuter eſſet oīpotens:non tantum loquen
do de omnipotentia:eo modo quo nos loquimur:ſed etiā de om/
nipotentia ſecundum viam veſtram philoſophicam:ſcilicet ꝙ neq̄
immediate:neq̄ mediate Deus poſſet producere omne poſſibile.
Cuius oppoſitum omnis ſcola tam theologorum q̄ philoſopho/
rum proclamat : patet ergo ꝙ illa ratio de omnipotentia bene cō
cludit:⁊ ſic ſtant rationes in vigore ſuo.Cum ergo dicis te velle me
clarioribus ⁊ facilioribus rationibus procedere:ob tui gratiam ⁊ Si eſſent duo
ſatiſfactionē dicam:licet non fuerint tante efficacie ⁊ virtutis vt dī/ dii deus non
ri.Arguo ergo ſic:ſi Deus eſt ſummū ⁊ infinitū bonum ergo ꝯtinet eſſet deus.
omnem perfectionē.Quero tunc ſi ſunt duo dij:aut vnus Deus
continet perfectionem alterius:aut non.Si cōtinet vnus perfectio
nem alterius:ergo alius non eſt deus:quia non eſt ſummū ⁊ infini
tum bonum:patet:quia omne quod continetur in alio:eſt imperfe
ctius eo:patet quia continens vt continens eſt imperfectius contē
to vt contentum:⁊ maxime loquendo de continentia virtuali:patꝫ
quia es quod continetur in argento:eſt imperfectius argēto:⁊ ar/
gentum quod continetur in auro:eſt imperfectius auro.Si autem
vnus Deus non continet perfectionem alterius:ergo ille non eſſet
ſummum ⁊ infinitum bonum:⁊ per conſequens non eſſet Deus:⁊
ſic neuter eſſet Deus.Preterea:vbi non eſt ordo ibi eſt maxia ꝯfu
ſio.Sꝫ ſi eſſent duo dij:ibi nō eſſet ordo:nec in reb⁹ creatis eſſet ali
qs ordo:ſed oīa eſſent in quadam confuſione:patet antecedens:qa Si eſſent duo
ordo eſt prioris ⁊ poſterioris:quia ordo dicit relationem inter ali/ dii non eēt ali
qua duo:verbi gratia ideo inter vnitatem ⁊ dualitatem eſt ordo: qs ordo neq̄
quia vnitas precedit:⁊ eſt prior dualitate:cum ſit principium nume i n[illegible]tura crea
ri.Et inter dualitatem ⁊ trinitatem eſt etiam ordo:q: dualitas pre/ ta neq̄ icreata
cedit trinitatem:tanq̄ pars ſuum totum:iter aūt dualitatem ⁊ dua

litatem non eſt oꝛdo:quia vna dualitas non eſt prioꝛ neqꝫ pars re/
Nota de multiplici ordĩe.
ſpectu alterius dualitatis.Sic in pꝛopoſito ſi eſſent plures dij inter
illos non eſſet aliquis oꝛdo:non pꝛioꝛis ⁊ poſterioꝛis in duratiõe:
quia ſic non eſſet eternus poſterius duratione.Nec pꝛioꝛis ⁊ poſte
rioꝛis intenſiue ſiue in perfectione:quia alter non eſſet ſummum bo
num:⁊ per ꝯñs non eſſet deus.Nec effectus ad cauſam:qꝛ non eēt
creatoꝛ ⁊ deus:ſed creatura:nec aliquis alius oꝛdo reperiri poſſet
inter illos:⁊ per ꝯñs nullus oꝛdo in creaturis:patet quia oꝛdo crea
turarum dependet ex oꝛdine primi entis:⁊ vnitate eiuſdem:cuius
Non dantur due cauſe eq̃ prime.
oppoſitum clare videmus in cunctis rebus creatis : patet etiam ꝙ
non dantur due materie pͥme:nec due cauſe formales:nec due cau
ſe finales:pꝫ quia neuter eſſet pꝛima nam dicitur pꝛima reſpectu ſe/
cunde.Sed ſi eſſent due cauſe eque pꝛime:nulla eſſet ſecunda : ⁊ p
ꝯñs nec pꝛima:ergo pariter ⁊ in alijs:cum de ſimilibus idem ſit iudi
cium:non ſunt due cauſe efficientes pꝛime:⁊ per ꝯñs non ſunt plu/
res dij:hoc eſt ꝙ pꝛinceps videtur dicere philoſophoꝝ.12.metha.
non bonum pluralitas pꝛincipum vnus pꝛinceps . Et deus immẽ/
tibilis qui non fallere nec falli poteſt ait deutero.vi.c.Scema iſrael
adonai helohenu adonai hehat.i.Audi iſrael deus deus nr̃ deus
vnus. Et per os Eſaie pꝛophete exclamat pꝛeter me nõ eſt deus.
Et ideo fili cariſſime ad argumenta veſtra reſpondeo . Et pꝛimo
ad ſcd̃m ⁊ ſcd̃o ad pꝛimũ.Cum ergo dicis ꝙ plura bona infinita ſũt
perfectioꝛa paucioꝛibus bonis finitis:ergo plura bona finita ſunt
pfectioꝛa paucioꝛibus bonis infinitis . Rñdeo ⁊ dico ꝙ plura bo/
na finita ſunt perfectioꝛa paucioꝛibus bonis finitis: vbi pluralitas
non includit contradictionem. Sed in pꝛopoſito plura eſſe bona
infinita:ſiue plures eſſe deos includit ꝯdictionem:vt iam dictũ eſt.
Et ideo non valet conſequentia:patet in ſimili quia licet plura indi
uidua eiuſdem ſpeciei ſint melioꝛa paucioꝛibus:tamen infinita non
ſunt melioꝛa:quia includunt ꝯdictionem eſſe infinita in actu . Et ſic
patet ad ſecundam rationem.Similiter reſpondeo ad pꝛimã.Cum
dicis ꝙ in veteri teſtamento ⁊ etiam gentiles plures adorauerunt
deos:alij ſolem:alij lunam:alij martem:alij iouem ⁊c̃ . ⁊ adoꝛatio
latrie non debetur niſi ſoli deo:ergo plures ſunt ⁊ fuerunt dij.Di/
co ꝙ adoratio latrie dabitur ſoli deo:ſed illa quibus dabatur talis
adoratio:non deus ſiue dij:ſed idola ſurda muta ⁊ vana erant:que
demon inferoꝛum poſſidebat:⁊ per idola illa homines decipiebat:
Paulus loquitur de dijs nũcupatiue.
quia in illis habitabat:⁊ multa ſigna in illis exercebat.Et ideo cum
Paulus ſocius meus dixiſſet.Itaqꝫ ſunt dij multi ⁊ domini multi.
Loquitur Paulus de idolis.Et ideo de dijs nuncupatiue:qꝛ apud

adoratores ⁊ idolatras vocabantur dij. Licet mentirentur: pȝ ergo non plures eſſe deos: ſed vnus ſolus ⁊ immenſus eſt deus omnino indiuiſibilis: omnino impartibilis: omnino ſingulariſſimus: qui ex ſua propria natura ſubſtantia ⁊ eſſentia eſt ex ſe hic deus: cui omnis bonor ⁊ gloria: omnis adoratio ⁊ reuerentia exhiberi debet: vide ergo fili cariſſime ꝙ ſi vis domino noſtro ſeruire: ⁊ in eius regno permanere: ⁊ ſalutem propriam acquirere: opus eſt vnum tantum credere deum eſſe: dominum cunctorum dominorum celi ⁊ terre ⁊ omnia que in eorum ambitu continentur: oportet itaqȝ vnum/quemqȝ qui voluerit ſummo principi deo ⁊ optimo obſequi ⁊ ſer/uire: ſpiritu ambulare: ſic.n. dicitur. Spiritu ambulate: ⁊ ſcḋm ſpiri/tum ſanctum opera veſtra facite. Et deſyderia carnis nō pficietis: id eſt delectationes ⁊ concupiſcentias quas caro ſuggerit opere non adimplebitis. Caro.n. ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm: ſenſualitas .ſ. ꝯ ra/tionem. Et ſpūs aduerſus carnē. Hec.n. ſibi inuicē aduerſantur: ca/ro.ſ. ⁊ ſpūs ⁊ non immerito: ipſa namqȝ caro natione terreſtris eſt: ſpūs vero celeſtis: ⁊ dum vnumquodqȝ ad ſuam patriam ⁊ princi/pia tendit: vel tendere nititur: fit vehemens pugna. Et non q̄cunqȝ voluerit homo ſm rationem illa faciet: impeditus motu ſenſualita tis. Et iō ſi ſpū ducimini: hoc eſt ſpūs ſancti inſtinctū ſequētes. Nō eſtis ſub lege: q̄ male agentibus poſita eſt vt puniant ꝓ ſuis exceſſi bus. Opera carnis qm̄ ſunt ſenſibilia manifeſta ſunt: vt fornicatio immūdicia: impudicicia: ⁊ horum generale vocabulum luxuria: aua ritia: q̄ eſt idoloꝝ ſeruitus: veneficia ⁊ incantationes q̄ rōne libidi/nis fieri ſolent. Inimicitie latentes animo. Contentiones in verbis. Emulationes in factis. Ire: Rixe in effectu nocendi. Diſſenſiones cū ſeditionibus. Sciſmata: ſecte: hereſes: inuidie in aīo. Homicidia ſ. facto: ebrietates in potu. cōmeſſationes in cibis ſupfluis. Et adhuc hs ſilia q̄ carnis ſunt. Que tn̄ predixiſſe volui qm̄ qui talia agunt ob ſequiū deo preſtare non pñt: neqȝ regnū dei ꝯſequent: hec ſocius Paulus frequenter intonat. Age bone fili ſi volueris huic dn̄o ſer/uire: ſumme necium erit vnū ſolū deū adorare: ⁊ illi totis viribus ⁊ virtutibus ſeruire: illumqȝ ſup oēs creaturas diligere: ⁊ potius tibi mortē: ⁊ olum elementoꝝ deſtructionē eligere: quā illum mortali/ter offendere: aut aliquē illi ꝑponere. Sȝ heu: heu: quot: quot ſunt quoꝝ pene numerus non eſt: qui non vnū ⁊ verū deū adorāt: ac ve nerant: q peſſimi idololatre facti ſunt: creaturas viliſſimas colentes ſpurcitiā carnalitatē: ⁊ immunditiā deo ꝑponentes: mundū cum eius delicijs ſup oīa diligentes: deū eternū ⁊ imortalem: ⁊ ꝯtinue: ⁊ mor taliſſime ledētes. Nunqd illi deū adorent: vnū ſolū. Nunqd colāt/

nunqd ſeruiant? Nunquid intrabunt in vitam eternam? certe non:
non. n. veri dei adoratores ſunt: ſed idololatre peſſimi. Audiat hec
q oēm curam ⁊ ſollicitudinem in rebus fortuitis poſuit: qui die no
ctuq; cogitat proximū decipere: ⁊ illius bona ſurripere: atq; vſur/
pare. Nūquid deo ſeruiat: qui continue ledere non ceſſat? Audiat
auarus q ſua auaritia ac tenacitate in arctiſſimis neceſſitatibus pau
peres inculcare ⁊ ſupprimere non erubeſcit: vt pecuniam augeat:
quam magis q̄; deum adorat. Nunquid Deo ſeruit: ⁊ in vitā eter
nam intrabit? certe non. Audiat hec ſuperbus qui ſua elatione ani
mi: ſua dementia ciuitatē totā perturbat: vt ſeſe omnibus preferat:
Deum minime timens ⁊ proximum ſemper offendens. Nunquid
in vitam eternam intrabit? certe non. Audiat luxurioſus ⁊ immun/
dus porco ſimilis: qui aſſidue in luto carnis in corruptela eius ⁊ i/
munditia permanet: qua delectatur ⁊ gaudet: propter quā morta/
liſſime deum offendere non timet. Nunqd deum adoret ⁊ colat?
Nūquid vitā eternā poſſidebit? certe non. Audiat hec inuidus q
bona proximis nō ſolū non dare: ſed qd deterius eſt videre nō pōt:
q illius malis gaudet: ⁊ bonis triſtatur: ⁊ veluti ferrū erugine cōſu/
mitur. Nunquid deo ſeruiat? certe non. Audiant hec detractores
qui nomen ⁊ famam proximi ⁊ illius gloriam ⁊ decus detrahere ⁊
depravare non deſinūt. Audiant raptores bonorū alienorū vſurpa
tores: audiant vſurarij: qui ſecuri ſunt latrones: qui carne pupillo/
rū: pauperū: ⁊ innocentum ſanguine nutriūtur: audiant illorū veſti
menta ſanguine chriſtianorū inebriata ⁊ intincta: nunquid deo ſer/
uiāt? nūquid illum ſup omnia diligant? nunqd ⁊ porta regni celo/
rū illis pateat? certe non. Audiant oēs qui vxores: filios: nūmos:
cōcubinas: carnalitatē: poſſeſſiones vt veri idololatre adorant: ⁊
venerant: ⁊ creaturā creatori preponūt: ⁊ deum pp illas offendere
nō curāt. Nunqd huic noſtro principi ſeruire vitant: nunquid dili
gant? nunqd timeant? certe non. Nunqd in aula felicitatis eterne
admittentur: vt gaudeant ⁊ letentur in ea? certe non. Quamobrē
bone fili: ſi deſyderas aulam ingredi celi: ſi volueris vitam eternā
inuenire: ⁊ illam perpetuo poſſidere: derelinque huius mundi ido
la: ⁊ preponas creatorem creature: ⁊ ſtatuas vnum deum adorare
⁊ illū ſuper omnia diligere: ſicq; poteris firmiter in omnibus per/
manere. PHILO. Aſſentio omnibus que dixiſti venerande pa/
ter. Et deum eſſe vnicum confiteor.

¶ De ſecunda veritate ⁊ maxima ſecundi articuli:
ſcilicet omnipotentia Dei.

PETRUS. Siſte parumper ſapiētie amatoꝛ gradū: nec tam cito a me feſtinus diſcedere: lōga etenim adhuc nobis ſupeſt via: nec tā facilis eſt ad pꝛincipis aulā īgreſſus: cuiꝰ tu ſubire ſeruitutē deſyderas. PHI. qd ē: PET. Pꝛeter ea q̄ diximus q̄ ⁊ credere ⁊ tenere opꝫ: bone filii ipſum dn̄m eſſe omnipotētiſſimum: qui ſua omnipotentia omnia fecit ⁊ omnia annihilare pōt: in quo ſunt omnia: a quo omnia: ⁊ per quē omnia. PHILO. Nō poſſum venerande ſenex non fateri vera apud te pꝛeſertim qui tua ex bonitate ⁊ etate: nō potes niſi vera audire ⁊ loqui: vt ſuperius de te ipſo locutus fuiſti. Nā q̄ hactenus ⁊ rōnibus multis ⁊ pſuaſionibus eſt dictū: fuit a me admiſſum ⁊ cōpꝛobatū: vt libēter tibi manꝰ vinctas dederim. Nūc q̄ dicis admodū a me aliena hoc eſt ab intellectu q in his acqeſcere nō poſſit: ⁊ a doctrina noſtra philoſophica: immo penitus abhoꝛrēt ab vtraqꝫ deciſione ⁊ mente: ⁊ idem eſſet: hanc viam ſequi: ⁊ totā philoſophoꝝ doctrinā abnegare. Inſuper que ſunt ꝑpoſita: ardua ſunt: obſcura quibuſdā verbis aut terminis re/citata: nunqꝫ nobis alioqui intellecta. Quomodo igiť dato ꝙ deꝰ ſit vnicus ſicut de vnitate eius ſatis dictum eſt: poteſt eſſe omnipotētiſſimus: Et quō ſua ⁊ vnica omnipotentia potuit facere omnia: Et qō maius eſt quod dixiſti in vltima parte poſſit omnia annihilare. Et quoniā addideris: vel per modū expoſitionis: vel via poſi/tionis tria: in quo ſunt oīa: a quo oīa: ⁊ per quē oīa: non negabo qd mihi acciderit inter hec audienda: opinabar pꝛofecto eſſe in ſo/phiſticis rōnibus: aut in his que cōmuniter ſophiſmata logici ap/pellitare ſolēt: que inter bonos philoſophos ⁊ ratiocinatoꝛes ad/mitti non debēt: ſed potiꝰ fugari: dubito eqdē: reddas me clarioꝛē. PET. Non eſt qō ⁊ dubitas ⁊ ꝓponis ꝓtēnendū: ⁊ ſi petitio bꝛeuis eſt: ⁊ paucioꝛibus explicata verbis: eſt tn̄ lōgioꝛibus ſoluēda. Ut tandē elucefcat clarius. Tria ſunt bene ⁊ oꝛdie debito cognoſcenda. Pꝛimum: quid vult dicere deū eſſe omnipotētē. Secundū: quid de hoc ſenſerunt philoſophi. Tertium: quid tenendum. Ad pꝛimum conuertens verba ⁊ ſententiam meam dico: ⁊ bꝛeuiter ꝙ deum eſſe omnipotentem ſecundum veritatē: non eſt aliud q̄ꝫ deū poſſe pꝛoducere omne poſſibile: ſiue omnem creaturam: ſiue cauſis ſecundis efficientibus: ſiue ſine creaturis: dummodo pꝛoductio illius non includat contradictionem: verbi gratia: Deus ſol ⁊ homo generant hominem: licet ergo filius Joannis ſit a Deo ſole ⁊ patrē ⁊ matre: tamen Deus abſolute poteſt pꝛoducere

Quid eſt deū eſſe omnipotentem.

filium illũ:ſine ſole ⁊ patre ⁊ matre ⁊ omnibus alijs creaturis: ⁊ ſic poteſt facere de omni alia creatura abſoluta. ſ. producendo illam ſine alijs cauſis efficientibus:hoc ergo vult dicere deum eſſe omnipotenté:poſſe producere oém creaturã abſolutam ſine quacũqꝫ creatura cõcurrente tanqꝫ cauſa efficiente ⁊ hoc quo ad primũ ⁊c. PHILO. Pater ⁊ cuius obſeruanda ſenectus eſt:nimiũ hec poſitio a veritate philoſophica recedit:niſi etas me cogeret ad obſeruãtiã:dicerem hoc eſſe delirũ:⁊ non illius qui vera loqui debeat.

Quid de hoc ſenſerunt philoſophi.

Audiui etenim quid eſt deum eſſe omnipotété per te:dicam quod nos vere ſentimus. Nam hoc qd dicis ad noſtrã poſitioné non ſolum non videtur vera ſed ét impoſſibilia. Nam ex iſta poſitione videtur ſequi multa impoſſibilia ⁊ falſa.

Obiectio prima philoſophica contra dei oipotentiam.

Primo ſequeretur ꝙ omnia euenirent de neceſſitate:⁊ nulla eſſet contingentia in creaturis : ſi deus immediate pduceret oém creaturã ſine omni alia cauſa ſecũda. Et pbatur. Nam octauo phyſi. phus ait. ꝙ quicqd Deus põt immediate cauſare ⁊ hoc totaliter:neceſſario cauſat: quia nõ videt poſſe poni cõtingentia ad cauſandũ ⁊ non cauſandũ:niſi pter aliquam mutabilitaté in agente:verbi gratia ſi volo mutuare vel donare hunc librũ petro:⁊ cras nolo illum donare : non poteſt eſſe ſine mutatione volũtatis mee:qꝛ voluntas mea eſt cauſa totalis illius donationis. Sic in ppoſito ſi deus poſſet imediate pducere omné creaturam:omnis creatura totaliter ⁊ preciſe dependeret a deo:⁊ ſic nulla poſſet eſſe nouitas ſiue contingentia in creaturis:ſꝫ ſi aliqua eſſet nouitas ſiue mutatio:eſſet ex parte dei:qd eſt impoſſibile:vel crearent oia de neceſſitate:⁊ negaretur liberum arbitriũ qd eſt falſum.

Obiectio ſecunda contra dei omnipotentiam.

Scdo ſequeret ꝙ oés cauſe ſecũde ſiue omnes creature priuarent opationibus ſuis:⁊ per pñs proprio eſſe : qd apud nos philoſophos eſt impoſſibile:qꝛ alique creature vt celum ⁊ intelligétie ſunt neceſſarie:⁊ per pñs non poſſunt non eſſe:antecedés patet:qꝛ ſi deus eſſet cauſa totalis calefactionis:que nunc cauſatur ab igne:ergo ignis non calefaceret. Similiter ſi deus produceret omnes fructus quos arbores nunc producũt : ergo arbores non pducerét illos:⁊ ſic de alijs:cõſequentia patet videlꝫ ꝙ priuarétur pprio eſſe:qa ſcdꝫ cõmé. 9. metha. ſuper illud igitur poſſibile. Cum enim entia nõ habebunt operationes pprias:non habebunt eſſentias pprias.

Obiectio tertia contra dei omnipotentiam.

Tertio ſequeret:ſi deus eſſet cauſa imediata ois creature:ergo cauſaret omné motum:⁊ tunc ſeqtur : vel ꝙ motus fieret in inſtanti:vel ꝙ virtus finita in equali tempore moueret cum virtute infinita:que omnia ſunt abſurda ⁊ impoſſibilia. PET. Arguto ſane ingenio argumentaris: ⁊ veſtre iſti philoſophie innitens es deceptus.

es deceptus. Sed ne ſophiſticis rationibus ⁊ philoſophicis principijs fidem adhibens in errore perſiſtas: pro ſenectutis mee viribus: cuius eſt munus vera dicere: illis ſi prius quid theologi. idest diuini ſermonis interpretes: ⁊ rerū ſupernaturalium ſpeculatores ſentiant dixerimus: reſpondere conabimur. Dico igitur Deum ſic eſſe omnipotentem: qui ſine quocunq; alio agente poſſit cauſare quodlibet cauſabile: ſiue omnem creaturam. Et licet ex puris naturalibus non poſſit demoſtrari: nec demoſtratione propter quid: nec quia: ſed eſt mere creditum. Et ideo veritas infallibilis Deus eternus per os Moyſi intonuit dicens: bereſit bara belohim. i. In principio creauit Deus celos ⁊ terram: tñ adducitur talis ratio pro veritate. Virtus actiua cuiuſcunq; cauſe ſecunde eminentius eſt in prima cauſa ⁊ in primo agente q̄; in ipſa cauſa ſecūda patet quia virtus ⁊ perfectio prime cauſe eſt infinita: vel ſaltem ſumma: aliter non eſſet Deus ſiue prima cauſa: ⁊ per conſequens perfectio ⁊ virtus actiua omnium creaturarum eminentius eſt in prima: aliter non eſſet Deus. Tunc arguo ſic: habēs virtutem actiuā eminentius ⁊ perfectius poteſt producere effectus illarum abſq; illis: q̄; que diminute habent virtutes illas: patet quia ad productionē effectus non requiritur imperfectio virtutis actiue: quia nulla imperfectio eſt ratio ⁊ cauſa agendi: ſed eſt magis impedimentum actionis. Et cōfirmatur ratio: quia videmus cauſas equiuocas: puta ſol ita perfectos effectus producere. Sicut vniuocas: quod non eſſet niſi haberent virtutē actiuam eo modo quo ſufficit ad cauſandum pfecte: non aūt habent virtutem vniuocā: ſ; tm̄ eminentem q̄ ⁊ de⁹.

Breuiter vt clarius dicam ſic arguo: ſi ſol poteſt eque pfecte producere ranā ſicut vna rana producit ab alia: ⁊ hoc non eſt niſi quia ſol virtualiter ⁊ eminenter cōtinet virtutem productiuā rane: ergo a fortiori cum deus eternus pfectiſſimo modo contineat pfectionē ⁊ virtutem actiuam cuiuſcunq; creature pōt producere omnes effectus creaturarum ſine ipſis creaturis: ſed quia iſta ratio fili cariſſime licet ſit probabilis tamen cum ſis phi. non eſt demoſtratio.

Quid theologi ſentiant de omnipotentia dei.

Et licet iſta veritas ex puris naturalibus non poſſit demoſtrari: tamen cum conſtat ab ipſa prima veritate Deo eterno: qui non fallere nec falli poteſt: hoc verum eſſe. ſ. Deum eſſe omnipotentem: hoc eſt ꝙ poſſit immediate ſine omnibus cauſis ſecundis efficientibus ꝓducere omne poſſibile: ideo reſpondeo argumentis tuis ꝙ non concludunt oppoſitum. Et ad primum cum dicitur ꝙ Deus quicquid immediate cauſat: neceſſario cauſat: ⁊ per conſequens omnia euenirent de neceſſitate: ⁊ ſic negaretur liberum arbitrium.

Deū eſſe oīpotēcē ratiōe naturali demoſtrari nō poteſt.

Nota qd immediate cauſatur a deo ad mētem philoſophorum.

Reſpondeo ꝛ dico tibi bone fili ꝙ non videtur de intentione Ariſtotelis ꝙ Deus abſolute neceſſario cauſat quicquid imediate cauſat:hoc eſt ſine cauſa media agente:ſiue efficiente. Sed ſecundum ipſum Deus neceſſario agit quicquid poteſt agere imediate:hoc eſt ſine omni medio:ſiue agēte ad ipſum:ſiue ad aliquod preuium diſponens ad illud:ꝛ ſine omni medio cauſato:ſiue preuio ad illud: ergo quod ſine omni medio cauſato preuio: ſiue cauſante preuio poteſt agere:hoc neceſſario agit. Et vt cariſſime fili facilius me intelligas:videtur ꝙ intentio Ariſtotel. ſit ꝙ ſi deus produceret aliquid immediate.i.ſine cauſa efficiente:ꝛ ſine aliqua cauſa diſpoſitiua:ꝛ ſine aliquo alio effectu prius producto:illud de neceſſitate produceretur. Et ratio huius eſt apud eum: quia ex quo iſtud a ſolo Deo immediate omnino dependet: ipſius nouitas in eſſentia ſiue contingentia non reduceretur:niſi in Deo. Et ideo oportet dicere ſecundū ipſum deum agere de neceſſitate quicqd immediate agit ſiue producit. Et ſic intendit ipſe arguere octauo phyſicorum:quia illa nouitas motus in vniuerſali:ſiue omnino primi motus:ſiue etiā primi cauſati quodcunqꝫ illud eſſet:eſſet immediate a Deo ſine omni cauſa media agente:vel diſponente:ꝛ ſine omni cauſato medio: de illo autem quod poteſt deus immediate cauſare ſine ſcilicet cauſa media agente attingēre illud:dum tamen ſit aliqua cauſa diſpoſitiua ad illud:vel ſaltem aliquod cauſatum preuium requiſitum ad illud:non diceret ꝙ Deus neceſſario ſimpliciter illud cauſaret: ſed tantūmodo neceſſitate ineuitabilitatis:ꝛ hoc poſito illo primo vel preuio:quod requiritur;ſicut nos dicimus ꝙ ſtante perfecta diſpoſitione corporis humani pro illo inſtanti deus de neceſſitate creat animam tali corpori infundendo: ꝛ aliter ſecundum legem prefixā facere non poteſt:in neutro autē iſtorum nos concordamus cū eo: ſcilicet phī.quia Deus eternus per voluntatem libere ꝛ contingēter ſe habet ad quodcunqꝫ cauſabile extra:ꝛ hoc excluſa neceſſitate non ſolum immutabilitatis:ſed etiam ineuitabilitatis. Concedo ergo ꝙ Ariſtotel.ſecūdum ſua principia negaret Deum multa poſſe immediate cauſare:omnia illa in quorum productione eſt ſimpliciter contingentia abſqꝫ vtraqꝫ neceſſitate predicta:ſed in hoc nos theologi contradicimus(ſicut dixi.) Et ſic patet ad primum argumentum. Ad ſecundū argumentū cum dicitur ꝙ ſi deus eſſet omnipotens.i.poſſet producere omnia immediate:tunc ſequeretur ꝙ ſecūde cauſe priuarentur operationibus ſuis:ꝛ ex cōſequenti proprio eſſe. Reſpōdeo amantiſſime philoſophe:ꝙ non tantum deus

Optima philoſophi expoſitio.

Deus nullo modo de neceſſitate cauſat ad extra.

poſſet priuare cauſas ſecundas: ſiue creaturas ſuis proprijs operationibus: ſed etiam ꝓprio eſſe: quia eas poteſt annihilare: nec ego concordo cum philoſophica illa propoſitione ꝙ omne ſempiternum eſt formaliter neceſſarium: quia euiternũ: ſiue illud quod menſuratur euo: ſimpliciter poteſt non eſſe. Sed non potentia paſſiua intrinſeca qualis eſt in corruptibilibus. PHILO. Nequeo plene que dixeris intelligere: ſatis volare ad altiora videris: vt vix terminos capere poſſim: an putas me non nouiſſe ſenes ſapientes eſſe: fiant nobis clara hec tua ſapientia: clarioribus igitur: ſi placet: verbis dicas. PET. Ne philoſophe mireris: ſi noſtre doctrine terminos facile nequis percipere: valde enim a philoſophorum ſunt aliena principijs: nec quiſquam eos niſi ſancta inſtructus doctrina recte percipit: cum autem tua argumenta ex intimis philoſophie penetralibus: ac fundamentis exoriantur: nec niſi maximo ſolui labore poſſint: qualia ſunt argumenta: talia eſſe debent ⁊ reſponſa: quod tamen hortaris faciam: vt ea facilius intelligas: ſed vigilans eſto: ⁊ ſancta doctrina: que philoſophica longe eſt preſtantior inſtrui ſatage. Dico igitur ꝙ nos tenemus ꝙ deus poteſt deſtruere ⁊ annihilare omnes creaturas: ⁊ non ſolum ſuſpendere ⁊ priuare ſuis operationibus: ⁊ non tantum creaturas compoſitas materia philoſophica ⁊ corporali: ſed etiam angelos ⁊ celum ⁊ totam machinam mundialem: qui angeli dicuntur euiterni: quia menſurantur euo: quod euum eſt menſura angelorum: ſicut tempus eſt menſura motus. Poteſt cariſſime fili ⁊ aliter dici ꝙ licet Deus priuet entia operationibus ſuis: preueniendo cauſalitatem eorum: ⁊ cauſando effectus: quos illa poſſent cauſare: non oportet ꝙ priuet illa ſuis entitatibus: manent enim ⁊ non cauſant ſuos effectus: quia alia cauſa immediate cauſat illos: poſſent tamen illos cauſare: ſicut manet iſte ignis: ⁊ tamen non cauſat ignem in hoc ligno: ſi aliud agens preueniat fortius igniendo: poſſet tamen cauſare: quia formam que eſt principium igniendi habet: ⁊ ita poteſt intelligi dictum Commentatoris: cum ait: cum entia non habebunt actiones proprias: non habebunt proprias eſſentias: quod in antecedenti negat habere actionem propriam: debet intelligi nõ tantũ actualr: quia tunc argueretur a deſtructione poſterioris ad deſtructionem prioris: ⁊ eſſet fallacia cõſequentis: qa pluribus alijs modis poteſt poni deſtructio iſtius poſterioris: puta per fortius agens ꝑueniẽs: vel per contrarium impediens: ſed debet intelligi in antecedente non habebunt actiones proprias: nec actualiter: nec actitudinali-

Deus pt̃ oĩa annihilare.

Nota hãc exponẽ quõ intelligit dictũ cõmẽtatoris.

ter:nec virtualiter : ⁊ bene ſequitur ꝙ non babebunt proprias eſ/
ſentias:quia quodlibet actiuum per propriã formam ⁊ virtutẽ ba/
bet virtualiter ſuam actionẽ:etiam quando non actualiter produ/
cit:⁊ iſta expoſitio antecedẽtis poteſt baberi ex illo verbo cõmẽ/
tatoris quod premittit.Cõuenit iſti vt nullũ ens babeat propriam
actionem naturalẽ. Et ſubdit cum entia non babebunt actiones
proprias:ſupple naturaliter vel actitudinaliter ſcõm propriam na/
turam:non babebunt eſſentias proprias:illi autem contra quos ar
guit ibi:ſcilicet moderni ponunt vnum agens omnia entia ſine me/
dio.Sed non ſicut chriſtiani.Quia ſecundũ Augu. ſeptimo de ci/
uita.Dei.c.30.Sic deus res quas condidit adminiſtrat:vt ꝓprios
motus agere ſinat.Licet enim poſſet agere omnia ⁊ ſic agendo en
titates quidem rerum non deſtrueret : ſed eas quaſi otioſas ⁊ va/
nas relinqueret : maluit tamen eis ſicut : ⁊ entitatem ſic ⁊ virtutem
actiuam:⁊ propriam tribuere actionẽ:non enim vniuerſaliter actio
nem rebus ſubtraxit:cuius ſunt capaces:⁊ ſic patet reſpõſio ad ſe/
cundum argumentũ.Ad tertium argumentum.Cum dicitur ꝙ tũc
vel motus fieret in inſtanti vel virtus finita moueret in equali tem
pore cum virtute infinita: que omnia ſunt abſurda ⁊ impoſſibilia.
In boc ſcias fili cariſſime:quod iſtud argumẽtum procedit ſecũdũ
intentionem pbiloſopbicam ꝙ deus agit:ſiue producit de neceſſi/
tate nature ad extra quicquid ſine omni medio immediate produ
cit:⁊ de neceſſitate ineuitabilitatis quicquid mediante aliqua cau/
ſa ſecũda ſiue aliqua diſpoſitione ſiue aliquo effectu producit: que
omnia nos abſolute negamus:quia ponimus deum mere : libere:
⁊ contigenter producere quicqd ad extra ꝓducit:cũ ſit agẽs mere
voluntarium : ⁊ nullo modo neceſſarium(vt vos dicitis.) Iſta ta/
men reſponſio clarius fuit pertractata in reſponſione primi argu/
menti. Et ſic patet ꝙ argumenta veſtra fili cariſſime contra me nõ
cõcludunt: ſed ſtat poſitio ⁊ concluſio noſtra videlicet ipſum deũ:
ſiue primam cauſam eſſe omnipotentiſſimum ⁊ poſſe producere ſe/
cundũ veritatem immediate ſine quacunqꝫ cauſa agente omne poſ
ſibile : ſiue omnem creaturam : licet ratione naturali boc demo/
ſtrari non poſſit : nec tamen poteſt demoſtrari oppoſitum : vt vi/
ſum eſt : ⁊ ſic patet quantum ad tria argumenta. PHILO.
Quieuit mens noſtra venerande ſenex in omnibus ſapientiſſime
dictis:ex quibus non parum videor tue benignitati debere : ob/
ſecro tamen dicas. An Deum poſſe producere omne poſſibile
ſiue omnem creaturam mediantibus cauſis ſecundis ; ſiue creatu

rios:

ris:poſſit demoſtrari rõne naturali:ſaltẽ demoſtratione q̃:ſiue ab effectu:an non:PET. Dicam perq̃ libẽter:licet ſit aliqualiter diſficile demoſtrare demoſtratione q̃:deum eſſe omnipotentem. Et hoc loquẽdo de omnipotẽtia dei:inquantũ mediãtibus cauſis ſecũdis poteſt ꝓducere omne poſſibile:ſiue oẽm creaturam: tamen poteſt demoſtrari ⁊ demoſtratur. Primo ſcđm doctrinam philoſophicã neceſſe eſt ponere finem ⁊ ſtatum in cauſis efficientibus. Et ꝓbatur apud vos.2.metha.⁊ ꝓbatio breuiter talis eſt. Tota vniuerſitas cauſatoꝝ ſiue oẽ cauſatũ cãm habet:ſed illa cauſa non põt eſſe aliqd iſtius vniuerſitatis:q: tunc idẽ eſſet cã ſui ipſius: q: ſi oĩa q̃ ſunt iſti⁹ vniuerſitatis ſunt cauſata:⁊ aliquid iſtius vniuerſitatis eſſet cauſa:ergo idem erit cauſa ſui ipſius:ergo opoꝛtet ꝙ ſit aliquid extra totam iſtã vniuerſitatẽ. Si ergo in cauſis non datur ꝓceſſus in infinitũ:non ſolum quelibet eſt cauſata: ſed etiam tota vniuerſitas eſt cauſata:⁊ per cõſequens ab aliqua cauſa extra totam illam vniuerſitatem: ⁊ in illo erit ſtatus:tanq̃ in aliquo pꝛimo cauſante. Pꝛeterea arguo ſic. Aut datur ſtatus in cauſis efficiẽtibus. Ita ꝙ aliqua cã adeo eſt cauſa ꝙ nullo modo cauſata:⁊ ſic eſt ſimpliciter pꝛima:⁊ habetur pꝛopoſitum. Aut datur ꝓceſſus in infinitum. Si datur pꝛoceſſus in infinitum:ergo illa cauſa in infinitum erit omnino incauſata:⁊ pꝛima cauſa omnium:pꝛobaṫ cõſequentia:quia cauſa effectiua:quanto ſuperioꝛ tanto perfectioꝛ in cauſalitate:⁊ p conſequens illa cauſa que in infinitum erit ſuperioꝛ: erit infinite perfectionis:⁊ per conſequẽs omnino incauſata:quia nullum cauſatum poteſt eſſe infinite perfectionis:cum ſit imperfectum reſpectu illius a quo dependet:ergo illa que erit infinite perfectionis: erit omnino incauſata:⁊ omnino independens:aliter non eſſet infinite perfectionis:⁊ per cõſequens ab ipſo eſt omnis cauſalitas cauſe inferioris:vel ſaltẽ in virtute eius cauſat. Ex hoc ſeqtur ad pꝛopoſitum ꝙ deus ſit omnipotẽs. Quia in quodcũq̃ cauſatũ poteſt aliqua cauſa inferioꝛ mediate vel immediate:in illud idẽ poteſt illa cã ſupioꝛ: ⁊ hoc ſaltem mediante cauſa ꝓxima: ⁊ per ꝯñs pꝛima cauſa habet omnipotentiã ſcđm hunc intellectũ:hoc eſt:poteſt pꝛoducere omnia mediate vel imediate. PHIL. O pater optime miroꝛ quid dixeris:⁊ quidẽ nõ parũ. Nam rõnes iſte non videtur cõcludere: an putas me doꝛmitare in dictis tuis. Non obdoꝛmitãt iuuenes:⁊ ꝙ non cõcludant:pꝛobamus pꝛimo ꝙ licet ſit ſtatus ⁊ finis in oꝛdine cauſarum efficientibus:tamen illud pꝛimum efficiens:non eſt deus: ſed pꝛima intelligentia ſiue pꝛimus angelus mouens pꝛimum celũ. Nec ratio naturalis deducit ꝙ vltra tale mouens deus immediate

Deũ eſſe omnipotẽtẽ demoſtrari põt naturaliter.

In cauſis eẽntialiter ordinatis non datur ꝓceſſus in infinitum.

Prima cã eſt oĩno incauſata.

Obiectio ꝓbãs ꝙ primũ efficiens non ſit deus.

moueat:niſi in ratione cauſe finalis:ſicut videtur phus illum modū mouēdi appropriare ipſi deo.12.metha.vbi ait ꝙ mouet ſicut amatum ⁊ deſyderatum. Et ſic prima ratio non concludit. Preterea. Secūda ratio non videt̄ cōcludere: qꝛ non probatur habere potentiā reſpectu omniū cauſabiliū mediate vel immediate: niſi in ſua coordinatione: oporteret ergo probare ꝙ extra illā coordinationem non ſit aliquid producibile quod non probatur. PET. Nec ſenes oēs dormitant preſertim qui ad hoſtiū vigilant: vt Petrus: bene percepimus que claudere voluiſti: ſed hec ſophiſtica claudicant: ⁊ non claudūt: ardua que videnť plana ſunt ⁊ facilia: quia non eſt niſi vnicum ens a ſe: ſiue non ab aliquo: ⁊ per cōſequens illa erit prima cauſa ⁊ omnino incauſata. Ex hoc enim ſequitur ꝙ non eſt niſi vnicum agens: non dependens in agendo: quod enim dependet in agendo: ſi agat dependet in eſſendo: ⁊ ſic patet ad argumenta. Si ergo fili chariſſime cupis dn̄o deſeruire: ſi ad vitā eternā deſyderas introire: noli alta querere: ſed humiliter credere: non doctrinam philoſophicā proſequi: quoniam multoꝝ mortalium animas ad inferos deduxit: quoniā quod ſapiētia eſt apud homines: ſtultitia reputatur apud deū: ⁊ ideo cū ſapientes ipſi videantur ſtulti facti ſunt. Et ideo o fili amantiſſime audi ipſum meum ⁊ cunctorum magiſtrū dicentē. Cōfiteor tibi dn̄e pater celi ⁊ terre: qui abſcondiſti hec a ſapiētibus id eſt philoſophis. Et prudentibus ideſt curioſe inquirentibus. Et reuelaſti ea paruulis: ideſt humilibus ⁊ fideliter credētibus. Ita pater quoniā ſic fuit placitum ante te: omnia mihi tradita ſunt a patre meo: quia quicquid habet filius: habet a patre. Et quid mirum fili cariſſime ſi iſta via naturali cognoſci non poſſint: cum omnem ſuperent intellectum: non tantum humanum ſed etiam angelicum. Et ideo ſi ipſum ſummum dominū eſſe omnipotentem intelligere via naturali non vales: non eſt mirum: quia ſicut ſe habet oculus noctue ad lumen ſolis: ſic intellectus noſter ad ea que ſunt manifeſtiſſima in natura. Et ideo audi prophetam dicentem. Si aſcendero in celum tu illic es. Si deſcēdero in infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Ait ergo propheta: o domine metuende: domine potentiſſime: o potentia infinita: quo ego fugiam: vt manus tuas euadere poſſim: heu quia non dantur mihi inducie: non via: non modus fugiendi: quia infinitus potentia. Et ideo propheta ait: ſi aſcendero in celum: tuam fugiendo potentiam: tu illic es: per tuam potentiam bonos tua ineffabili ⁊ eterna beatitudine: tua

Quod depēdet in agēdo depēdet in eſſendo.

Ineffabili ⁊ eterna viſione premiando. Si deſcendero in infernum
tuam fugiendo omnipotentiã:tu illic es malos penis eternis:⁊ cru
ciatibus ⁊ flammis eternis tua omnipotentia puniendo. Si ſum/
pſero pẽnas meas diluculo ⁊ habitauero in extremis maris: ideſt
ſi voluero per extremas mũdi partes ſubterfugere tuam omnipo/
tentiam:etenim illuc manus tua deducet me:⁊ tenebit me dextera
tua: quaſi dicat:talis eſt vtiqȝ talis ⁊ tanta tua potentia:ꝙ non da/
tur locus vbi non ſis:⁊ ideo ſi aſcendero in celum te inuenio:bona
meritoria premiando:ſi deſcendero in infernum ades:peccata acer
biſſime puniendo:⁊ ſi per diuerſas mundi partes fugiam etenim il
luc manus tua deducet me vt peccata mea cognoſcã: ⁊ tenebit me
dextera tua:ideſt tua omnipotentia brachiũ tuum: ſumma iuſtitia
tua deducet me ab extremis mundi partibus:⁊ tenebit me dexte/
ra tua:ideſt ſumma ⁊ infinita omnipotẽtia tua. Quas ob res fili ca/
riſſime ſi volueris Deo optimo ⁊ principi benigniſſimo obſequi:
oportebit omiſſis fantaſmatibus ⁊ rerum naturalium imaginatio/
nibus illum ſummũ ſumme timere: illam ſummã ſapientiã ſumme
colere:illã primam cauſam ⁊ infinite ſubſtãtie pelagus obſeruare:
qui ſolus ab inimicis ⁊ tuis hoſtibus poterit te ⁊ liberare ⁊ cuſto/
dire. Et poſtremo in gratia ſua continere. PHILOSO. Aſſen
tior omnibus que dixiſti optime pater: ⁊ deum omnipotentẽ eſſe
confiteor.

¶ De prima veritate ⁊ maxima tertij articuli ſancte fi/
dei:ſcilicet creatione rerum omnium.

Iudei ſigna petunt:greci ſapientiam: nos aũt
predicamus Chriſtũ crucifixũ. PET. Quo
fili ⁊ ſapientie amator:tã ne cito recedis:ne te
ſenioris verborũ tedeat:nam ⁊ multa ⁊ mira:
priuſꝗ̃ ad principis noſtri pñtiam accedas:au
dire te ⁊ decet ⁊ oportet:nec dũ ad noſtri col
loquij finem peruenimus. Et ꝓpterea bone
fili vlterius opus erit ſi volueris huic nr̃o principi ſeruire ⁊ obſe/
quia preſtare:non tantum dicta tenere ⁊ credere:ſed firmiter con
cedere:⁊ pro certo habere:illum ſua omnipotentia ſumma celum:
⁊ terrã:oẽſqȝ angelos ⁊ oĩa de nihilo creaſſe:ſecus nec te nec ſerui
tutẽ tuã accipiet:nec in eternã vitã aditꝰ tibi patebit:ſed clauſe erũt
porte regni celoꝝ. PHI. O Petre pater ⁊ mi dñe durũ eſt:arduũ
⁊ difficile hec poſſe credere: ſunt enim contra totius nature princi
pia ⁊ rationes: niſi aliter ſatiſfeceris:incertum eſt quid agam. Hec

opinio aut concluſio tenenda(liceat mihi vera fateri):falſa eſt ⁊ erronea:⁊ ex illa multa ſequuntur impoſſibilia:vis ne credam impoſſibilia ;⁊ vt ſtolidus habear ⁊ inſipiens : ⁊ ꝙ ita ſit multis rationibus

Obiectio prima notabilis cõtra creationem.

probatur . Primo quia ſequeretur ſi Deus poſſet aliquid de nihilo producere:ergo Deus eſſet mutabilis:⁊ per conſequens imperfectus:⁊ ex conſequenti non eſſet Deus : conſequens eſt impoſſibile : ergo ⁊ antecedens : conſequentia probatur : quia ſi aliquid nunc de nouo producitur : puta anima Joannis:de neceſſitate aliquid aliter ſe habet nunc : quam prius:anteꝙ̃ anima illa eſſet producta:patet quia ſi nulla eſſet facta mutatio : neq3 ex parte effectus producti : neq3 ex parte cauſe:ſequeretur ꝙ anima illa non eſſet de nouo producta:vel omnino non eſſet. Si igitur anima de nouo ꝓducitur:neceſſe eſt vt aliquid mutetur:aut mutatur anima : aut de⁹ qui producit:non anima:quia anima non prefuit:⁊ per conſequẽs non fuit mutata:patet quia mutatio eſt entis in actu:ergo mutatur Deus:conſequens eſt impoſſibile:ergo ⁊ antecedens:ſcilicet quod

Obiectio ſecundã cõtra creationem.

Deus producat aliquid de nihilo . Preterea ſecundum noſtram doctrinam materia eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis:ita ꝙ nunquam fuit genita ſiue corrupta : aliter eſſet proceſſus in infinitum in materijs:ergo ſequitur vel ꝙ materia nunquam fuit producta: vel ſi fuit producta : fuit producta ab eterno : ſine principio durationis : ⁊ per conſequens non fuit creata: quia illud quod creatur ſuum non eſſe : duratione ſiue tempore precedit ſuum eſſe ita ꝙ verum eſt dicere : hoc nunc non eſt:⁊ poſtea fuit:quod non eſt : in propoſito : ſi fuit ab eterno producta : quia eſt ſine principio dura

Obiectio tertia cõtra creationem.

tionis . Preterea tempus non eſt creatum: ſecundum noſtram doctrinã philoſophicam : patet ſi enim tempus habuiſſet principium durationis:ergo ante tempus potuit fuiſſe tempus : priuſquã fuit: vel prius eſſe ꝙ̃ eſſet . Sed ante eſt differentia temporis : ergo ante tempus fuit tempus in infinitum : conſequens eſt impoſſibile : ergo ⁊ antecedens . Preterea ꝙ dicitur de celo ⁊ de angelis qꝺ fuerunt de nihilo creati : omnino apud nos videtur abſurdum ⁊ impoſſibile : quia apud nos celum ⁊ intelligentie ſiue angeli ſunt ſempiterni ſine principio durationis : immo ſunt formaliter neceſſarij : ⁊ per conſequens non ſunt creati : ⁊ de nihilo producti:multa alia eſſent dicenda de iſta materia: que breuitatis cauſa pertranſeo:quia materia eſt ſatis difficilis : ⁊ prolixa. Uellem obſecro pater reuerende petre vt iſta argumenta ſolueres : vt intellectus me⁹ acquieſcere poſſit : ⁊ domino deſeruire : quia videtur mihi valde difficile ; ⁊ quaſi impoſſibile hoc ſentire. PET. Animaduerto fili

ex intimis veſtre philoſophie precordijs argumenta tua procede/re:⁊ inſolubilia philoſophica principia ſequētibus exiſtimari:⁊ ma/ximas:atq; contra nos directe concludere:maxime enim eſſe diffi/cultatis fateor:⁊ tota in hac contra nos difficultate concludere ni/titur. Ne tamen in tenebris veritas lateat:⁊ a me irreſolutus rece/das. Heue argumenta concludere videantur:iuxta vires meas ad illa reſpondeo:⁊ primo ad primum. Cum dicitur abs te:ꝙ tunc ſe/queretur ꝙ Deus eſſet mutabilis: ſi poſſet aliquid de nihilo pro/ducere. Dico ꝙ cauſa poteſt aliquem effectum immediate produ/cere abſq; omni nouitate in ipſa:quod patet per exemplum:ſi po/natur ſolem ſemper in ſe eſſe luminoſum ⁊ creetur aliquod mediū perſpicuum approximatū de nouo illuminabit illud:ita ꝙ nihil no ui erit in ſole: ad hoc ꝙ ab ipſo ſit noua illuminatio : ⁊ ſi poſſet ex/tra ſe ponere medium perſpicuum:⁊ ſub lumine : ſicut cauſat in ip/ſo lumen:ita poneret in eſſe hoc totum medium illuminatum : ſine aliqua nouitate in ſe ipſo . PHILO. Exemplum videtur extra ſententiam : ⁊ propoſito non conueniens. Nam cum ſol ſit agens naturale ⁊ vniformiter ſe habens:ſemper vniformiter produceret: ⁊ per conſequens effectus ille non eſſet nouus : cum eſſet a cauſa naturali ⁊ totali vniformiter ſe habente. PET. Nimium excitas ⁊ ad iram prouocas:eſt enim aliqua ira laudabilis : preſertim cum ad veritatis defenſionem excitatur:dixiſti enim exemplum eſſe ex/tra ſententiam:⁊ propoſito non conueniens:quod maxime conue nit:ſi volueris attendere quo ad hoc videlicet:ꝙ propter nouitatē effectus : non oportet ponere nouitatem in cauſa : ⁊ hoc eſt prin/cipale ad propoſitum. Sed non valet exemplum quo ad hoc:vi/delicet ꝙ a cauſa naturali ⁊ totali vniformiter ſe habente : non po/teſt eſſe effectus nouus. Deus autem non eſt agens naturale : ſed liberum : ⁊ ideo poteſt eadem voluntate antiqua nouum effectū producere:pro tunc quando vult nouum effectum eſſe. Non enim eſt neceſſe ſi ſempiternaliter vult:⁊ non poteſt de nouo velle : igi/tur vult ꝓ ſempiterno. Sicut non eſt necīum in me:ꝙ ſi nunc volo aliqd:ꝓ nunc velim illud:ſʒ poſſum illud velle pro cras:⁊ eadē voli tione ſtāte ſine oī mutatione ex pte volūtatis mee:poſſum illud no uum cauſare cras:pro quo volo illud. Sic in propoſito. Cum De us eternus ſit cauſa totalis:⁊ immediate producendi animam no/ſtram:cum ſit agens liberum : ⁊ voluntarium:ſua volitione eterna: qua voluit omnia facere vult illum effectum:puta animam Joan/nis eſſe pro tali tempore : ⁊ non pro eterno abſq; aliqua mutatio/ne in ipſa voluntate diuina ; ⁊ ſic patet ad primum argumentum.

Deus pōt ali/quē effectum īmediate pro ducet ſine ali qua mutatiōe in ſe ipſo.

Obiectio ꝙ exemplū nō ſit ad ꝓpoſi/tum.

Quō Deus producit ali/quid ex tpe ſi ne mutatiōe.

Ad ſecundum argumentum: cum dicitur ꝙ materia eſt ingenera/bilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ per conſequens nunq̄ fuit genita: nec facta ⁊ per conſequens non habet principium: ⁊ per conſequens nō eſt creata. Reſpondeo ⁊ dico: ꝙ materia ē ingenerabilis ⁊ incorrupti bilis: tamen non ſequitur ꝙ ſit ſempiterna: ⁊ ſine principio: ex hoc ꝙ non habet materiam vnde fiat: quia eſt tota producta: que pro ductio non eſt generatio: quia generatio ⁊ corruptio ſunt compo/ ſitorum ⁊ non ſimplicium: cuiuſmodi eſt materia prima. Et ſic pa/ tet cariſſime fili ad ſecundum argumentum. Ad tertium argumen/ tum. Cum dicitur: ꝙ tempus eſt ſine principio: aliter tempus poſ/ ſet eſſe ante tempus: quia ante eſt differentia temporis. Dico a/ mantiſſime fili ꝙ prima cauſa ſcilicet Deus non poſſet aliquid no/ uum producere ſine aliqua nouitate ⁊ mutatiōe in ſe ipſo: ⁊ ad hoc diximus in precedenti argumento: ꝙ non eſt verum: quia Deus poteſt aliquem effectum nouum producere: ſine omni nouitate in ſe ipſo. Cum autem dicitur ꝙ ſi tempus non fuit ab eterno: ergo ante tempus potuit eſſe tempus: quia ante eſt differentia tempo/ ris. Dico tibi fili ꝙ non concludit argumentum de ante vt eſt dif/ ferentia temporis realis: quia ante illud tempus non datur aliud tempus. Et ideo licet ante accipitur pro differentia temporis ima ginarij ſiue priuato. Sicut eternitas eſt ante quod nihil eſt: vel ſi cut extra vniuerſum nihil eſt ibi: vel negatur extra: vel non affir/ matur niſi imaginatum extra: ⁊ ſic patet ad tertium argumentum. Ad vltimum argumentum. Cum dicitur ꝙ celum ⁊ intelligentie non ſunt create: eo ꝙ ſunt a ſe ⁊ formaliter neceſſarie. Dico tibi fi li ꝙ falſum eſt ⁊ contra doctrinam philoſophicam. Primo dico ꝙ angeli ⁊ celum non ſunt a ſe neceſſarij ⁊ incauſati. Secundo dico ꝙ hoc non eſt ad mentem philoſophorum recte ſentientium. Primo quia ſi eſſent incauſate eſſent formaliter infinite: ⁊ ſic eſſent plures dij: cuius oppoſitum probatum eſt in ſermone de vnitate Dei. Et arguo ſic non poſſunt eſſe due nature intellectuales forma liter infinite. Sed quecunq̧ natura intellectualis ſi eſt a ſe eſt ſim pliciter infinita: ergo non poſſunt eſſe plures nature intellectua/ les incauſate. Et licet iſta propoſitio ꝙ non poſſunt eſſe plures na ture intellectuales ſit ſuperius in ſermone de vnitate Dei demo/ ſtrata: tamen pro nunc tangam vnam rationem: quia vtraq̧ illa rum intelligeret alteram perfectiſſime tantum ſcilicet quantum ip/ ſa eſt intelligibilis ⁊ comprehēſibilis: ⁊ ſimiliter vna diligeret aliā: quantum ipſa eſt diligibilis: ⁊ ſic etiam vtraq̧ ſe ipſam comprehē/ dit ⁊ diligit: ⁊ ita vtraq̧ tam ſecundum intellectum: quam ſecun/

Q̄o materia eſt ingenera/ bilis & incor ruptibilis.

Ante pōt ca/ pi ꝓ dr̄ia tem poris imagi/ narii.

Si intelligen/ tie eſſent icau ſate eſſent in/ finitæ.

dum voluntatem beatificatur tam in ſe ipſa: q̃ in alia. Eãdem autem potentiam ſimul comprehendere duo obiecta adequata infinita eſt impoſſibile: quoniam vtrumq; obiectum toti virtuti potẽtie totaliter adequatur. Immo nec vna potentia poteſt habere duo obiecta eque prima. Eſſentia autem illius eſſet primum obiectum ſui intellectus: non ergo eſſentia illius erit obiectum illius: ſ; nec erit obiectum ſecundarium: quia non eſt entitate poſterius: q̃ ſit eſſentia illius: cum ſit formaliter infinita: ſicut iſta: nec per conſequens poſterius intelligibilitate. Potentiam etiam ita perfecte cõprehendere eſſentiam alterius: ſicut propriam eſt impoſſibile: precipue quando natura propria non includit eminenter naturam alterius: nec dependet eſſentialiter ab illa altera: nec eſt eiuſdem ſpeciei cum illa: que omnia ſunt vera in propoſito de Deo ⁊ intelligẽtia. Secunda propoſitio: videlicet: ꝙ natura que eſt a ſe: eſt infinita patet ex illo: quod dictum eſt ſupra: qualiter philoſophus probat primum mouens eſſe infinite potentie: quia quod eſt a ſe potens: habet plenitudinem potentie. Secundo dico ꝙ hoc nõ eſt ad mẽtem philoſophorum recte ſentientium: ꝙ intelligentie ⁊ celum ſint incauſate ſiue a ſe. Primo quia philoſophus. xii. metha. concedit omnia habere ordinem eſſentialem inter ſe: ⁊ maxime ad vnum primum. Sed vnum infinitum non poteſt eſſe ſubalternatum eſſentialiter alicui alteri: non ſicut ad finem: quia bonum infinitum non eſt propter alterum bonum: bonum autem totius vniuerſi vtroq; modo ſe habet: ⁊ ſcilicet in ordine entium inter ſe: ⁊ in ordine eorum: ad optimum ſeparatum. Nec infinitũ poteſt eſſe ſubordinatum alteri vt principaliori: quia habet virtutem actiuam infinitam: ⁊ etiam ſecundum philoſophum in fine. duodecimo methaphy. Entia non volunt male diſponi vnus ergo princeps.

Vna potẽtia nõ poteſt habere duo obiecta adequata.

Infinitum nõ põt alteri ſubalternari.

PHILOSO. Vidi venerande ſenex: vidi inquam: ⁊ attentiſſime vidi: nec ſine admiratione tui ⁊ intellectus ⁊ luminis claritatem conſyderaui: ⁊ per quam ſapientiſſime ⁊ acutiſſime noſtra tuis diuinis procul dubio reſponſionibus ſoluta eſſe argumenta: quod neutiquam crediдиſſem: te enim rudem eſſe audieram: ⁊ piſcatorem: nunc autem te profundiſſima argumenta noſtra tam facile ⁊ acute ſoluere video: vt aſſentiri intellectus cogatur: ſed nil mirum: cum ſupernaturali fueris lumine illuſtratus: nunquã enim in philoſophica ſecta noſtra ad argumenta noſtra tam vehementes vidi reſponſiones: contra quas non facile obijci poteſt tamen in vnico verbo venerande pater aduerte quod Ariſtoteles in entibus ſeparatis ordinem conceſſit: quia ſecunda cauſa

Obiectio. ariſto. conceſſit ordinẽ in entibus ſeparatis: non tamẽ cauſantur.

a prima dependet non autẽ cauſatur: vt dixiſſe te memini. PET. Uide ne fili decipiaris: nondum enim recte philoſophi mentẽ pcepiſſe: ⁊ ab illius doctrine videris rectitudine deuiare: nõ poteſt ab aliquo depẽdere in eſſendo a quo nõ habet in aliquo genere cauſe eſſe: ⁊ ſimiliter de permanentia: ⁊ ideo ſi philoſophus cõcedit ſecundam intelligentiã dependere a prima in eſſendo: ergo prima eſt aliquo modo cauſa effectiua ſecũde. Preterea. Nõne Ariſt. 12. c. 4. de primo mouẽte dicit: ꝙ mouet ſicut appetibile ⁊ intelligibile: huiuſmodi aũt mouent non mota. Sic ergo deus mouet intelligẽtiã ſibi proximã: mouere vt intelligibile: non eſt aliud q̃ꝫ cauſare cognitionẽ ſui in intellectu intelligentie cognoſcentis illud. Et ſimilr̃ mouere vt appetibile: non eſt aliud q̃ꝫ cauſare dilectionẽ ſui in voluntate intelligentie diligentis illud. Si ergo deus ſiue prima cã cauſat cognitionẽ ⁊ amorẽ in intellectu intelligentie proxime cognoſcentis illã: cum intelligere angeli ſit idem ꝙ eſſentia angeli: ſiue intelligentie ſecũdum veſtrã doctrinã. Sequitur ꝙ eſſentia angeli ſit cauſata a prima. PHILO. Uidetur adhuc venerande ſenex in robore ſuo ⁊ inſolutũ manere argumentũ: eo ꝙ non probaƭ eſſentiã angeli eſſe cauſatã: q2 illud mouere eſt metaphoricũ ſiue dicitƭ ſimilitudinarie: ⁊ nõ ꝓprie aliquid realiter cauſatur. PET. O quã difficile videƭ intellectũ falſa aliqua deceptũ doctrina: ad rectitudinis ⁊ veritatis viã peruenire poſſe: nec immerito magiſtri huiuſmodi docẽtes duplicato dignĩ ſunt premio: adhuc ergo erras: ⁊ deuias a veritate: Ego dico ꝙ illud mouere eſt vere ⁊ realiter cauſare: q2 omnis intellectio que non eſt eadẽ obiecto: cauſatur ab obiecto. Et videtur ꝙ effectiue ſcd̃m Cõmenta. ibi dicentem ꝙ balneum in mente mouet vt efficiens: ⁊ vt extra mouet vt finis. Scd̃o probaƭ ꝙ illa intelligentia ſit finita ⁊ per ꝯñs cauſata: quia ſm doctrinam veſtrã philoſophicã. 8. phyſic. probaƭ: ꝙ mouens infinite potentie non poteſt immediate mouere: celum aũt mouetur: igitur immediate ab aliquo mouente potentie finite: illud aũt eſt intelligentia propria motrix: vult ergo ꝙ illa ſit finita: ⁊ per cõſequens non a ſe: ſed cauſata: vt dictum fuit: q2 qđ eſt a ſe: habet plenitudinem potentie: quantũ habere poteſt. Preterea idem ꝓbatur. Nã ſcd̃m veſtram doctrinã philoſophicã. Mouens infinite potentie mouet celũ motu infinito: ⁊ non imediate vt dictum eſt: ergo mediate ſcilicet mediante intelligentia. Et ideo dicit Cõmenta. veſter. 12. metha. c. 41. Sunt igitur reſpectu celi duo mouentia ordinata. Tunc arguo ſic. Quęcunqꝫ ſunt plura agentia eſſentialiter ordinata: aut ſcd̃m accipit eſſe a primo: exemplum de celo ⁊ igne. Aut ſcd̃m licet non accipiat eſſe a

Nota ꝙ non pt dependere aliquid ab aliquo i eſſe qn fit cã illius.

Quid eſt mouere ut intelligibile.

Mouere uere & realiter eſt cauſare.

eſſe a primo: tamen accipiat aliquam influentiam. Exemplũ bacu/lus motum accipit a manu: vt poſſit vlterius mouere pilam. Aut tertio modo ambo attingunt eundẽ effectum immediate: ſed ordi/ne quodã. Primum ſcilicet principaliꝰ: ⁊ ſecũdum minus principa/liter: exẽplum de patre ⁊ matre reſpectu generationis prolis ſe/cundũ opinionẽ ponentem matrẽ eẽ ſe actiuam. Quero ergo quo iſtoꝝ triũm modoꝝ ſe habent iſta agentia in mouendo celũ. Non tertio modo quia ſtatim ſeqtur quod in equali tẽpore: imo in eo/dem tẽpore moueat virtus finita ⁊ infinita: qa vtraqꝫ attingit mo/tum imediate tanq̃ propriũ effectum. Si detur ſecundũ: cum ſcõm veſtram doctrinã recipiat ab intelligentia aliud ab eius eſſentia: ha/betur propoſitũ. Si detur primum: patet ꝙ hoc eſt ꝓpoſitum: pa/tet ergo ſcõm veſtram doctrinã philoſophicam iſta agentia ſic eſſe ordinata: ꝙ ſcõm habet eſſe a primo: ⁊ tunc primum mouet media/te ⁊ dat eſſe ⁊ virtutem proximo mouenti: ⁊ qa perpetuo dat illud eſſe: ⁊ virtutem: ideo eſt cauſa perpetuitatis in motu: finitas autem virtutis: que nõ eſt aliud a natura angeli eſt cauſa ſucceſſionis mo/tus: quia illi virtuti poteſt eſſe aliqua reſiſtentia immobili: que non poſſet eſſe virtuti infinite. Preterea quarto probatur idem per ve/ſtrũ Cõmẽtatorem in libro de ſubſtantia orbis. c. 3. Sic dicẽtẽ. Cor/pus celeſte non indiget tantũ virtute mouente in loco: ſed etiã vir/tute largiente eſſe: ⁊ ſubſtantiã ſuam ⁊ permanentiam eternam. Et poſt dixerunt quidã ipſum. ſ. Ariſtotelẽ non dicere cauſam agentẽ celum: ſed tantũ cauſam mouentẽ: ⁊ illud fuit valde abſurdum. Ita aũt Ariſto. poſuit celum formaliter neceſſariũ: ſicut intelligentias: quia vniuerſaliter oẽm ſubſtantiã ſempiternam dixit formaliter eẽ neceſſariã. vt patet. 9. metha. c. 7. Eſt autẽ potentia nihil ſempiter/nũ: ⁊. 12. metha. ſatis habetur intentio eius de hoc. c. 5. ergo ita ſta/ret cum intentione ꝙ Deus eſſet cauſa ſubſtantie ipſius intelligen/tie: ſicut ſcõm Auerro. fuit intentio eius de celo. Ita videtur eſſe intẽtio Auicẽ. expreſſe. 9. metha. c. 4. ꝙ omnis intelligentia ſiue an/gelus cauſata eſt a prima: ⁊ forte in hoc non contradicit Ariſtoteli ſed explicat illud de modo ⁊ ordine productionis: quod Ariſt. nõ explicauit. PHILO. Ad ſuperiora ⁊ ſupnaturalia adeo eleuatus videris: vt naturalibus ⁊ inferioribus omiſſis nihil ꝓpe modũ ſen/tire videaris: ideo non miror: ſi a naturalibꝰ ⁊ philoſophica noſtra doctrina remotus philoſophi mentẽ percipere non videris. Non enim videt hec fuiſſe intentio phi: q2 Ari. poſuit oẽm intelligentiã ſiue angelũ a primo agente. ſ. deo immediate productum. PET. Adhuc mihi fantaſmatis quibuſdã fili mi alligatus: ⁊ a philoſophica

Infinitas mo/uẽtis eſt cã pꝑpetuitatis in motu finitas aũt ſucceſſio/nis.

Opinio com/mẽtatoris.

Opinio Aui/cẽne de intel/ligentiis.

Ariſtotiles po/ſuit oẽm intel/ligẽtiam eſſe a primo agẽ/te.

nolle videris vmbra diſcedere:qui enim ad ſuperiora ⁊ ſupernatu-
ralia cognoſcenda ē eleuatus: inferiora facillime poteſt cognoſce-
re:ſed non ecōtra:iſtos ergo oculos paulisper attolle:⁊ ab his infi
mis intellectum auerte:illaqꝫ ſuprema ⁊ ſeparata cōſydera:ſi ad ve
rum cupis lumen ⁊ principis noſtri ſeruitutem attingere. Dico er-
go tibi ꝙ quantum ad ordinē quem poſuit Auicē.contradicit eis
ſed ad propoſitum ꝙ intelligentia ſit producta habetur cōcordia.
De modo aūt illius cauſationis ſatis haberi poteſt ex intentione
Auicenne quo ad hoc ſcilicet:ꝙ non poſuit eā per motum vel mu-
tationem:vel cum aliqua nouitate:ſed ꝙ totum eſſe intelligētie ſem
per eſſet a primo:⁊ in diuerſitate eſſentie:ſicut nos ponimus ꝙ filiꝰ
eſt a patre ſemper in eadem eſſentia:⁊ ſic ſecundum Ariſt.ſempiter-
num eſt lumen in illis corporibus perſpicuis: que nunqꝫ cadunt in
vmbra alicuius corporis:ſcilicet corporum cauſantium vmbram in
vniuerſo:⁊ tamen illud lumen perpetuum in corporibus illumina-
tis poneretur a ſole effectiue. Non enim lumen illud diceretur a ſe
formaliter:quia tunc non eſſet eiuſdem rationis cum lumine in illa
parte:que aliquando non illuminatur. Nam illud lumen cum ſit no-
uum:certum eſt ꝙ cauſatum eſt a ſole:quod autem cauſatū eſt:non
eſt eiuſdem rationis cum eo:quod eſt a ſe. Et ſic patet ſatis ample:
ꝙ celum ⁊ angeli non ſunt a ſe:⁊ neceſſe ſimpliciter:ſed ſunt produ-
cti a Deo eterno prima cauſa. Et ſic patet ad tua argumenta:ꝙ nō
concludunt oppoſitum contra me. PHI. Videris mihi ſenex ve-
nerande velle me a philoſophicis omnino principijs recedere:⁊ ve
ſtra ſupernaturalia ſequi veſtigia:ſed niſi ſolutis argumentis ⁊ obie
ctionibus:quia rationibus gubernamur:veritati acqeſcere nec poſ
Angelus eſt formaliter neceſſarius.
ſum nec debeo angelus eſt formaliter neceſſarius:⁊ ex conſequen-
ti non poteſt eſſe cauſatus. PET. Quis philoſophe clariſſime nō
videt te non ſolum in ſupernaturali:verum etiam in naturali ſciētia
deceptum eſſe:⁊ ab earum fundamentis recedere. Iſta duo ſcilicet
eſſe cauſatum : ⁊ formaliter neceſſarium ſecundum veſtram doctri-
Eſſe cāſatum et formaliter neceſſariū non repugnant.
nam non repugnant . Nam dicitur .2. methaphy . ſempiternorum
principia ſemper eſſe veriſſima: neceſſe eſt: quia ſunt cauſe veritatis
in alijs : ergo ſempiterna que ſecundum veſtram doctrinam ſunt
formaliter neceſſaria:habent principia. Et.5.methaphy.c. de neceſ
ſario:nihil prohibet neceſſariorum eſſe alteras cauſas. PHILO.
Adhuc tamen ſolutum non videtur argumentum : licet illa acu-
ta ſit ſatis ⁊ alta reſponſio : quia ſi ſic eſſet : angeli non viderentur
eſſe neceſſarij . Nam cauſatum eſt de ſe non ens : ⁊ poſſibile eſſe
proprie : ⁊ per conſequens non eſt neceſſarium : ⁊ ita angeli non

eſſent neceſſarij : quod eſt contra noſtram doctrinam. PET. Nõ
ne fili te deceptum eſſe dixi: ⁊ a veritate omnino aberrare : nec (vt
mihi videtur) diligenter terminos ponderare: ſtant enim ſimul iſta
duo eſſe poſſibile ⁊ formaliter neceſſarium. Eſt aliqua poſſibilitas:
que non repugnat neceſſitati formali: ſed ſtat ſimul cum illa: eẽ ob
iectum potentie : ſiue poſſe produci. Sed poſſibilitas que oppo/
nitur actui: ſic illa bene repugnat ⁊ non ſtat cum neceſſitate formali:
⁊ ſic angeli non dicuntur eſſe poſſibiles: quia ſecũdum veſtram do
ctrinam non producuntur cum nouitate: ⁊ ſic patet ad tua argumẽ
ta. Sed vt clarius intelligas quid ſit creatio: que nã ſit noſtra opi/
nio: quam ſequi debes : ſi vis vt aditum habeas: ⁊ in vitam eternã
introitum. Eſt notandum: ꝙ creare eſt aliquid de nihilo produce
re. Tamen eſt aduertendum: ꝙ lyde. denotat ordinem : ordo au/
tem poteſt capi dupliciter: vno modo pro ordine durationis: ſiue
temporis : alio modo pro ordine nature : exemplum primi inter
patrem generantem ⁊ filium genitum eſt ordo durationis : quia
pater eſt prior tempore filio genito fundamentaliter loquendo.
Exemplum ſecundi : licet pro eodem tẽpore quo homo eſt actua
liter exiſtens: ſit riſibilis : ⁊ ſic homo ſiue ſubiectum non precedit
tempore ſuam propriam paſſionem : tamen ſubiectum ſiue homo
eſt prius nã ſua propria paſſione: q: ex quo paſſio ſuo modo fluit: ſi
ue pullulat: ſiue quaſi cauſatur a ſubiecto: de neceſſitate ꝑſupponit
ſubiectum: ⁊ ſic ſubiectum natura ſiue naturaliter eſt prius ſua pro
pria paſſione. Creare ergo de nihilo poteſt intelligi dupliciter: vno
modo vt lyde denotat ordinem durationis: ita ꝙ non eſſe rei crea/
te tpe precedat ſuum eſſe: ſicut dicimus ꝙ aĩa creatur de nihilo: hoc
eſt ꝙ non eſſe ipſius anime tpe precedit totum ſuum eſſe: quia nihil
ipſius anime prefuit realiter : ⁊ nunc in hoc inſtanti tota creatura
Deo. Alio modo vt lyde denotat ordinem nature : ꝙ ſuum non
eſſe naturaliter precedit ſuum eſſe: ſicut dicimus ꝙ ꝑuatio prius na
turaliter ineſt materie q̃ʒ forma : licet nunq̃ʒ materia ſit ſine forma.
Si loquamur de creatione vt nõ eſſe duratione ſiue tpe precedit
ſuum eſſe: ſic philoſophi negant creationẽ: q: dicunt deum de neceſ
ſitate producere quicquid imediate producit: ⁊ nullo ꝑſuppoſito:
illud aũt quod mediate producit: ꝓducit aliquo preſuppoſito : de
quo producit: quia tunc producit per cauſas ſcđas : ⁊ ſic producit
aliquo ꝑſuppoſito ⁊ ita nec mediatum nec immediatũ effectum cõ/
tigenter producit de nihilo: vt non eſſe duratione ꝑcedit eſſe. Iſta
aũt opinio eſt falſa: ⁊ heretica: q: preſupponit Deum agere de ne/
ceſſitate nature: quod falſum eſt: ⁊ ſuperius reprobatum. Si autem

Nota q̃ꝺo poſſibilitas ſtat cũ neceſſitate.

Ordo põt capi dupliciter.

Nota qũo creare ſit de nihilo.

Nota q̃ꝺo philoſo. negant creationem.

loquamur de creatione ſecundo modo: vt ly de: ſiue non eſſe ordine nature ſiue naturaliter precedit eſſe vt diximus de ſubiecto ꝛ ꝓpria paſſione. Sic creatio non negatur a philoſophis. Et ſic Auic. 9. metha. ſuc. c. 2. ponit creationem: non ꝙ illa creatura ſit de nouo producta ſecundum totum ſuum eſſe: ita ꝙ producatur per motuȝ vel mutatione: ſiue ꝙ ſuum non eſſe tempore precellerit ſuum eſſet ſed tantum ꝙ totum eſſe ſuum habet a prima: ꝛ non eſſe ordine nature ſiue naturaliter precedit ſuum eſſe. Quod igitur Deus etern⁹ poſſit aliquid creare ꝛ de nihilo aliquid facere probatur. Et arguo ſic deus poteſt aliquid immediate facere: ergo poteſt aliquid creare: antecedens patet ꝙ Deus poteſt aliquid immediate producere quia deus eſt primum efficiens: ſi ergo nō poteſt aliquid immediate producere ergo nullo modo: ꝛ ſic Deus non poſſet producere aliquem effectum: conſequens eſt falſum ꝛ impoſſibile: ergo ꝛ antecedens: ꝙ Deus non poſſit producere aliquid immediate ꝯſequētiam probo: quia ſi poteſt efficere aliquid: igitur illud non habet eſſe ex ſe neceſſarium formaliter: quia non produceretur ab alio. Et habet eſſe a cauſa: igitur habet eſſe poſt non eſſe ſecundum iſtū intellectum: immediate etiam producit nullo alio preſuppoſito: qa ſi aliquid aliud preſupponeretur: illud aliud eſſet effectum ab co: igitur iſtud non eſſet immediate effectum ab co: igitur ſequitur ꝙ illud creatur. PHILO. Vix (vt verum fatear) ſenex venerande ad hāc percipiendam veritatem meus poteſt intellectus attingere: longe enim diuerſa audio: que nunquam ex noſtra doctrina percepi. dic rogo (ſi fieri poteſt) clarius. PET. Ne te abſorbeat philoſophe admiratio: hec. n. arcana ſunt myſteria: nec ſine magno poſſūt labore cognoſci: mihi queſo parcas: feci pro viribus: tamen a iuſta tua petitione non recedam. Dico itaqȝ breuiter ꝙ Deus poteſt aliquid de nihilo producere: ꝛ per conſequens creare: quia Deus eſt prima cauſa efficiens: ꝛ primum efficiens dicitur reſpectu primi effectus: ſi ergo aliquid poteſt cauſari a Deo: ꝛ ſit primus effectus: de neceſſitate illud habet eſſe poſt non eſſe: ꝛ ſine omni alio effectu preſuppoſito: quia ſi eſſet aliquid preſuppoſitum: illud quod ponitur primum: non eſſet primum productum: ꝛ ſi non eſt primus effectus: nec eſſet ſecundus: quia ſecūdus dicitur reſpectu primi. Sequitur ergo vel ꝙ Deus aliquid de nihilo producit: ꝛ ex conſequēti aliquid creatur: vel ꝙ Deus nō poſſet aliquid producere: quod eſt impoſſibile: poteſt ergo Deus producere aliquid de nihilo nullo preſuppoſito: ſed pro ampliori notitia ꝛ declaratione eſt notandū: ꝙ triplex eſt eſſe: ſcilicet eſſe exiſtentie: eē eſſentie: ꝛ eſſe cognitū.

Ratio ualde efficax d̄ creatione.

Nota de triplici eſſe.

Verbi gratia ſortes habet triplex eſſe: ſcilꝫ eſſe exiſtentie: ideſt eſſe actuale indiuiduale: ⁊ eſſe eſſentie ſcilicet eſſe quidditatiuū: ⁊ eē cognitū in mente diuina: ⁊ eſſe volitū a voluntate diuina. Producere ergo aliquid de nihilo pōt eſſe hoc triplici modo. Dico ergo breuiter: ꝙ lꝫ deus poſſit ꝑducere aliquid de nihilo: ideſt de non eſſe exiſtētie actuali: ⁊ de non eſſe eſſentie: ideſt poteſt ꝑducere aliquid in eſſe actuali ⁊ eſſentiali: quod prius non habebat: ⁊ ſic de nihilo actuali ⁊ eſſentiali: tñ non poteſt aliquid producere in eſſe exiſtētie actuali ⁊ eſſentiali: ſine eſſe cognito: ⁊ volito: quia voluntas diuina que eſt principiū producendi ad extra: nō poteſt ferri niſi in precognitū: quia niſi intellus itelligat: volūtas nō pōt velle: ⁊ hoc ex ordine potentiarū que ſic ſe hñt in operando: qḋ opatio vnius. ſ. voluntatis preſupponit opationē alterius: ſcilicet intellus: ſic ergo dꝫ intelligi ꝙ deus producit aliquid de nihilo: ideſt de non eſſe exiſtentie: ⁊ eſſentie ad eſſe exiſtie ⁊ eſſentie: ⁊ nō de nullo eſſe ſimplr: quia non produceret niſi p̄ſuppoſito eſſe cognito. Et ideo non ſine plena ⁊ pfecta ratione Joānes addidit dicēs oia per ipſum facta ſunt: hoc eſt oia ſenſibilia ⁊ inſenſibilia: ſpiritualia ⁊ corporalia: pmanentia ⁊ ſucceſſiua: ⁊ quicquid eſt extra deum per ipſum ſcilicet verbū facta ſunt. Et vide fili ꝙ ly per accipitur ſubautboritatiue: ideſt ꝙ principium producendi creaturas filius habet a patre: quia omnis perfectio que eſt in filio cōmunicatur ei a patre in ſua eterna ꝑductione. Et ideo dicit ꝙ omnia ſunt facta per verbum: quia potentiā ⁊ virtutem producēdi creaturas verbum habet a patre. PHILO. Miror cur Joānes dixerit facta ⁊ non genita: nam facere nō videt differre a gignere. PET. Hoc dixit ad excludēdum errorē illorū: qui dixerunt deum produxiſſe omnia de ſubſtantia ſua: quia facere importat factum eſſe extra eſſentiā ⁊ ſubſtantiam facientis. Et ſequitur Joānes. Et ſine ipſo factum eſt nihil: in quibus aduerte: nam circa hoc diuerſi diuerſa ſenſerunt ⁊ multi fuerunt errores. PHI. Dicas rogo nā verbū eſt pene tritū ⁊ a paucis (vt reor) itellectū. PET. Dico ꝙ lꝫ diuerſi fuerint errores: tñ pro nūc tres diuerſas opiones ſiue expoſitiones referā. Prio dicūt Manichei ꝙ ſine ipſo factū eſt nihil. i. creature corpales: ⁊ corruptibiles. Et hoc falſum eſt ⁊ impoſſe: qa eſt deuenire ad vnā cām: ſcđm opinionē nō tantū theologicā: verūetiā omniū philoſophorū recte ſentientium: a qua ſunt omnia ꝑducta: aliter daret proceſſus in infinitū: qḋ eſt impoſſibile. Aliqui autē dixerunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil: ideſt diabolus: hoc aūt eſt falſum: quia diabolus quo ad eſſe nature: eſt creatura nobiliſſima: ⁊ a nobiliſſima ⁊ a pma cā imediate creatus.

Nota qđo deus pt aliqđ d nihilo producere.

Nota qđo accipitur ly per in autoritate Ioannis.

Quare Ioannes dixit fctā & nō genita.

Nota de tribus diuerſis opinionibus de nihil.

Nihil non pt intelligi pro diabolo.

Nōnulli aſſeruerunt. Et ſine ipſo factum eſt nihil.i. peccatū:q2 pec
Nihil non pt intelligi pro peccato.
catū nihil eſt. Et iſta expoſitio ƺ habeat apparentiā: tū ſaluo ſemp
meliori iudicio:nō videt̄ vera. Tū quia potētia peccādi vt accipit̄
pro peccato formalr̄ nō eſt a deo:qa peccatū nihil eſt:tū qa inter fa
ciens ⁊ factū eſt diſtinctio realis ſcd̄m veſtrā doctrinā:peccatū aūt
cum ſit nihil nō diſtinguitur a faciente:nec etiā videt̄ ꝙ iſta expoſi/
Nota q̄uo accipitur, nihil a Ioāne.
tio ſit conſona litere ad mentē Joānis. Et ideo ſaluo ſemp meliori
iudicio. Dico ꝙ ly nihil nō accipit̄ pro creatura corruptibili:neqꝫ
pro diabolo:neqꝫ pro pctō:ſed ly nihil accipit̄ affirmatiue. Et ē ſen
ſus:oīa q̄ fuerūt ſunt ⁊ pñt eſſe:per ipſum.ſ. verbū facta ſunt:⁊ ſine
ipſo.ſ.verbo factū eſt nihil.i.nulla creatura poteſt eſſe:niſi ſit ab ip/
ſo verbo. Et hic videt̄ eſſe ſenſus lr̄e ⁊ intentio Joānis. Pro cuius
Nota d̄ duobus inſtātibꝰ in diuinis.
intelligentia ⁊ declaratione eſt notandū: ꝙ in diuinis aſſignantur
duo inſtātia nature. Primū inſtans nature eſt cū intellectus diuiꝰ
cōparatur ad eſſentiā diuinam:tanqꝫ ad primū ⁊ propriū obiectū:
In prio inſtāti eſt tota ꝓductio ad intra.
in iſto primo inſtanti eſt tota ꝓductio ad intra:quia intellectus di/
uinus vna cum eſſentia diuina eſt principiū producendi notitiā in/
finitam:que vocatur verbum ſiue filius: ſicut intellectus meus ha/
bēs preſentiā coloris:poteſt producere notitiam coloris:⁊ ſic pa/
ter producēdo filiū cōicat ſibi oēs perfectiones diuinas. Et ſic cō/
municat ſibi eſſentiā diuinā:intellectum ⁊ voluntatē diuinam intel/
lectionē ⁊ amorē. Et breuiter oēs perfectiones diuinas. Tunc fi/
lius cū habeat eandē eſſentiā cum patre numero:⁊ eandē volunta
tē que eſt principium ſpirandi ſpiritum ſanctum: in illo inſtanti ſpi/
rant ſpiritū ſanctū:qa in illo inſtanti habet̄ principiū perfectū nullo
modo depēdens ⁊ producēs de neceſſitate nature. Et ſic pater ⁊
filius cōmunicāt ſpiritui ſancto oēs perfectiones diuinas. Et ſic ea
dem eſſentia diuina eſt in patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto:⁊ idē intelle/
ctus numero:⁊ eadē voluntas: ⁊ oēs alie perfectiones que ſunt in
vna pſona:ſunt in alia:⁊ econtra. Et ſic in iſto primo inſtanti natu/
re eſt tota productio ad intra. In ſecundo inſtanti nature intelle/
In ſcd̄o inſtāti fit ꝓductio ad extra.
ctus diuinus ⁊ voluntas diuina comparantur ad creaturas: ⁊ ſic
cum nō ſint in aliquo eſſe:nec reali indiuiduali:neqꝫ eſſētiali: neqꝫ
intelligibili:ꝓducunt̄ p intellectum diuinū in eſſe intelligibili ſiue in
eſſe poſſibili:hoc eſt ꝙ intellectus diuinus cognoſcendo eſſentiam
ſuam:cognoſcit oēs creaturas: que ſunt fuerunt ⁊ poſſunt eſſe. Et
ſic ꝓducuntur ab intellectu diuino in tali eſſe:quod dicit̄ eſſe poſſi
bile:idest quod eis non repugnat produci in eſſe exiſtētie reali. Et
ſic volūtas diuina ꝓducit eas in eſſe volito.i.vult creaturas habe/
re tale eſſe:⁊ hoc eſt ab eterno: ⁊ poſtea in tempore vel in inſtant

voluntas diuina producit eas in hoc mundo: secundum qđ deter-
minatum fuit ab eterno. Et sic prius fuit productio ad intra: scilicet
filij ⁊ spiritus sancti. Et volũtas diuina que est principiũ pducendi
ad extra est eadem in pře ⁊ filio ⁊ spiritu sancto. Sequtur ergo sniã
Joãnis: ꝙ oĩa.ſ.creata per ipm.ſ.verbũ facta sunt: idest producta.
Et sine ipso scilicet verbo factum est nihil: idest ꝙ nulla potest esse
creatura: siue in esse intelligibili: siue in esse essentie: siue in esse existẽ
tie indiuiduali: qui sit ab ipso.ſ.verbo: cum voluntas diuina q̃ pdu
cit eas sit in illo scilicet verbo: ⁊ est impossibile aliquam creaturam
posse produci in aliquo esse: quin pducatur a verbo. siue a filio cũ
primo sit productio ad intra personarũ diuinarum: quibus cõmu-
nicatur principium producendi ad extra. Et in secundo sit produ-
ctio creaturarũ. Et sic cum idem principium sit in tribus: est impos-
sibile ꝙ aliqua creatura possit produci sine verbo. PHIL. Distin
cte satis: satisq; clare audisse fateor: q̃ sit Joãnis sniã: ex qua nõ pa-
rũ vtilitatis ⁊ oblectationis animi suscepimus: nunc q; in canitie tua
tanta latet sapientia: expãde manus tuas ⁊ tua benignitate impꝰtiri
velis: qd voluit Joãnes dicere: cũ subiunxit: qđ factum est in ipso
vita erat: ⁊ hoc q; nec potui vnq̃ ingrere: ⁊ q; multi multa in hoc
sentire videtur. PET. Hic locus est in quo multi ꝯfundunť veluti
q naufragia in pturbato pelago patiunť: multi egregij eximijq; do
ctores in hoc caligãt: ⁊ diuersa sentiũt: inter quos inuenies sex mo
dis lraꝫ istã pũctuari: quos breuitatis cã ptranseo: q; tñ difficultas
litere nõ cõsistit principaliter circa pũctuationẽ: sed potius circa re-
ctã intelligentiã: ideo alioꝝ pũctuationib⁹ ⁊ expositionib⁹ dimissis.
Dico saluo semp meliori iudicio ꝙ sensus ⁊ snĩa hui⁹ lr̃e talis est: ꝙ
factũ est in ipso vita erat.i.ꝙ oẽs creature q̃ fuerũt producte in mẽ
te diuina ab ipso.ſ.verbo vna cũ patre ⁊ spiritu sancto: dicebanť vi
uere vita dei: ⁊ esse eterne eternitate Dei. Pro cui⁹ declaratione ⁊
intelligẽtia est notãdũ: ꝙ intellus diuin⁹ cũ ab eterno i istãti indiui
sibili eternitatis cognouit eẽtiã diuinã eadẽ cognitõe reali cogno
uit oĩa pterita: pñtia: ⁊ futura: ⁊ possia fieri: ita ꝙ illamet cognitio di
uine essentie: vt terminať ad hoĩeꝫ dĩ cognitio hoĩs: vt terminať ad
lapidẽ dĩ cognitio lapidis ⁊c. Et talis cognitio hoĩs dĩ idea hoĩs
in mente diuina: que idea nõ est aliud nisi exemplar siue similitudo
hominis. Et q; illa cognitio diuina siue diuine essentie: est eterna:
⁊ pro eterno: ⁊ vita per essentiam cum sit eadẽ realiter ⁊ essentialr
: cum essentia diuina: ⁊ cũ intellectu ⁊ voluntate diuina: ⁊ cum omni
bus pfectionibus diuinis: ideo illa cognitio diuina dĩ eterna: dici-
tur vita: dicitur intelligere siue intellectus realiter. Et ideo cum ille

Nota hãc ex positionẽ Io annis.

Nota qd sit idea in mẽte diuina.

Idee que ſunt in intellectu diuino:ſint eadē realiter ſaltē negatiue: ⁊ fundamētaliter nō ſunt niſi cognitio diuine eſſentie: q̄ eſt vera vita:eterna ⁊ ꝛc.iō ille idee ille ſimilitudines creaturarū dicunť viuere vita dei:intelligere intellectione dei:eterne eternitate dei:qa illa cognitio eſt ipſa vita eterna:ipm intelligere dei:ipm velle dei. Et hoc eſt quod dicit Joānes: qḋ factum eſt in ipſo vita erat:ideſt quod factū eſt per ipſum.ſ.verbū: quia hoc habet a patre:ideſt ille idee creaturarum que ſunt facte ideſt producte ab ipſo verbo vna cum patre ⁊ ſpiritu ſancto:vita erat ideſt viuebant vita dei:erant eterne eternitate dei:quia illa cognitio diuine eſſentie eſt ipſa vita eterna: ipſa eſſentia infinita:ſaltem realiter. Et ſic patet ꝙ Joānes loquiť de ideis q̄ ſunt in mēte diuina:q: huc uſq; loqtur de xp̄o quantum ad eius diuinitatē ⁊ potētiā ꝓducendi:q̄ eſt in tribus pſonis inquā tū deus. Cōcludimus ergo ꝙ opus eſt tenere:⁊ ſcire ipm deū oipotentē oia feciſſe:⁊ de nihilo celū:⁊ terrā:angelos: ⁊ quaſi infinita ꝓduxiſſe:⁊ nō ꝙ ſint eterni:neq; a ſe:neq; neceſſarij. Sed ſunt ex tpe creati ab ipſo eterno deo ⁊ pria cā:ab ipſa ſūma ⁊ infinita ſapiētia fabricati:⁊ ſunt mere ꝯtingentes: ⁊ mere libere ⁊ cōtingēter ꝓducti:⁊ ſicut de nihilo illos creauit: ita pōt illos: ⁊ oia annihilare. Et iō ipſe deus īmētibilis p moiſen intonauit dicēs. Gene.i.c. Bereſcit barabeloim ⁊ baſciamaim ve:habarers.i.in principio creauit deus celū ⁊ terrā:lȝ textus hebraicus habeat. In principio creauit dij celos ⁊ terrā:⁊ nō ſine magno myſterio hoc actū eſt. Confitere ergo ⁊ dic mecū: oipotens manus tua ſemp vna ⁊ eadē creauit in celo angelos:⁊ in terra vermiculos:nō ſupior eſt i iſtis:nō īferior in illis. Sicut.n.nulla alia manus angelū:ita nulla poſſȝ creare vermiculū. Sicut nulla celū:ita nulla poſſet creare minimū arboris foliū. Sicut nulla corpus:ita nullū capillū albū:aut nigrū facere poteſt. Sed oipotens manus tua cui oia pari mō ſunt poſſibilia:nec enim poſſibilius eſt ei creare vermiculū:q̄ȝ angelum:nec īpoſſibilius extēdere celū:q̄ȝ foliū:nec leuius formare capillū:q̄ȝ corpus:nec difficilius fundare terrā ſup aquā:q̄ȝ aquas ſup terrā:ſed oia quecunq; voluit fecit:ſicut voluit in celo:⁊ in terra:in mare:⁊ in oibus abyſſis:⁊ me inter oia ſicut voluit:⁊ potuit:⁊ ſciuit:potuit quidē:manus tua dn̄e me lapidē:vel auē:vel ſerpentē:vel beluā aliquā creare: ⁊ ſciuit:ſed noluit pp ſuā bonitatē:quare ergo ego nō ſum lapis: vel arbor:vel aliqua alia belua:qa ſic ordinauit bonitas tua: ⁊ vt hoc ordinaret:nō pceſſerunt merita mea:ſed tua ineffabilis benignitas: tua īfinita bonitas. P. D. J. Auditis tuis diuinis rōnib⁹ aſſentio:⁊ toto corde deū vnicū; oipotētē:creatorē eſſe celi ⁊ terre confiteor.

¶ Sequitur

¶ Sequitur dialogus inter Ioãnem ⁊ Philoſophum: in quo de quarto articulo ſancte fidei pertractatur.

IUdei ſigna petunt: Greci ſapientiã: Nos aũt predicamus Chriſtum crucifixum: quem vir ille corpore proſtratus ⁊ corde fuerat amplexus: poſtq̃ ad eum eſt conuerſus ex doctrina Petri apoſtoloꝝ principis: a quo fuerat iſtructus tenere ⁊ credere ipſum deum vnicũ eſſe omnium dominoꝝ: ⁊ omnipotentiſſimũ: atq; ſua omnipotentia celum ⁊ terrã celeſtiaq; omnia ⁊ terreſtria creaſſe: qui quidem a Petro dimiſſus vt aulam regiam ingrederetur a quorũdam conuentu circũductus atq; interrogatus: nõ potuit nõ referre: ⁊ cauſam ſui aduentus non recitare: ⁊ quoniam inter alios qui numero quattuor erant: Ioãnes prius virum illum eſt allocutus. IOAN. Quid ſtupes bone iuuenis poſtq̃ fuiſti ſenem illum allocutus: aut cur cogitabũdus incedis: quid vltra petis: aut quonam tendis: PHILO. Ad regẽ tendimus: illi ſeruire petimus: cogitabundus tñ ſum ⁊ ſtupidus: verbis ⁊ rationibus ab illo Petro auditis ⁊ probatis: hunc eſſe vnicũ dñz oĩpotẽtiſſimũ: celi ⁊ terre ⁊ oĩum creatorẽ: q de nihilo cũcta creauit: q̃ q̃uis dura videant̃ ⁊ nũquã philoſophis comprobata: ⁊ a meis ſtudijs neglecta: ita tñ ſuis verbis ⁊ diuinis rõnibus inter dicendum meã clarificauit mentem: vt facile ad ea credenda me perduxerit. Ad illum itaq; tendo ⁊ ſuã ſubire ſeruitutem deſydero.

¶ De principali veritate ⁊ maxima quarti articuli. ſ. Chriſti diuinitate: ac humanitate. Cap. principale.

IOAN. Magna petis: ⁊ que niſi fuerit pſto tuis deſyderijs illius gratia adimplere non poteris. Nã magna ſunt myſteria que ianitor Petrus ⁊ ſenex expoſuit: maiora tñ ijs ĩtelligẽda remanẽt: etenim nõ ſolũ eſt vnicus ⁊ omnipotẽtiſſimus: ⁊ oĩuz rerũ creator optimus. Uerũ etiã illi vnicus eſt filius ſuus ⁊ naturalis qui ⁊ deus ⁊ bõ eſt perfectus: ⁊ ſua ineffabili bonitate homo fieri voluit: ⁊ deus eſſe non deſtitit. Nulla igit̃ facta in diuinitate mutatione: nulla miſtione: nulla impfectione: idẽ filius qui in eternitate ſcd̃m diuinitatẽ eſt filius dei patris: factus eſt homo: ex tẽpore natus: humana carne indutus: oportebit igit̃ benigne iuuenis hoc quoq; tenere: ſcire: ⁊ cre/

dere:aliter non poteris huic dño ſeruire:aut ipſius aulā poſſidere.
PHILO. Admiror Joānes hoc qđ dixeris: ⁊ ita alte volare vi/
deris:vt preter naturā hec ipſa videātur:veluti ea que ianitor Pe/
trus ⁊ vt vera loquar nō capit intellectus meus:nec rōnabilis via:
peccator enim ſum ⁊ philoſophus:⁊ a nature rōnibus ſecedere nō
poſſum:ꝓpterea rogo ⁊ obſecro:⁊ q̄ dicēda occurrūt aperias:vt ab il
lius ſeruitute mihi receſſum nō afferas. Et primo. Quare deus vo
luit homo fieri. Scđo quare filius potius eſt homo fact⁹ q̄ȝ pater:
vel ſpūs ſanctus. Nunqđ nō potuit aſſumere naturā humanā niſi
filius Dei: Tertio quō fuit poſſibile hunc dei filium: aut diuinum
verbū aſſumpſiſſe naturā humanā: Et qm̄ hec videntur eſſe cōtra
omnem doctrinam philoſophicam quam ſequor: ideo nonnulla
addam tibi ſoluenda. Primo quia actus purus ⁊ infinitus non eſt
alicui componibilis:quia omne illud quod cum alio componitur
eſt pars illius:vt patet de membris corporis:que ſunt partes cor/
poris. Deus autē non poteſt eſſe pars:quia pars ſonat: ⁊ dicit im/
perfectionem:quia totum perfectius eſt ſua parte: patet quia cor/
pus perfectius eſt q̄ȝ manus. Sed verbū diuinum ſiue filius Dei
eſt actus puriſſimus ⁊ infinitus: ergo non eſt alicui componibilis:
⁊ ſic patet ꝙ deus non poteſt aſſumere carnem humanam. Secun
do probo idem:qđ deus non poteſt fieri homo: qa inter vnibilia
debet eſſe aliqua proportio:patet. Nam ſi anima debet informare
corpus:aliqua debet eſſe proportio inter corpus ⁊ animam: aliter
nūquā vnirentur:hoc eſt ꝙ ſicut anima eſt apta nata informare cor
pus:ita corpus eſt aptum natum informari ab anima. Et ideo vos
dicitis ꝙ deus non poteſt facere angelum informare materiā:ſiue
corpus etiam de potentia abſoluta:⁊ non ꝓpter aliud: niſi qa an/
gelus ⁊ corpus non habent talē ꝓportionem:⁊ ſic inter materiam
⁊ formā:ſubiectum ⁊ accidens eſt aliqua ꝓportio. Sed inter ver/
bum ſiue filium ⁊ naturam humanā nulla eſt ꝓportio: qa ſecundū
noſtrā doctrinam finiti ad infinitum nulla eſt ꝓportio:verbū diui/
num ſiue filius eſt infinitus:natura humana eſt finita:ergo nulla eſt
proportio inter illa:⁊ p cōſequens nō poſſunt aliquo modo vniri.
Tertio ⁊ vltimo contraria non poſſunt eſſe ſimul ꝓpter eorū repu
gnantiā:patet:nam manus mea non poteſt ſimul ⁊ ſemel eſſe cali/
da ⁊ frigida:alba ⁊ nigra ſecundum omnes partes eius. Sed natu
ra creata ⁊ increata plus repugnant ſibi inuicem q̄ȝ contraria: quia
magis diſtant:ergo non poſſunt eſſe ſimul: ⁊ per conſequens nec
vniri. Multa alia eſſent dicenda:que breuitatis cauſa dimitto:quia
materia eſt ſatis alta ⁊ profunda. JOAN. Pauca ſane fuerūt ver/

ba:ſed magna ⁊ alta quidem petiſti:⁊ quibus non tantũ meum:ſed omnẽ videtur rapere intellectũ:quis enim humana carne indutus tam ardua ⁊ diuina myſteria audeat explicare. Tamen pro viribus cupio ſatiſfacere: nã mihi incũbit. Cum ergo queris quare deus factus eſt homo. Dico pro huius intelligentia ⁊ declaratione eſt notandũ:ꝙ deus eternus in indiuiſibili inſtãti eternitatis cognouit oĩa preterita:preſentia:⁊ futura:⁊ poſſibilia fieri. Et ꝗ̃s cognouerit omnia perfectiſſime ⁊ intuitiue:⁊ ſine aliquo diſcurſu: quia diſcurſus non poteſt eſſe in deo:cum dicat imperfectionẽ:tamẽ in pſciẽtia dei eſt aliquis ordo:ſeu aſſignantur plura ſigna nature ſeu naturalis intelligentie. Unde talis fuit ordo in ordinatione diuina. In primo ſigno intellectus diuinus cognouit ſeipſum ſiue eſſentiã ſuã: ⁊ in iſta viſione intellectus paternus fuit pfecte beatus: ⁊ ſic pater eſt prius beatus ꝙ̃ generet: ideſt anteq̃ꝫ habeat filium genitũ. In ſecũdo ſigno cognouit oẽs creaturas:que ſunt fuerunt ⁊ põt eſſe. In tertio ſigno ordinauit omnem creaturam rationalem ad gratiã ⁊ gloriam. In quarto ſigno preuidit Adam ⁊ Euam caſuros. Ex vno latere deus eternus ordinauerat naturam humanã ad vitam eternam:ex alio latere preuidebat totam naturam humanã cadere in peccato primorũ parentũ:⁊ ex conſequẽti priuari vita eterna: ne ergo volũtas diuina mutaret:quod eſt impoſſibile:⁊ ꝓpoſitũ dei infirmaret. Deus eternus in qnto ſigno ꝓuidit de remedio: ⁊ iõ fuit neceſſariũ:vt volũtas diuina nõ mutaret:⁊ propoſitũ dei infirmaret:⁊ vt creatura vltimo ſuo fine nõ eſſet ꝓuata:vt fieret talis reparatio. PHI. Ioãnes ꝙ̃ rõnabiliter dicta videnẗ verba veſtra. Ego cõcedo ꝙ nos ẽt dicimus:ꝙ natura humana ad aliquã beatitudinẽ ab ipſo ſummo dño fuit ordinata:⁊ ꝙ per petm̃ primoꝝ parentũ tali fine erat merito priuata:⁊ ex cõſequenti vt deus nõ mutaret:fuit neceſſariũ ipſam naturã humanã reparari:licet ex quo deꝰ eſt omnipotẽs:⁊ poteſt omnia de nihilo facere(vt ſenex Petrus ſuperius dixit)nõ potuit ipſam naturã per aliquã creaturã reparare: niſi ipſe deus ſumeret carnẽ humanã. IOAN. Dico tibi ꝙ nõ potuit fieri iſta reparatio ꝑ aliquã creaturã. Primo nõ per hoĩem de genere Ade:q2 peccator peccatorẽ iuſtificare nõ potuiſſet:opꝫ enĩ mediatorẽ eſſe amicũ ⁊ nõ inimicũ. Nõ poterat:nec potuit fieri per hoĩeꝫ de nouo creatũ:qui nõ eſſet de genere Ade:q2 rectitudo diuine iuſtitie ab eo reqrit emẽdã in quo repit ꝓcedentẽ offenſam:q2 ſicut iuſtũ eſt vt homo pro culpa hoĩs ſatiſfaciat:ita iuſtum eſt vt ſit ille qui ſatiſfaciat eiuſdem generis cum eo qui fecit peccatum. Non poterat fieri per angelũ:quia homo per reparationẽ deberet reſti/

De ordine in pſciẽtia diuina.

Nota de ſignis diuine pſcientie.

homo nõ potuit reparari ꝑ aliquam puram creaturã

tui ad priſtinam dignitatē vnde cecidit:quod per angelum fieri nō poterat. Et ratio eſt:q2 ſi homo non cecidiſſet: fuiſſet equalis cum angelis:iuxta illud mathe.22. Eritis ſicut angeli dei in celo vel ſaltem non inferior. Si vero repararetur per angelum:eſſet homo ei obligatus ⁊ ſubiectus p beneficium reparationis:quod ab angelo immediate recognouiſſet:qđ eſt incōueniens. Nec aliqua alia creatura hanc ſatiſfactionem cōdignam facere poterat:cum q̄libet creatura ſit finite virtutis:⁊ finiti meriti: culpa aūt infinita fuit tripliciter ſcʒ obiectiue:priuatiue:⁊ corruptiue. Primo fuit īfinita obiectiue pp infinitatem dei offenſi. Secundo fuit infinita priuatiue: quia priuauit hoiem beatitudine:quod erat bonum infinitum ſiue eternum. Tertio fuit infinita corruptiue:quia corrupit totam humanam naturam:que quātum eſt ex ſe multiplicari poterat in īfinita indiuidua: niſi Deus glorioſus finem imponeret:hec itaqʒ culpa condigna nō poterat deleri:niſi p ſatiſfactionem condignam:pp dei ſempiternā iuſtitiam:quod per nullam creaturam fieri poterat:nec decebat dimittere culpam ſine ſatiſfactiōe:tam ex parte noſtri q̄ʒ ex parte dei: ex parte noſtri non:quia honorabilius eſt habere beatitudinē cuʒ meritis:q̄ʒ ſine meritis:ex parte dei non:q2 non decebat diuinā ſapientiam dimittere aliquid inordinatum in mundo:peccatum autē ſi non punitur dimittitur inordinatum:q2 ſicut virtus ordinatur ad gloriam:ita peccatū ordinaẜ ad penā. Unde non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitie:quid ergo o Juuenis ⁊ benigne : creaturā non poterat:deus non debebat:nec totus hō perire debebat:o ſapientia Dei infinita:o ꝯſiliū ſapientiſſimū:o prudētiſſimū ingenium cogita qđ faciendū:o de⁹ eterne:magiſter amātiſſime : cōmitto tibi creaturā tuā:facturā tuā:opus manuū tuaꝝ ad tui imaginē fabricatū : fuit igiẜ ꝯſiliū dei anteq̄ʒ ſuia ꝓferaẜ:audire partes litigantes. Juſtitia dicebat pereat homo:aut ſatiſfaciat:q̄m ſcriptum eſt. Juſt⁹ dñs iuſtitiam dilexit. Miſericordia allegabat dicens : miſericordia dñi ab eterno ⁊ vſqʒ in eternum . Et iterum nunquid obliuiſcetur miſereri deus:aut cont'nebit in ira ſua miſericordiam ſuam:ppea cōcludo homini eſſe compatiendū. Quibus Deus ſapientiſſimus reſpondit:fiat miſericordia ⁊ iuſtitia:quia vna ſine alia eſſe non debet q̄m miſericordia ⁊ iuſtitia oſculate ſunt:ꝙ per nullum alium modū fieri poteſt niſi ꝙ Deus fiat homo:tunc filius ad patrem ait. Ecce ego vt fiat iſta iuſtitia ⁊ charitas. Jn capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerem voluntatē tuam Deus meus volui:⁊ legem tuā in medio cordis mei. Et ſic factū eſt:ꝙ filius dei fieret homo:vt p incarnationē eius ⁊ paſſionē liberareẜ hō. Unde tūc iuſtitia ⁊ miſericor/

Culpa poteſt eſſe īfinita tripliciter.

dia oſculate ſunt:quia ſatiſfecit homo qui debebat ⁊ non poterat p iuſtitiam:⁊ ſatiſfecit deus qui poterat:⁊ nõ debebat p miſericordiã: o ſapientia dei profundiſſima:o deus eterne:tu qui celum angelis adornaſti:tu q ſolẽ ⁊ lunam ⁊ ſtellas ⁊ oĩa corpora celeſtia tam mirabiliter ꝑduxiſti:tu qui terram plenam ⁊ ornatam arboribus feciſti:tu qui oĩa in numero pondere ⁊ menſura tua ſapientia moderaſti:tu qui primum hominem de limo plaſmaſti:⁊ ſolo verbo oĩa ꝓduxiſti:nõne potuiſti hoiem redimere:niſi per mortem ⁊ paſſionẽ amariſſimam filij tui:ita vt de cruce:alta voce clamaret me pñte: Deus meus vt qd dereliquiſti me:⁊ Iterũ dixit. Sitio ſitio:o pater eterne vbi eſt tua omnipotentia:vbi tua virtus:vbi tua fortitudo:o adonai:⁊ dux domus iſrael:q populũ iſrael de ſeruitute egyptiaca liberaſti:⁊ brachio tuo extenſo populũ iudaicũ mare rubrũ ſicco veſtigio tranſire feciſti:pharaone ſubmerſo in mare: non potuiſti nãʒ humanã ſaluare: Audi audi:audiat aĩa mea:audiat creatura redẽpta ſanguine Chriſti:audiat q ſummo dño ſeruire intendit: ⁊ q̃rat:qd dicat.creatura mea fuit certe alius modus poſſibilis deo eterno redimendi nãm humanã:potuiſſet pater meus celeſtis mittere vnum angelũ:aut vnum hominẽ ad redimendã nãm humanã. Immo potuiſſet acceptare vnam minimã lachrimã primoꝝ parentum:vel ẽt cuiuſcunqʒ hominis minimã operationem: immo quod magis eſt pater meus celeſtis de potentia abſoluta potuiſſet dimittere peccatum:nulla facta ſatiſfactione:tñ ipſe ordinauit ab eterno ⁊ voluit nullo modo naturã humanã redimere:niſi p mortẽ ⁊ paſſionem meã:⁊ hoc facere voluit:vt cognoſceres quanta dilectione qñato amore:quanta charitate amplectitur te pater meus:⁊ recognoſceres quot ⁊ quanta beneficia tibi fecit:⁊ vt toto corde ⁊ totis viſceribus me diligeres:patet ergo ad primũ tuũ q̃ſitũ. Cũ q̃rebas quare deus voluit homo fieri:vt nãm que p peccatum primoꝝ parentum dãnata erat:redimeret:⁊ licet illam de potentia abſoluta p aliã creaturã reparare potuiſſet:tñ ſumma ⁊ infinita ſapientia diuina vt maximam charitatẽ ⁊ amorẽ efficaciſſimũ oñderet nãe humane:voluit p ſe ipſuʒ illã redimere ⁊ carnẽ humanã aſſumere:⁊ ſic pʒ ad primũ. Ad ſm dubiũ:cũ dicis q̃re potius filius voluit aſſumere nãm humanã q̃ pater:vel ſpiritus ſanctus: nũquid non potuit alia pſona aſſumere niſi filius: Dico q ita potuit pater vel ſpũs ſanctus aſſumere nãm humanã:ſicut filius ſiue verbũ:q2 omnis perfectio q̃ eſt in vna perſona eſt in oĩbus perſonis diuinis:aliter non eſſent eqles in perfectione:qđ eſt hereticum:⁊ per ꝯñs quicquid põt pater: põt filius:⁊ ſpũs ſanctus:⁊ econtra:cũ ſit vna infinita oĩpotentia in

Multis modis potuit redimi a peccato natura humana.

Deus de potentia abſoluta potuit ſine ſatiſfactiõe naturã humanã liberare.

Quelibet pſona potuit aſſumere naturã humanã.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tribus perſonis diuinis:⁊ quicquid p̄ducitur ⁊ cauſatur ab vna: p̄ducitur ⁊ cauſatur ab alia:loquẽdo ad ex̄a:⁊ ideo dicimus ꝙ opa trinitatis ad extra ſunt indiuiſa:q: cum voluntas ſit principium p̄ducendi ad extra:⁊ ſit eadem in tribus perſonis: quicquid p̄ducit vna ⁊ reliqua:potuit ergo pater:⁊ ſpūs ſanctus:aſſumere carnem humanã ⁊ fieri homo:ſʒ per ſapientiã diuinã fuit ordinatum ⁊ determinatũ:ꝙ non conueniret patri pp p̄prietatẽ innaſcibilitatis: non.n.decet vt ille q eſt pater innaſcibilis in diuinitate eſſet in humanitate filius naſcibilis. Similiter ꝙ non conueniret ſpūi ſancto ne nomen filij in plures perſonas transferretur ⁊ ideo bene o Iuuenis concluſum fuit:ꝙ ſoli filio cõueniret incarnari:pluribus rationibus. Primo q: filio cõuenit iſte determinatus modus originis .ſ. naſci:vt qui in diuinitate eſt filius dei patris in humanitate ſit filius virginis matris:⁊ ſic non eſſent plures filij in diuinis:ſiue in trinitate. Secunda ratio q: cũ filius ſit verbũ dei:quo oĩa creata dixit:ac dicit ⁊ facta ſunt:congruum eſt:ꝙ oĩa p eundem repararet per eius incarnationẽ:ipſe quoqʒ eſt ars patris:artifex aũt per eandem artẽ reparat artificiatum quũ cecidit:vel corruptum eſt:per quam fecit. Tertia ratio:q: reparatio iſta fieri debebat p mediatorẽ dei ⁊ hoĩs hoc aũt magis conuenit filio:cum ſit media pſona in diuinis. Quarta ratio debebat fieri p obedientiam ⁊ ſupplicationẽ hoc aũt magis conuenit obedire ⁊ ſupplicare filio q̄ʒ econtra. Poſtremo fuit magis ꝯgruũ filium incarnari:ad oñdẽdũ maiorẽ benignitatẽ ⁊ clemẽtiam. Nã homo peccando magis ꝯ filiũ peccauit appetendo ſapiaʒ que attribuitur filio:ideirco magis ꝯueniebat filio incarnari ⁊ mori pp hoĩs liberationem:⁊ in hoc oſtenditur maior charitas hĩc ipſe filius dei ad patrem per os Ioſue primo.c.ait. Propter me orta eſt iſta tẽpeſtas:q:.ſ.homo cecidit appetendo meã ſapientiam: ideo proijcite me in mare mortalitatis ⁊ miſerie huius mundi. Et ſic pʒ ad pʒ tuum queſitum:vʒ quare potius voluit filius incarnari q̄ʒ pater:vel ſpūs ſanctus. Nõ q: pater non potuiſſet aſſumere carnẽ humanã. Silr ⁊ ſpūs ſanctus:ſicut ⁊ filius vt dictum eſt:ſʒ q: fuit magis expediens ⁊ ꝯueniens ſapientie diuine filiũ incarnari q̄ʒ patrẽ: vel ſpūm ſanctum ⁊ hoc propter rationes ſuperius recitatas: ⁊ ſic patet ad ſecundum queſitum. PHILO. Non immerito grandis magnarum alarum aquila vocaris:plumis plena ac varietate: qui celerrimo tuo:⁊ altiſſimo volatu vſqʒ ad diuine maieſtatis aſcendiſti thronum: ⁊ quid mirum: cum enim in gremio ⁊ ſinu dilectiſſimi magiſtri tui quieuiſti:celeſtia tibi reuelata ſunt ſecreta. Verum tamen vellem per ſacra ſcripta eaſdem firmas cognoſcere; eo magis

Marginal notes: Non decebat p̄rem incarnari. — Nec decebat ſpūm ſanctũ incarnari. — Pluribus de cauſis filiꝰ aſſumpſit naturã humanã. — An icarnationis miſteriũ p legẽ moſaica oñdi poſſit.

ꝙ iudaica ſecta nutritur authoꝛitatibꝰ:⁊ illas firmiter tenent ⁊ aſſeuerant:atqꝫ ex pꝛophetis verbis oppoſitum dicere non erubeſcūt.
IOAN. Magna eſt hec pꝛouincia ⁊ ſupꝛa hominis vires : quam me vis aſſumere:nec quiſpiam niſi diuino illuſtratus lumine percipere poteſt:vt tamen veritas ipſa locum habeat : licet magna ſatis ⁊ alta ſit materia:diuinis inherendo reuelationibus aliquid dicam.
Pꝛobo ergo per dicta pꝛophetarū:Jeſum Chꝛiſtum fuiſſe deum ⁊ hominem perfectum:in lege ⁊ pꝛophetis pꝛomiſſum . Et pꝛimo ꝑ authoꝛitatem hiere.23.c.dicentis.Ecce dies venient dicit dñs:⁊ ſuſcitabo Dauid germen iuſtum:⁊ per hoc pꝫ:⁊ apparet Chꝛiſti humanitas:q꞉ hec authoꝛitas ſcd̄m oēs expoſitoꝛes hebꝛeoꝝ : intelligitur ad literam de Chꝛiſto.Sequitur in eadē ſerie textus:⁊ in eadem pſona.Hoc eſt nomen quod vocabūt eum:dñs iuſtus noſter: ⁊ per hoc expꝛimitur Chꝛiſti diuinitas vera:q꞉ vbi nos habemus iuſtus dñs noſter: in hebꝛeo habet̄ nomen dñi tetragrāmaton:qđ ſic deſcribitur יהוה qđ nomen eſt pꝛopꝛiſſimū inter oīa noīa diuia : ⁊ pp hoc de nullo alio dī niſi de Deo vero:ergo cum tale nomen quod abſolute ſignificat diuinitatem dicatur de meſſia:ergo meſſias eſt deus verus ⁊ homo pfectus.PHILOSO.

Meſſias in lege pmiſſus ē deꝰ ⁊ homo pfectus.

Aduerte:iudei dicunt ꝙ nomen domini tetragrāmaton ſiue quattuoꝛ literarum non tantum dicitur de deo vero : ſed etiam de alijs : ⁊ ſic licet dicatur hoc nomen de meſſia : non tamen ſequitur quod ſit deus : ſicut non ſequitur de alijs de quibus dicitur. Quod autem de alijs ꝗ̄ de Deo vero dicatur pꝛobatur . Nam habetur Ezechielis vltimo : de illa ciuitate que deſcribitur ibi. Et nomen ciuitatis : ibidem : vbi habemus dominus ibidem : in hebꝛaico ponitur nomen domini tetragrammaton : ſiue nomen quattuoꝛ literarum . Et ſic nomen illud dicitur de illa ciuitate:que deſcribitur ibi : que tamen non eſt Deus : ergo nec ſequitur de Chꝛiſto : quod ſit Deus . Item gene . 22 . c . dicitur . Vocauit Abꝛaam nomen loci illius dominus videt : vbi habemus dominus : textus hebꝛaicus habet : nomen domini tetragrammaton : ſiue quattuoꝛ literarum. Et ſic locus ille nominatur illo nomine : ⁊ tamen non eſt Deus. Item iudic.c.6.dicit.Edificauit igitur gedeon altare domino : vocauitqꝫ id domini pax. In hebꝛeo habetur dominus pax.Et ibi habetur nomen domini tetragrāmaton : ⁊ ſic vt pꝛius. Item Exodo.17.c.dicitur.Edificauit altare moyſes domino:ſiue edificauit Moyſes altare domino : ⁊ vocauit nomen eius deus exaltatio mea. Vbi nos habemus dñs in hebꝛeo eſt nomen

Nomē q̄tuoꝛ literarū tm̄ dicitur de Deo uero.

Iudeorū obiectio contra meſſiæ diuinitatē & ꝙ nomē quatuor literarū dicat de multis.

domini tetragrâmaton:⁊ tñ non ſequitur ꝙ ſit deus. Sic in propo
ſito lȝ hoc nomé dicat̃ de meſſia:nõ tñ ſeqtur qȯ ſit de⁹. JOAN.
Nulla creatura abſolute uocatur nomine quattuor lr̃arum.
Iſti iudei ſunt decepti:⁊ in tenebris ambulāt:⁊ lumé veritatis itel
ligere nolũt:tñ iſta viſio nulla eſt: q̃ nullũ predictoꝝ noiat̃ ꝓprio
nomine dei:quod eſt nomen dñi tetragrâmaton. Sed nominatur
qȯlibet predictoꝝ a quodã effectu dei:q̃ ſolus deus noíatur hoc
noie:⁊ hoc non eſt incõueniens:ſicut aliquis homo vocatur a deo
datus:vel deus dedit:⁊ huiuſmodi:non tñ vocatur deus abſolute:
qa hoc eſſet impium: ⁊ hoc pȝ diſcurrendo per ſingula predicta:qa
Ezechielis vltimo:nõ dr̃ nomen ciuitatis dñs: ita ꝙ nominatur no
men dñi tetragrâmaton:ſed dicitur ibi nomé ciuitatis:dñs ibidem:
id eſt denominari dȝ a diuina inhabitatione. Et hoc patet per cal
daicam tranſlationé:que ſic habetur. Et nomé ciuitatis. Exponẽs
adiecit a die qua dñs fecit deſcendere ſuam diuinitaté ibidem. Si
militer Gene.22.cap. Non dicitur vocauit Abraam nomen loci il
lius dominus abſolute:ſed dominus videt: quia locus ille non eſt
nominatus:nomen domini tetragrâmaton:ſed eſt nominatus a vi
ſione diuina:quia vidit ibidem humilitaté ⁊ afflictioné Jſaac: libe
rans eum a morte:⁊ arietem loco eius ponens. Vel aliter ꝙ abraã
vidit in ſpiritu templum Deo edificandũ per Salomonem:in quo
deus viſurus erat preces populi ſui:⁊ oblationes. Et hoc patet ꝑ
tranſlationem caldaicã:vbi dicitur adorauit ibi abraam: ⁊ ait corã
dño. Hic erunt colentes coram deo gentes. Similiter Exod. 17.
Moiſes non vocauit id altare nomé dñi tetragrâmaton abſolute.
Sed vocauit dñs exaltatio mea a quodã effectu diuino:qa dñs li
berauerat ibi populũ a manibus Amalech ad preces Moiſi: vt pȝ
ibidé. Siłr Judicũ.6.c. Gedeon nõ vocauit altare illud nomé dñi
abſolute:ſed a quodã effectu diuino. Et iõ vocauit illud dñs pax:
vel dei pax:quia dñs promiſerat ſibi pacem ab inimicis perſequen
tibus eum:⁊ de facto compleuit. Et hoc patet per tranſlationé cal
daicam que ſic habetur. Edificauit ſibi Gedeon altare dño:⁊ ſerui
uit ſuper illud deo qui fecit ei pacé:pȝ igitur ex predictis ꝙ nomen
dei tetragrâmaton ſiue quattuor literaꝝ:non dicit̃ de aliquo alio:
Rabbi moiſes egyptius.
ſed de deo vero tñ. Et hoc ẽt expſſe dixit rabbi Moyſes egypti⁹
in libro directionis ꝑplexorũ dicens expreſſe:ꝙ oía nomia diuina
Oía noía diuina detiuata ſunt ex creaturis ꝑter nomé quattuor lr̃arum.
derivata ſunt ab operibus diuinis: preter nomen tetragrâmaton:
qȯ eſt appropriatum altiſſimo creatori:⁊ ſecũdum ipſum ſolum de
notat diuinã eſſentiam cum ꝓprietatibus ſuis intrinſecis:cetera au
tem nomina diuina impoſita ſunt ab opibus diuinis: ſicut patet de
hoc nomine heloy:⁊ adonay:que inter cetera nomina ſunt magis
propria:

propria: tamen hoc nomen heloy: vel adonai: imponitur ad ſigni ficandum Deum: ex generali prouidentia: ⁊ pp hoc cõicatur alijs: vnde iudices ⁊ ſapientes ⁊ diuina ſapientia preditis aliqñ nominan tur heloym in ſacra ſcriptura: vt dicit ps. ego dixi dij eſtis: in hebrai co ponitur heloym. Et conſimilia habentur in pluribus locis. Et ſi militer habetur de hoc nomine adonai: quod iponitur ab vniuer ſali preſidentia. Et ideo bene in ſcriptura de potentatibus ⁊ regi bus dr̃. Non autẽ ita eſt de noie dñi tetragrãmato: quod ſignificat diuinam eſſentiam nudam: ⁊ ſine reſpectu ad extra: vt dicit doctor predictus. Et ideo tale nomen non eſt cõicabile alteri. Et ppea cũ ipſe Meſſias ſiue Chriſtus nominetur hoc noie: vt patȝ per autho ritatem allegatam hyere. 27. patet ꝙ ipſe Chriſtus eſt verus Deꝰ. PHJLO. O Joannes q̃ȝ aperta ſunt verba tua: ⁊ q̃ȝ manifeſte ꝑ pheta loquitur de Chriſti humanitate ac diuinitate: tñ iudei dicunt ꝙ textus hebraicus aliter dicit: ⁊ non ſicut tranſlatio Hiero. Unde verba hyere. hec ſunt in hebreo: ⁊ hoc eſt nomen eius: qui vocabit eum dñs: iuſtus noſter: ita ꝙ nomen dñi tetragrãmaton loco cuius ponitur in tranſlatione noſtra dñs: vt dictum eſt: non refertur ad meſſiam: ſiue Chriſtum filium Dauid: ſed ad Deum verum: qui vo cabit ipſum ad liberationem populi iſrael: quando placuerit ei. *Obiectio iudeorũ ꝙ textus hebraicus aliter dicat et non ſicut trãſlatio Hiero.* JOAN. Peruerſa eſt hec rabies iudeorum: videte q̃ȝ ceci ⁊ ſtulti fa cti ſunt: vt veritatem negare poſſint: aperte textum ſacre ſcripture corrumpunt. Et quod ita ſit: poſſet aperte videri ſi haberentur an tique Biblie: que non eſſent corrupte in paſſu iſto: ⁊ in alijs vbi fit mentio de diuinitate Chriſti. Et hoc modo illi qui preceſſerũt nos in hoc paſſu: ⁊ in ſimilibus arguebant contra eos: tamen pro nunc nulla reperitur Biblia apud eos: que in hoc paſſu nõ ſit corrupta: tñ vt audiui a fide dignis vita: ſcientia: ⁊ conſcientia affirmantibus iuramento: ꝙ ſic viderant in antiquis Biblijs: ſicut tranſlatio hye ro. habet. Si aũt non poſſunt haberi Biblie antique nõ corrupte recurramus ad alias tranſlationes: quas iudei rationaliter negare non poſſunt: ⁊ per hoc predicta falſitas poterit deprehendi. Et pri mo conuincitur per tranſlationem. lxx. interpretum: qui ſic habent vt tranſlatio hiero. vt per officium eccleſiaſticũ patet: quod de iſta tranſlatione ſumptum eſt: in quo quidem officio ſic ponitur iſta au thoritas. Jn diebus illis ſaluabitur iuda. Et Jſrael habitabit confi denter: ⁊ hoc eſt nomen quod vocabunt eum: dñs iuſtus noſter. Et hoc patet ꝙ nomen tetragrãmaton: refert̃ ad Chriſtũ. PHJ. O Joãnes dic queſo quare. lxx. interpretes ſic tranſtulerunt q diuinitatem Chriſti quantum potuerũt in ſua tranſlatione celauerũt: *Conuincitur iudeorum obſtinatio p. lxx. interpretes.* *Quare. lxx. interpretes i ſua tranſlatione Chriſti diuinitatem celauerunt.*

ne forte Rex Ptolomeus crederet eos adorare duplicē diuinita/tē: vt dicit Hiero. in prologo pentatheuchi: ⁊ in plurib⁹ alijs locis. JOAN. Dicam ꝙ .lxx. interpretes sufficienter operuerunt Chri/sti diuinitatē in hoc loco: quia trāsferendo de hebraico in grecum: nō posuerunt nomen dei tetragrāmaton: ſʒ loco eius poſuerūt nomē cōe kyrios: quod in greco sonat idem quod dn̄s apud nos: ⁊ hoc nomen poteſt dici de Deo vero: ⁊ quolibet homine magno prīn/cipe: ⁊ hoc eodem modo Hiero. transferens de hebraico in latinū: posuit nomen cōe dn̄s: quia non habuit nomen proprium corres/pondens nomini dn̄i tetragrāmato. Et ideo loco eius poſuit hoc nomen cōe dn̄s: quod indifferenter dictum eſt de Deo: ⁊ quolibet magno principe pp hoc authoritas hiere. 23. similiter non eſt efficax ad probandum Chriſti diuinitatem: per translationem Hiero. Sʒ solum ex hebraica authoritate ⁊ veritate haberi poteſt. Secundo dico ꝙ patet falsitas iudeoꝝ p translationē caldaicam in predicto loco: que eſt autentica apud eos que sic hʒ. Ecce dies venient dicit dn̄s: ⁊ suscitabo Dauid: messiam iuſtum: vbi nos habemus germē iuſtum: ex quo patet ꝙ hec authoritas intelligitur de Chriſto ad litteram. Et ſequitur in trāslatione chaldaica: ⁊ hoc eſt nomen qđ ipſi dicent ei dn̄s iuſtus noſter: ⁊ ibi ponitur nomen Dei tetragrā/maton: vbi poſuit hoc nomen dn̄s: ex quo patet ꝙ in hebraica ve ritate non eſt vocabit: ſed vocabitur ⁊ ſic patet ꝙ nomen Dei te/tragrāmaton refertur ad Chriſtum: quo nomine dicit hiere. ipſum appellandum: ſeu nominandum a populis ſibi ſubditis. PHJ. O Joannes iſta authoritas non videtur cogere iudeos ad confitēdū: ꝙ Chriſtus ſit Deus: quia propheta non dicit ꝙ Chriſtus eſt De⁹ ſed ꝙ vocabitur Deus: modo aūt aliud eſt eſſe De⁹ ⁊ aliud eſt no minari. JOAN. Fuga eoꝝ nihil eſt: ⁊ facile conuincitur falſitas ip ſoꝝ: quia iſta nominatio ſeu vocatio: ſi vera eſſet: ſtatim ſequitur ꝙ ſit Deus re: ſicut ⁊ nomine. Sic aūt eſt in ꝓpoſito: q: ibidem pre/mittitur deus de ſe ipſo ſic nominato. Ecce dies veniunt dicit dn̄s ⁊ ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit: ⁊ faciet iudicium: ⁊ iuſtitiam in terra. Hoc aūt eēʒ falſum ſi nomen di/uinitatis ſibi vſurparet: ⁊ illo nomine ſe vocari permitteret: niſi ſecū dū veritatē deus eſſet. Preterea lʒ ipſi iudei expectēt meſſiā puruʒ hoieʒ futurū: tn̄ expectāt eū ſicut ꝓphetā ſanctiſſimū ⁊ ſanctiorem moyſe: ħ āt eſſet ipoſe: ſi pmitteret ſe vocari noīe dn̄i tetragrāmato. niſi ſic eſſet ſʒ veritatē: imo incurreret pctm̄ blaſphemie: ⁊ ſic pʒ ꝙ illa fuga ⁊ rn̄ſio nulla eſt. Scđo ꝓbo xp̄m fuiſſe deū ⁊ hoieʒ pfectū p Eſa. c. 9. dicentem de Chriſto: paruulus natus eſt nobis: ⁊ filius

Conuincitur iudeorū perfidia p translatione caldaicam.

Obiectio iſta authoritas ñ vr cogere iudeos ꝙ chriſtus ſit Deus.

datus eſt nobis: ⁊ factus eſt principatus ſuper humerū eius: ⁊ vo/
cabitur nomen eius admirabilis conſiliarius: Deus fortis: pater fu
turi ſeculi: princeps pacis. Et p hoc quod dr̃ paruulus natus oſten
ditur humanitas vera: p hoc aūt quod ſequitur ⁊ vocabitur nomē
eius admirabilis ⁊c̃. apparet eius diuinitas. PHI. O Joannes ad
uerte: quia iudei dicunt φ veritas hebraica ⁊ textus hebraicus nō
habet ⁊ vocabitur: ſʒ vocabit. Et ſic illud quod imediate ſequitur:
quod exprimit diuinitatem: non refertur ad paruulū natum: ſʒ ad
verum Deum nominantem ipſum: ⁊ nomē pueri ponitur in fine au
thoritatis. Cum dicitur princeps pacis: ita φ ſecundū eos: non eſt
princeps in nominatiuo: ſed in vocatiuo: o princeps: vel potius in
accuſatiuo: principem pacis: quod de facili poſſunt dicere: quia no
mina apud eos ſunt indeclinabilia: ⁊ ideo eodem modo deſcribit
nominatiuus: ⁊ accuſatiuus: eſt igitur ſenſus authoritatis ſecundū
eos paruulus natus eſt nobis ⁊c. ⁊ vocabit ille qui eſt admirabilis
conſiliarius: Deus fortis: pater futuri ſeculi: nomen eius ſcilicet par
uuli nati: principē pacis: ⁊ ideo dicunt φ iſta authoritas eſt intelligē
da de principe Ezechia rege iuda ſub quo dedit dñs populo pa
cem: interfecto exercitu ſenacharim regis aſſirioꝝ ab angelo diuini
tus miſſo: vt habetur. 3. Reg. 19. vel ſi dicatur φ de Chriſto debeat
intelligi: p hoc non probatur eius diuinitas. JOAN. O Juuenis
vide q̄ʒ obſcuratum eſt iudeorum genus: qui vt veritatem non cō/
fiteantur: non curant veram literam: ⁊ verum textum corrumpe/
re: ⁊ φ ſit verum patet per tranſlationem. lxx. interpretum que
habet in hoc loco vocabitur: vt Hiero. dicit. Sed tñ in hoc diffe/
runt a tranſlatione Hiero. quia nomina exprimentia diuinitatem
chriſti celauerunt in ſua tranſlatione: ratione iā dicta in predicta au
thoritate. Et ideo ſic tranſtulerunt: puer natus eſt nobis: ⁊ filius
datus eſt nobis: cuius imperium ſuper humerum eius: ⁊ vocabi/
tur nomen eius magni conſilij angelus: ⁊ iſto modo recitatur in of/
ficio miſſe in natiuitate domini: quia officium eccleſiaſticum: in his
que accipiuntur de veteri teſtō: ſequitur tranſlationem. lxx. inter/
pretū ſaltem in pluribus: p hanc aūt tranſlationē pʒ: φ in hebraico
nō eſt vocabit: ſʒ vocabit vt iſti dicūt corrūpentes textū: ⁊ p ꝯñs φ
iſta noīa admirabilis ꝯſiliarius: deus fortis ⁊ cetera q̄ ſunt exprimē
tia diuinitatem: ad puerū natum referuntur: ſicut ⁊ illud quod iſtis
nominibus correſpondet in trāſlatione. lxx. interpretum: ſcilicet
hoc: ⁊ vocabitur nomen eius magni conſilij angelus: quod idem
ſignificat implicite ⁊ velate: quod iſta nomina diuinitatem ex/
primentia ſignificant explicite ⁊ manifeſte: quod maximum cō/

Obiectio iudeorū φ textus hebraic' nō habet uocabitur ſed uocabit.

Iudeoꝝ cōfutatio de chriſti diuinitate.

filium ⁊ ſecretum fuit Incarnationis miſterium anteq̄ in effectu compleretur: patet etiam per hanc tranſlationem: q̄ hec authoritas non poteſt intelligi de Ezechia rege iuda: quia iſta nomina diuinitatem Chriſti exprimentia ſcilicet admirabilis: Deus fortis ⁊c. non poſſunt ei conuenire: ⁊ per conſequens in fine authoritatis nō habetur in hebraico principem pacis in accuſatiuo: vt iſti dicunt ſeu ſum: ⁊ literam corrumpentes: ſed princeps pacis in nominatiuo: q̄a ſicut dictum eſt in authoritate predicta: ponitur vocabitur: ⁊ non vocabit: ⁊ per conſequens ſi in fine authoritatis poneretur principem pacis in accuſatiuo male eēt dictum: vt de ſe patet. Item q̄ iſtā pacem dicunt: debere intelligi de pace quam habuit populus iſrael ſub Ezechia rege: interfecto exercitu ſennacharim: patet falſum: per ſequentem textum: quia immediate ſubditur in authoritate predicta Eſai. Multiplicabitur imperium eius: ⁊ pacis eius non erit finis: quia iſta pax quam habuit tunc ſub Ezechia populus: fuit ſatis breuis: vt patet intuenti quartum librum Regū. Preterea arguo ⁊ probo talem reſponſionem eſſe falſam: per tranſlationem caldaicam que ſic habetur. Infans datus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis: ⁊ recipiet ſuper ſe legem ad obſeruandum eam: ⁊ vocabitur nomen eius abante: admirabilis cōſilio: Deus fortis: permanens in ſecula ſeculorum meſſias. In cuius diebus multiplicabitur pax: per hoc enim quod dicitur hic meſſias: patet q̄ hec authoritas non eſt intelligenda de Ezechia rege iuda. Sed de Chriſto. Per hoc autem quod dicitur: ⁊ vocabitur nomen eius abante admirabilis cōſilio. Deus fortis: patet q̄ nomina diuinitatem exprimentia referuntur ad Chriſtum: ita q̄ ipſe eſt verus deus: q̄ autē interponitur hic: iſta determinatio abante: que non eſt in hebreo: hoc eſt ad denotandū q̄ nomen Chriſti prius fuit vocatum a deo: ⁊ etiam ab angelo: q̄ tēporaliter naſceretur: ſecundum q̄ habetur mathe. primo. ⁊ luce. 2.c. quod aūt in hac tranſlatione caldaica. Et recipiet ſuper ſe legē ad obſeruandam eam: loco cuius ⁊ in hebreo ⁊ tranſlatione hiero. habetur. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: q̄ ipſe aūt dicit mathe. 5.c. non veni ſoluere legem: ſed adimplere. Item notādum q̄ in predicta authoritate Eſa. vbi de Chriſto dicit: ⁊ multiplicabitur imperium eius in hebreo ponit iſta dictio לְםַרְבֵּה idest lemarbe hoc eſt ad multiplicandum: in qua dictiōe ponitur ם mem clauſa in medio dictionis (vt patet) in dictione precedenti contra naturam litere: ⁊ mem ם clauſa nunquam ponitur niſi in fine dictionis. Ad denotādum q̄ ſicut mem clauſa contra naturā ſuam ponitur ī medio dictionis. Sic meſſias naſci debebat de

Nota q̄d ſignificat mem clauſa.

virgine

virgine clausa:patet igit ex dictis Hiere. ⁊ Esa. ꝙ messias siue Christus in lege promissus esse debebat deus ⁊ homo pfectus. Nec tñ prima responsio valet quia nõ dicitur absolute de aliqua pura creatura (vt est sententia firmissima apud hebreos) ⁊ si in aliquo loco inuenitur: ꝙ de aliqua pura creatura dicatur: hoc est tm̃ quantum ad aliquem effectum. Nec secunda responsio aliquid valet: q₃ textus est corruptus ⁊ non vocabit: sed vocabitur: scribitur: vt patet per alias translationes. Nec tertia rñsio v₃: que dicit: ꝙ vocabit deus: sed non erit quia est impossibile ⁊ absurdissimũ vt dictum est: p₃ igitur ꝙ Christus siue messias in lege promissus fuerit deus ⁊ homo perfectus: ꝙ aũt messias siue Christus vocandus esset nomine dei tetragrãmato siue quattuor literarum patet per multos doctores antiquos hebreorũ: ⁊ presertim per Rabbi Jonathan: qui verba Esai. probe. c. 28. Jn die illa erit deus tetragrãmatos exercituũ in diademate gaudij: vel honoris: vel decoris: ⁊ ad sertum ornatus. Hec aũt verba predictus Rabbi conuertens in caldaicũ: sic ait. Jn tpe illo erit messias deus tetragrãmaton exercituum ad diadema gaudij: ⁊c. vbi ergo Esai. posuit nomen dei tetragrãmaton qđ est יהוה iehouah rabbi. Jonathan messias trãstulit ⁊ sic multi alij idẽ affirmãt: inter quos est ille famosissimus rabbi singlr ab hebreis. Rabbenus baccados vocat⁹. i. magister nr̃ sctũs: in libro quẽ galeracʒeya. i. reuelatorẽ arcanoꝝ nuncupauit: de messie noĩbus loquens ait. Quia messias deus ⁊ hõ futurus est: vocatũ est nomẽ ei⁹ emanuel. quod interpretat nobiscũ deus: in corpore. s. ⁊ carne usa: quemadmodum Job. c. 19. testatus est dicẽs. Et in carne mea videbo deum saluatorẽ meũ. Jtem q₃ deus est mirabilis consiliarius dicitur: excogitauit enim mirabile consilium redimendi oẽs animas que propter ade peccatum condẽnate sunt: nec pñt vllo pacto saluari: nisi rex messias mortem acerbissimã multaq₃ tormenta subeat idcirco dictus est גבר geuer idest vir: ⁊ quia sua est omnis fortitudo. De⁹ fortis vocatur. Jtem quia ipse est eternus: pater sempiternus dicitur. Jtem quia in diebus eius pax multiplicabitur princeps ac pax appellatur. Jtem q₃ ipse festinabit vt auferat aiarũ spolia: que in inferno torquentur: vocatur expeditus spoliator: festinus predator. Quia autem eos saluabit: ⁊ ad Paradisũ deducet: vocat⁹ est Jesus: qđ idẽ est qđ saluator: ꝺ ille Rabbenus baccados vere magister nr̃ sctũs. Preterea audi adhuc magnũ ⁊ altissimũ mysteriũ qđ nobis reuelauit rabben⁹ baccados. i. magister nr̃ sanctissimus: vñ in libro galeracʒeya. i. q vocat reuelator secretoꝝ: sup illud Esa. 9. c. למרבה. i. ad multiplicadũ eius iperiũ sic inter cetera ait.

Si nomẽ quatuor literarũ dicatur de aliqua creatura erit tãtũ quo ad aliquẽ effectum.

Rabbi Ionathan.

Rabbenus haccados.

Memoria digna de christi diuinitate ac humanitate.

Rabbenus haccados.

Quemadmodum litera הּ he componitur ex ד id eſt ex daleth: ⁊ vau: id eſt ex .d. ⁊ .u. ita rex meſſias cõponitur ex diuinitate ⁊ huma nitate. Et ſicut hec duo הּה ſunt duo daleth: ⁊ ab ijs ꝓcedũt duo vau: tanq̃ duo filij: qui ab ipſis oriuntur: ita in ſubſtantia regis meſ ſie: inuenientur due filiationes quarum vna eſt diuinitatis: qua dei filius eſt: altera erat humanitatis: qua erit filius prophetiſſe: de qua dixit Eſai. 8. c. ⁊ acceſſi ad propheteſſam: ⁊ concepit ⁊ peperit filiũ. Et ſicut harum literarum ד id eſt daleth: ⁊ vau: q̃ conficiunt הּ he vnaquaq; diſtincta eſt ab altera: quãq̃ ambe ſint vna litera. Ita ⁊ in meſſia ſubſtantia diuinitatis diſtincta erit a ſubſtantia humanita/ tis: ⁊ econtra que duo ſimiliter iuncta ſunt meſſias. Hec ille. Ec/ ce q̃ apertiſſime p; ẽt per doctrinã hebreoꝝ ꝙ Chriſtus fuerit de⁹ ⁊ homo perfectus: multa alia eſſent dicenda de iſta materia: tamen ad preſens ſufficiunt iſta. Ad tertium dubium: cum queris quomo do fuit poſſibile verbum diuinum aſſumere naturam humanam? IOAN. Dico Philoſophe ꝙ nulla ſequitur repugnantia: nulla impoſſibilitas: nulla contradictio: Uerbum diuinũ aſſumpſiſſe na/ turam humanam: ſiue verbum factum eſſe hominem. Non ex par/ te verbi: neq; ex parte nãe aſſumpte. Ex parte verbi nõ: q: ex hoc ꝙ filius dei aſſumpſit naturam humanã: non ſequit̃ ꝙ ſit limitatũ: ſiue finitũ: quia nã diuina nullam perfectionẽ recipit a nã humana neq; eſt pars alicuius compoſiti. Neq; ſequit̃ aliqua dependentia verbi diuini a natura humana: ⁊ ſic ex parte verbi diuini nullum ſe quitur inconueniens: nulla contradictio: nulla repugnantia. Neq; ex parte nãe aſſumpte eſt aliqua repugnantia: q: ipſa nã humana ẽ ꝑfecta potentia obedientiali reſpectu dei. PHI. Quid ergo eſt verbum diuinũ aſſumpſiſſe nãm humanam? Nunquid verbũ diui/ num eſt dependens? Nunqd finitũ ⁊ limitatũ? nunqd imperfectũ aliquo modo? IO. Abſit. PHI. Quid igit̃ ẽ vbũ diuinũ aſſumpſiſ ſe nã; humanã? IO. Dicã: ꝙ vbũ diuinũ aſſumpſiſſe nãm humanã nõ eſt aliud: q̃ filiũ dei: ſiue verbũ diuinũ ſuſtentaſſe: ſeu ſuppoſtaſ/ ſe nãm humanã in ſe ipſo. Pro cuius clariori intelligentia eſt notã/ dũ: ꝙ l; in vno ⁊ eodem inſtanti noſtri tpis verbũ factum ſit homo non ſicut nos per ſpatium quadraginta dierũ in maſculis: ſecundũ doctrinã veſtram philoſophicã. Sed illud corpus ſanctiſſimũ fuit formatũ: ⁊ factũ: ⁊ organizatum virtute totius trinitatis matre con currente in eodem inſtanti: quia ſpũs ſanctus in operando: mora non indiget: tamen in eodem inſtanti tpis aſſignantur: ⁊ ſunt plu ra ſigna nature: id eſt naturalis intelligentie: propterea primum in/ ſtans nature: cum beata Maria dixit. Ecce ancilla domini fiat mi/

Quid eſt uer/ bũ diuinũ aſ ſumpſiſſe na turã humanã

In eodẽ inſtã/ ti tpis ſunt ſi/ gna nature.

Nota de di/ uerſis inſtan/

bi &c. que verba fuerunt tante efficacie et virtutis: q sicut sacerdos dum dicit illa verba ɔſecrationis. ſ. hoc eſt. n. corpus meũ: in vltimo inſtanti prolationis verborum: virtute diuina fit ibi pñs corpus Chriſti. Sic dũ virgo illa ſanctiſſima ,ptuliſſet illa verba: ecce ancilla &c. ſtatim virtute ſpũs ſancti fuit ſtatim & imediate formatũ & fabricatũ corpus ſanctiſſimũ Chriſti. Primũ g̃ inſtans ꝫ nrꝫ intelligere: & cur ſuꝫ nãlem fuit dum virgo ɔſenſit angelo annunciãti: dicens. Ecce ancilla &c. In ſcdo inſtanti virtute totius trinitatis fuerũt decisi puriſſimi ſanguines beate virginis: & ad locũ gñationis deportati. In tertio inſtanti fuit corpus illud ſanctiſſimũ fabricatũ & formatũ ex illis ſanguinibus. In quarto inſtanti fuit aĩa illa ſanctiſſima a tota trinitate creata in tanta pfectione: q ſi qs dixerit aiaꝫ Chriſti non eſſe nobiliorem aĩa iude: hereticus eſſet: & eſt articulus ɔdẽnatus Pariſi⁹. Iſta ,ppõ indiget expoſitione. Videlꝫ qñ aĩa Chriſti ſit eſſentialiter pfectior aĩa iude. Sed de hoc alias. In quinto inſtanti fuit aĩa illa ſanctiſſima corpori infuſa. In ſexto inſtãti ex vnione anime & corporis reſultabat quedã tertia entitas ſiue quoddã eſſe: ſiue totum quod vocatur homo. In ſeptimo inſtanti fuit natura illa ſingulariꝫata: & erat hec: non tamen perſonata. In octauo inſtanti quando illa natura debebat cadere & perſonari in alio: ita vt vere diceretur perſona Joannis aut Petri: tunc in illo inſtanti tota trinitas poſuit illã in perſona verbi ita vt diceretur verus deus & homo perfect⁹: & hanc naturam ſuſtentauit in ſe: & portauit triginta tribus annis in hoc mundo: Sicut verbi gratia: ſi hic panniculus deſcenderet ad centrum ſiue terrã ſubſtẽtaret ipſum: ſi tamen manus mea preueniat panniculum cadentem in terra & acciperet illum: manus mea vere diceretur ſubſtinere: & portare illum: vt patet ad ſenſum: ſic eſt in propoſito. In nono inſtanti fuit aĩa illa ſanctiſſima repleta tali ac tanta ſcientia & noticia: vt cognoſceret oĩa: ẽt q̃ verbũ ipſum diuinũ cognouit ſm diuinitatem: & ſic illa aĩa Chriſti exceſſit ſcientiã & noticiã oĩuꝫ angelorum: nec tñ ſequit̃ q aĩa chriſti ſit infinita: ſiue q cõprehendat diuinã eſſentiã: vt aliq nõ recte ſentiẽtes dixerũt: ꝫ de ħ alias. In decio inſtãti voluntas aĩe xp̃i fuit repleta ſũma charitate: ita q de⁹ eternus ſua infinita oĩpotẽtia: nõ pt creare maiorem: ẽt de potẽtia abſoluta: nec ẽt de potẽtia ordinata pt creare equalẽ. In vndecimo inſtanti fuit aĩa illa ſanctiſſima repleta ſumma beatitudine: ita vt ſumme frueretur diuinitate. In duodecimo inſtanti beatitudo illa nãliter redundaſſet in corpus: & ſic corpus illud ſanctiſſimũ fuiſſet impaſſibile & immortale: Tñ illa ſumma ſapientia diuina: que oĩa facit in nũo: põdere: & menſura: miraculoſe detinebat beatitudineꝫ:

tibus in qbus uerbũ diuinũ factũ eſt hõ.

Aĩa chriſti cognouit oĩa q̃ cognouit uerbũ diuinum.

Corpus chriſti miraculoſe patiebatur.

illam ne reduñdaret in corpus: ꝛ ſic ſtante ſumma beatitudie in aīa Chriſti: corpus erat paſſibile ꝛ mortale: vt poſſet nobis mereri: vt poſſet nos a manibus demonij liberare: o ſumma ꝛ immenſa pietas diuina: o ineſtimabilis dilectio charitatis vt ſeruum redimeres filiū tradidiſti: o iuuenis dilecte qui tanta ſubtilitate ꝛ philoſophica doctrina deo ſeruire queris: reſpice reſpice: vt debes tuū authorē: reſpice reſpice tuū Redemptorē: qualia ꝛ quanta pro te fecit: qualia ꝛ quanta pro te patitur: heu heu: quanta anxietate ꝛ deſyderio te vocat: heu heu cum quanta patientia te expectat: vt ad eum accedas: noli ppea in peccato obſtinatus pmanere: redeat redeat preuaricator ad cor: ꝛ inhereat ei qui fecit illum: quieſce in eo: ꝛ quiet⁹ eris: nā bonum quod queris in eo eſt: audi audi o philoſophe: qd Paulus ſocius meus dicat. An ignoras q: patientia Dei ad penitentiā te adducit: tu aūt ſm cor tuū impenitens theſaurizas tibi irā in die viſitationis: Hoc igitur eſt illud verbū qd̄ ꝓ nobis factū eſt: ꝛ incarnatū: ꝛ habitauit in nobis: pꝫ ḡ Juuenis amantiſſime ꝙ nullū ſequitur incōueniens: nulla repugnantia: nulla ꝯdictio: ꝙ verbū caro factū eſt: ꝙ deus fact⁹ ſit hō: ꝛ ſic pꝫ ad tertiū dubiū: ꝛ ideo rn̄deo argumentis tuis in ꝯriū. Ad primū cū dr̄ actus purus ꝛ infinitus non eſt alicui cōponibilis. Sed verbū diuinū eſt actus purus ꝛ infinitus ḡ ꝛc. Rn̄deo ꝙ actus purus ꝛ infinitus nō ē vnibilis alicui vt pars q: tunc verbū non eſſet infinitū: cū totum perfectius ſit ſua parte: tū verbū ſiue actus purus pōt terminare dependentiā nāe humane: ꝛ ſic verbū diuinū fuit vnitū cū nā humana: pro quanto verbum diuinum vniuit: terminauit: ſuppoſitauit: ꝛ ſuſtentauit nām illā in ſe. Igitur verbū diuinū eſt vnibile non vt pars: q: eſſe nō poteſt: ſed terminare. Ad ſcd̄m cum dr̄: ꝙ inter vnibilia dꝫ eſſe aliqua proportio. Sed finiti ad infinitum nulla eſt proportio: verbū aūt eſt infinitū: nā humana eſt finita: ergo non ſunt vnibilia. Cū ergo dicis ꝙ inter vnibilia dꝫ eſſe aliqua proportio tranſeat. Sed cum dicis finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Dico ꝙ licet finiti ad infinitum nulla ſit ꝓportio perfectionalis: quia tunc deus eſſet finitus: ꝛ īperfectus: ſiue nulla ſit proportio quantitatiua: qualis eſt dupli ad dimidium: vel quanti ad quantum: eſt tamen aliqua proportio ſcilicet attingentie: quia intellectus noſter licet finitus: tamen poteſt attingere ad cognoſcendam diuinam eſſentiam: que tamen eſt infinita: ꝛ ſic eſt proportio attingentie: eſt etiam alia proportio inter verbum ꝛ naturam humanam: ſcilicet qualis eſt actiui ꝛ paſſiui: ꝛ ſic eſt in propoſito: natura enim humana dependet ꝛ ſubſtentatur a natura diuina ſiue verbo: ꝛ ſic verbum ſuſtentat ꝛ terminat illam

dependentiā:

Actus purus non eſt unibilis ut pars.

Inter finitum & infinitū eſt aliqua ꝓportio licet non perfectionis.

dependentiã:eſt igit̃ aliqua ꝓpoꝛtio inter illa nõ pfectionalis:non quãtitatiua:ſꝫ attingẽtie ſiue actiui ⁊ paſſiui:⁊ ſic pꝫ ad ſcðm tuũ ar/gumentũ.Ad tertiũ cum dĩ ꝯ̃ria nõ poſſunt eſſe ſimul in eodẽ ſubiecto pp eoꝝ repugnantiã.Sed finitũ ⁊ infinitum magis repugnant q̃ꝫ cõtraria:ergo ⁊c.Dicã tibi contraria nõ ideo ſunt incompoſſibilia:qa diuerſa idest in nullo conuenientia.Naꝫ diuerſa genera ſunt minus conuenientia:⁊ tñ nõ repugnãt eſſe in eodẽ ſubiecto. Sꝫ iõ ſunt incõpoſſibilia:q: repugnãtia:q̃ repugnãtia non eſt in illis:que in nullo:vel paucis cõueniunt.Natura igitur diuina ⁊ humana: ſꝫ ſint magis diuerſa q̃ꝫ album ⁊ nigrum: ⁊ tamen ſuperficies poteſt eſſe alba:non tñ album poteſt eſſe nigrũ pp coꝝ repugnantiam foꝛmalẽ:⁊ ſic patet ad argumenta. Dicam igit̃ ꝙ filius ſummi dñi vere eſt deus ⁊ homo perfectus:qui licet ab eterno ſit a patre in diuinitate:tamen nulla facta mutatione:nulla facta variatione:nulla imperfectione annexa:factus eſt homo in tempoꝛe natus: ita ꝙ idem qui in eternitate eſt filius dei patris:in humanitate eſt filius hominis:tẽpoꝛaliter natus.Et vt o iuuenis plenius intellectus veſter aſſentiat:⁊ ſit ſatiſfactus:cum ſcðm veſtram doctrinam omnis noſtrã cognitio oꝛtum habeat a ſenſu oſtendam tibi per effectum ipſum fuiſſe dei filium ⁊ hominis:deum ⁊ hominem perfectum per opera que ipſe fecit:que negari non poſſunt: o iuuenis ⁊ philoſophe qui viam naturalem pꝛoſequeris.

Diuerſa iõ impoſſibilia qa repugnantia.

Si non erat homo:Maria quem poꝛtabat?
Si non erat deus:angeli quem ſaluatoꝛem vocabant?
Si non erat homo:in pꝛeſepe quis iacebat?
Si non erat deus:angeli quem gloꝛificabant?
Si non erat homo:Joſeph quem circuncidebat?
Si non erat deus:ſtella per quem apparebat?
Si non erat homo:Maria quem lactabat?
Si non erat deus:magi quem adoꝛabant?
Si non erat homo:Maria quem in vlnis poꝛtabat?
Si non erat deus:Simeon cui dimitte nos in pace dicebat?
Si non erat homo:Joſeph quẽ fugiens in egiptum poꝛtabat?
Si non erat deus:idola egipti per quem coꝛruebant?
Si non erat homo:Joãnes quem baptizabat?
Si non erat deus:columba quem figurabat?
Si non erat homo:in deſerto quis ieiunabat?
Si non erat deus:angeli cui miniſtrabant?
Si non erat homo:in nuptijs quis comedebat?
Si non erat deus:aquam in vinum quis conuertebat?

Si non erat homo:in nauicula quis dormiebat?
Si non erat deus:vento ⁊ mari quis precipiebat?
Si non erat homo:cum phariſeo quis manducabat?
Si non erat deus:peccata peccatrici quis dimittebat?
Si non erat homo:iudei quem capiebant?
Si non erat deus:iudei per quem cadebant?
Si non erat homo:alapas quis ſuſtinebat?
Si non erat deus:auriculam quis ſanabat?
Si non erat homo:in Cruce quis pendebat?
Si non erat deus:ſol per quem obſcurabat?
Si non erat homo:fel ⁊ acetum quis potabat?
Si non erat deus:latroni quis regnum dabat?
Si non erat homo:in ſepulchro quis iacebat?
Si non erat deus:de mortuis quis reſurgebat?
Si non erat homo:cum diſcipulis quis manducabat?
Si non erat Deus:in celum quis aſcendebat?

Hec omnia negari non poſſunt:quia primus effectus ꝑtinet ad hu/
manitatē Chriſti immediate. Secundus aūt ad diuinitatē:⁊ per cō
ſequens ſequitur ꝙ Chriſtus ſit deus ⁊ homo ꝑfectus. PHILO.
Laudetur igitur deus Joannes venerande:q꞉ tot ⁊ tanta admiran
daq꞉ ſecreta ⁊ diuina myſteria aures mee audierunt: vt nullatenus
poſthac meus poſſit intellectus dubitare:non immerito igitur ma
gna vocaris aquila:cum in tam ſublimi ⁊ eminenti loco nidū conſti
tueris:⁊ vſq꞉ ad occulta dei aſcenderis myſteria:credo ergo dei fi/
lium nām aſſumpſiſſe:atq꞉ verbū diuinū factum eſſe hominē perfe/
ctum oī ſoluta dubitatione cōfiteor.

Dialogus inter Jacobum ⁊ Philoſophum:in quo de quinto ſan/
cte fidei articulo multipliciter quidē diuiſo iuxta ſuas
veritates:⁊ maximas pertractatur.

IUdei ſigna petunt:Greci Sapientiā: Nos aūt
predicamus Chriſtū Crucifixū ⁊ non immerito t
uam philo.ille magnus ad pedes Crucifixi pro/
ſtratus voluit a Petro ⁊ Joāne ea ſentire: q̄ ad
ipſius ſalutem:vt diximus ſuerant. Sed nondū
a primo conuentu recedens poſt Joānē. JACO.
zebedei ſiſte gradū philoſophe:nec tā cito prin/
cipis aulam ingrediaris. PHI. Quid eſt? JACO. non ſufficit te
Chriſtū vnicū eterni dei filiū deū eſſe:⁊ hoiē꞉ ꝑfectū in vnitate ꝑſo/

ne nulla facta mutatiõe credere ꝛ ſcire: ſꝫ et firmiſſime tenere: Chri/ ſtum dei filiũ non ex ſemine ꝛ corruptione genitũ: vt ceteri hoies: ſꝫ de ſpũ ſancto cõceptũ: ꝛ de puriſſima virgine natũ: q̃ fuit virgo ante partũ: virgo in partu: ꝛ virgo poſt partũ permanſit. Ph J. Miror ſatis ſupq̃ ſatis miror: o bone Juuenis: cuius nomẽ audire cupio. JAL. Quid ẽ qd ſcire cupis philoſophe: Jacob⁹ vocor. Ph J. o Jacobe venerãde: miror te ipoſſa dicere cui⁹ facies indicat boni vi ri grauitatem: ſeueritatẽ: ꝛ non leuitatem: arguunt enim tua verba neſcio quid leuitatis: an putas me vſq̃ adeo rudem: ꝛ deriſione di/ gnũ: vt credã poſt partũ mulierẽ eſſe virginẽ: qd oẽs itellectus ab/ negant: non tñ humanus ſꝫ angelicus: ꝛ apud phos eſt quid ridicu li hoc dicere ꝛ ꝯ omnem doctrinã: ꝛ ppea ſinas me dicere ꝛ nõ nul la addere: que nec parui momenti exiſtunt: que q2 iam occurrunt: dicam. Et primo quõ Maria fuerit mater filij Dei: q2 licet huma/ nitas Chriſti fuerit ex tpe: tñ perſona filij Dei fuit ab eterno: ꝛ nũq̃ ex tpe generata. Secundo cum corpus Jeſu Chriſti fuerit in inſtã/ ti fabricatũ ꝛ formatum: quõ mater potuit ad formationẽ illius cor poris concurrere: cum virtus creata non poſſit cõcurrere ad illud in inſtanti: quod natum eſt fieri in tempore: tertio quõ eſt poſſibile ꝙ mater Chriſti fuerit virgo ante partum: ꝛ poſt partũ: ꝛ in partu: Cum virginitas ꝛ maternitas ſint oppoſita: ꝛ per ꝯſequens ſcđm noſtram doctrinam non poſſunt ſimul ſtare: et per potẽtiã diuinaꝫ.

De prima veritate ꝛ maxima quinti articuli ſancte fidei .ſ. ma/ ternitate virginis qualiter fuerit ꝛ ſit dei ꝛ hominis mater pfectiſſima. Caput principale ꝛ primũ.

ALO. Acutiſſime arguis ꝛ quantum videre vi deor: argumẽta hec arguunt philoſophicã do/ ctrinã: ꝛ angelicũ querũt ad ſolutionẽ itellectũ. Dicã quid ſentio: Spero duce illo: cui non cre/ dit philoſophica ſecta: ea dicerꝫ que pectoris tui archana penetrabunt. Et primo cum q̃ris. Quõ Maria fuerit mater filij dei: cuꝫ ipſe filius dei ſit eternus ꝛ nõ ex tpe: Rñdeo tibi: pro cuius intelligentia: ꝛ declara/ tione notandũ eſt: ꝙ lꝫ mater vel pater ꝯcurrat tñ ad formationeꝫ corporis organizati: ꝛ aĩa que infundit in tali corpore: ſit imediate creata a Deo: vt pꝫ: ꝛ ſic corpus illud non dr̃ nec eſt homo: tñ quia pro eodẽ inſtanti tpis: quo corpus humanũ eſt perfecte organiza/ tũ: pro eodem inſtanti Deus eternus creãdo aĩaꝫ illam infundit ta

Nota q̃uo homo dr̃ generare hoiem.

li corporis: ex qua vnione aīe ⁊ corporis reſultat quoddā totum: qđ vocatur homo: ⁊ ideo quia in vno ⁊ eodē inſtanti in quo corpus ē perfecte organizatū: eſt hoc totū: ⁊ gñatio terminatur ad eē totius: ideo dicitur generare hoiem: non tñ ꝙ totum ſit ab ipſo patre ſiue matre: cum anima ſit immediate a Deo creata: ⁊ totum ſiue homo reſultat ex vnione partium ſcilicet anime ⁊ corporis: ſed pro tanto dicitur generare hominem: pro quanto generatio ſiue actio patris ⁊ matris terminatur ad hoc totum quod eſt homo: ⁊ non aliter.

Patet igitur: q̃uo pater vel mater ſit cauſa generandi hominem: nō quia totus homo ſit generatus ab homine ſecundum omnes partes eius: nec per conſequens totus homo generatur ab homine: imo ſi aīa illa eſſet ab eterno ⁊ infunderetur pro illo inſtanti: adhuc pater eſſet cauſa generandi filium. Sed quia virtus patris ſiue matris ꝯcurrit vna cum ſole ⁊ deo ad formationem illius corporis organizati: ⁊ quia pro eodē inſtanti aīa infunditur in tali corpore: ⁊ efficitur totum compoſitum: ⁊ actio illa terminatur ad illud eſſe totiꝰ quod eſt perfectus homo: ideo pater dicitur generare hominem.

Bñ nota q̃ maria fuit mr̃ dei & hois.

Sic eſt in propoſito. Virgo maria dicitur ⁊ eſt mater Dei ⁊ hominis: non ꝙ ipſe deus ſiue diuinitas ſit producta a maria ſanctiſſima: quia fuit ab eterno: nec ꝙ anima ſanctiſſima Jeſu Chriſti fuerit creata a maria: nec ꝙ hoc totum deus homo perfectus fuerit immediate ab ipſa virgine: ſed pro tanto virgo Maria dicitur mater dei ⁊ hominis: pro quanto ipſa ſiue vt actiue ſiue paſſiue: cōcurrit ad formationem corporis Chriſti: ⁊ pro eodem inſtanti corpus eſt perfecte organizatum: pro eodē anima ſanctiſſima Jeſu Chriſti infundit ⁊ efficitur homo: ⁊ pro eodem inſtanti ipſa natura humana eſt aſſūpta a filio dei: hinc eſt quia illa actio Marie pro eodem inſtanti terminatur ad hoc totū quod eſt deus ⁊ homo perfectus: hinc eſt ꝙ dicitur ⁊ eſt mater dei: ⁊ hominis ſicut qꝫ actio patris terminatur ꝑ eodē inſtanti: ad eſſe totius hominis: dicitur generare hominē licet non ſit cauſa: niſi illius corporis organizati. Sic virgo Maria dicitur ⁊ eſt mater dei ⁊ hominis: quia pro eodem inſtanti quo illud corpus eſt perfecte organizatum: eſt homo ⁊ Deus perfectus: ⁊ ſic ad illud eſſe totius terminatur actio matris: licet tam diuinitas ꝗꝫ humanitas Chriſti ſanctiſſima non fuerit producta ab ipſa Maria. Et ſic patet ad primum dubium: quomodo virgo Maria dicatur mater dei ⁊ hominis: non ꝙ illa ſumma diuinitas fuerit ab illa ꝓducta ſiue generata: quia eſt impoſſibile: ⁊ implicat contradictionem: ſed quia pro illo inſtanti quo virgo Maria produxit corpus Chriſti organizatū: pro illo inſtanti fuit hoc totū. ſ. deus ⁊ homo: in vni-

tate persone: ad quod eſſe totius fuit terminata actio ſiue operatio matris: ſiue mater tantum concurrat paſſiue ſiue actiue. Ph. J. Uenerãde Jacobe ⁊ clare ⁊ apte dixiſti: ⁊ ita ad viuum viſus fuiſti oĩa reſecare: vt non vlterius ſit in hoc dubitandũ: rogo ad ſcõz venias.

De ſecunda veritate ⁊ maxima vz quõo virgo Maria potuit cõcurrere ad formationem corporis Chriſti in inſtãti. Cap. 2.



Acobus. Ad ſecundum: Cum queris dilecte iuuenis. Quõo virgo Maria potuit concurrere ad formationem illius corporis Jeſu Chriſti: cũ fuerit formatum ⁊ fabricatũ pro eodem inſtanti: ⁊ virtus creata non poſſit concurrere in inſtãti ad illud ꝙ natum eſt fieri in tpe: Dico tibi ꝙ tenendo iſtam opinionem: ꝙ illud ſanctiſſimũ corpus Jeſu Chriſti fuerit immediate in eodem inſtanti formatum: ⁊ ꝙ nulla fuerit ibi ſucceſſio. Dico ꝙ virgo maria adhuc pro eodem inſtanti cõcurrit ad formationem corporis illius organizati: ⁊ cooperata fuit ſpũi ſancto in inſtanti: ⁊ quantum ad formam ſubalem iſtius termini: ⁊ quantum ad vbi: ⁊ figuram ⁊ denſitatem: licet ſubito inductas: quia ad hec mater concurrit: quod probatur: quia niſi potuiſſet cooperari: hoc fuiſſet ex vna trium cauſarum: vz. Aut quia non habuit cauſalitatem actiuam minus pꝛĩcipalem reſpectu termini inducti: ſiue terminorum inductoꝝ. ſ. forme ſubſtantialis: figurationis motus: ⁊ denſitatis. Aut quia non potuit ſecundum illam vim actiuam agere ad terminos hoc modo inductos. Aut tertio: quia ſi potuit: tamen fuit pꝛeuenta a virtute maiori totum ⁊ totaliter operãte. Primũ non põt eſſe: qꝛ ipſa habuit virtutẽ actiuã ſicut alie mr̃es ꝗ ad eoſdẽ terminos: ad quos ⁊ alie. Sed alie matres habent vim actiuã: minus principalẽ reſpectu vbi: figure: motus: ⁊ ꝯdẽſationis ⁊ forme ſubſtantialis: igitur ⁊ beata Maria. Secunda cauſa non poteſt eſſe: quia aliqua media ſunt neceſſario media virtuti impfectiori: q̃ non ſunt neceſſario media virtuti pfectioꝛi: qꝛ ſubeſt illi ordini. Nã ille pꝛefixus eſt ab agente ſuperiori: exemplũ pꝫ: qꝛ licet angelus vel homo nõ poſſit tranſire de vno extremo ad aliud extremũ niſi trãſeundo p oĩa illa media: que ſunt inter illa extrema: qꝛ talis ordo eſt pͣfixus ⁊ ordinatus a natura ⁊ prima cauſa: tamen deus poteſt tranſire ſine eſſe ab vno extremo ad aliud abſque hoc vt tranſeat per illa media. Uel aliter: licet agens naturale non poſſit ex aqua facere vinũ niſi tranſeundo per nulla media ⁊ mutatiões.

Notã q̃o uirgo Maria potuit cooperari ĩ inſtãti ad formationẽ corpis.

Tū deus poteſt imediate facere de aqua vinū optimū:q: deus eſt ſup:a o:dinem nāe. Tunc arguo ſic. Spirit⁹ ſanctus ꝛ Maria ſunt agens perfectius:q̄ pater creatus:ꝛ ipſa ſuffic:t:ḡ illa media q̄ fuiſſent neceſſe p̄ceſſiſſe actionē p̄ris nālis ꝛ Marie ſi ↄcepiſſet ex viro: non fuerunt nečia in illa operatione ſpūs ſancti ꝛ Marie. Nec pōt eſſe tertia cā:quia ſpūs ſanctus libere agit:ḡ non neceſſario agit ſm vltimū ſue potentie:igit̄ pōt ad aliqd ſe extendere cālitate cāe ſecū/de:cooperante ſecum:ꝛ ita poteſt ſupplere vicem patris naturalis vel etiam efficacius operari q̄ pater ſi eſſet:ꝛ potuit maria coope/rari ſcḋ3 cauſalitatem ſuam:quia nihil ab ea aufertur per hoc:ꝙ ſpiritus ſanctus p:eueniendo cauſalitatē alterius cauſe cum qua Maria poſſet agere ſupplet vicem eius ſcil3 patris. Ex iſtis tribus mē/b:is imp:obatis:poteſt fo:mari ratio talis. Omnis cauſa actiua habens virtutem reſpectu alicuius effectus:ꝛ nō p:euenta ab alia to/taliter cauſante illum effectum:in eo inſtanti in quo p:oducitur:poteſt agere ad ꝓductionem eius. Maria fuit talis:ſi omnes alie ma/tres ſunt tales:ꝛ hoc vt cauſa actiua non principalis:ergo ꝛc. Maria potuit cooperari in inſtanti ſpiritui ſancto ad fo:mationē co:po ris Jeſu Chriſti. PHJLO. Nondū quomodo Maria coagere:ꝛ in inſtāti cooperari potuerit meus potuit intellectus ptingere:hoc enim naturalem trāſcēdere:ꝛ a philoſophica videt̄ deuiare ſciētia: dic obſecro vt veritatē percipere valeam(ſi fieri pōt)clarius. JE/CO. Si tuus adhuc nequit intellectus penetrare:ne mireris: ſunt enim nature arcana:nec oibus nota myſteria:ꝛ ſi vix intelligibilia ꝛ aliqualiter a veſtra doctrina non tamen a veritate vident̄ aliena: faciam ergo quod hortaris b:euiter. Dico ꝙ virgo Maria potuit cōcurrere ꝛ cooperari ꝛ ſpiritui ſancto in inſtanti ad fo:mationem co:po:is chriſti:qa licet virtus creata non poſſit in inſtanti ꝓduce/re illū effectū:qui eſt actus natus p:oduci per multa media: ꝛ per cōſequēs ſucceſſiue in tēpo:e:q: virtus creata ꝛ finita ſubeſt illi o:/dini naturali. Tamē cum ſpiritus ſanctus ſit ſup:a oēm o:dinē na/turalē:ꝛ potuit immediate p:oducere illum effectum ſine illis me/dijs:ꝛ ſit agens mere liberum ꝛ voluntariū:poteſt cum beata Maria p:oducere ꝛ fo:mare co:pus illud ſic o:ganizatū in inſtanti: qa cum ſpiritus ſanctus vna cum Maria ſanctiſſima ſit perfectiſſimum agens:l3 ille o:do ſucceſſionis eſſet neceſſarius virtuti create nō ta/men eſt neceſſarius ſpiritui ſancto:ꝛ Marie: cum ſit virtus infinita ꝛ increata. PHJ. Rñſionē tuam(niſi fallar) nunc ↄcepiſſe videor: nondū.n.pfecte meus poteſt intellectus quieſcere:cum argumentū in ſuo robo:e ꝛ virtute permanere videat̄:ꝛ irreſolutum ꝛ noſtra

Ois uirt⁹crea ta ſubeſt ordi ni naturali.

adbuc militare principia: quia licet ille ordo non ſit neceſſarius reſpectu ſpūs ſancti: qui eſt virtutis infinite: et illa media babet pro nō medijs: et poteſt immediate ꝓducere: tamen adbuc remanet diffi/cultas: ꝙ reſpectu Marie: q̄ ē virtutis finite ille ordo: ſiue illa me/dia ſemp erūt necīa reſpectu Marie: et p ꝯñs nō poterit agere i in/ſtāti. JACO. Argumentū tuū in ſuo nec robore nec virtute videt̄ ꝑmanere et irreſolutū: ſi noſtrā ſana mente et ad plenū reſponſionē percepiſſes: nec pbiloſopbica militare pricipia. Dico ergo ꝙ agēs ꝓducens aliquem effectū per aliqua media non producit illum ef/fectum per illa media: ita ꝙ media ſint rationes producendi: patet: quia in vltimo inſtanti qn̄ effectus ꝓducitur: illa media nō ſunt: ſed tantū eſt: qa pro illo inſtanti babet virtutē productiuā p̄ſentē: ver/bigratia licet. n. pater ꝓducat filium per multa media. Primo deci dendo ſemen. Secundo vero iam conuertitur illud ſemen in lac. Tertio in ſanguinē. Quarto in carnem etc. et in fine ꝓducitur et for/matur corpus organizatum: iſta media non ſunt cauſe ꝓducendi in fine corpus organizatum: qa in illo inſtanti illa media non ſunt. Si igitur corpus non ꝓducitur in fine per illa media: ſed tantum ꝓdu citur a virtute exiſtente. Si aliqua virtus facit vt non ꝓcedatur per illa media: ſed ꝙ ſubito agens ſe babeat in termino: ſicut ſe babet ſi preceſſiſſet per omnia illa media: ſeqtur ꝙ illa virtus poteſt imme diate producere: ſed ſic eſt ꝙ ſpiritus ſanctus potuit boc facere ꝙ bic non eſſet tranſitus per iſta media ſicut dictum eſt: igitur Maria potuit ad talē effectum in inſtanti concurrere: patet ergo ad dubi/tationē: videlꝫ quomodo Maria potuit cooperari ſpiritui ſancto in inſtāti ad formationem corporis Chriſti. PHJ. Satis diſtincte intellexi quomodo potuit Maria in inſtanti concurrere ad corpo ris formationem: ad tertium rogo deuenias.

Obiectio.

Media non ſūt rōnes ꝓducendi.

¶ De tertia veritate et maxima: videlicet qualiter beata Maria mater Chriſti fuit virgo ante partū: poſt partū: et in partu. Ca. 3.

JACO. Ad tertium dubium cum queris: qūo eſt poſſibile ꝙ mr̄ Chriſti fuerit virgo ante par tum: poſt partum: et in partu: cum virginitas et maternitas ſint oppoſita: et oppoſita non poſ/ſunt eſſe ſimul: etiā per potentiam diuinam. Di co tibi amator ſapientie ꝙ es deceptus: et alie/nus a veritate: qꝛ maternitas et virginitas non ſunt oppoſita vt dicis aliqua oppoſitione formali: nec vt priuatiua:

Mr̄nitas et uirginitas nō ſunt oppoſita.

vt mors ⁊ vita: nec vt cõtraria vt album ⁊ nigrum: virginitas.n. pri/
uat tantũ actionem cauſe ſuperioris naturalis: ideſt vt nõ cognoſca
tur ab homine. Maternitas aũt non neceſſario ponit actionẽ illius
cauſe ſuperioris: ideſt vt aliqua mulier dicatur mater non requirit
de neceſſitate vt cognoſcatur a viro: ſed tantum illam maternitatẽ
cõcomittatur illa actio. Sed ſi alius ſuppleat actionẽ illam totam
cauſe naturalis ſcilicet patris: poteſt eſſe maternitas ſcd̃m ſuam ra/
tionem: ⁊ tamẽ cum priuatione actionis cauſe naturalis ſuperioris:
⁊ ita cum virginitate ſtat maternitas: ſic fuit hic. Exemplum obie/
ctum creatum natum eſt cõcauſare cum intellectu meo intellectio/
nem: intellectũ igitur cõcipere notitiam cõmuniter requiritur obie
ctum creatum mouere intellectũ. Sed non requirit hoc ex per ſe
ratione ſua. Si enim deus ſuppleat actionẽ obiecti mouendo intel
lectum: poteſt intellectus eãdem notitiam concipere: quam conci/
peret obiecto mouente; ⁊ ita ſi in intellectu concipiente nõ moueri
obiecto creato: deſignaretur per nomẽ virginitatis vel incorrupti
bilitatis: vel impaſſibilitatis non repugnaret aliquo modo intelle/
ctum concipere: ⁊ virginẽ eſſe. Sic eſt in propoſito: q̃a beata Ma/
ria concepit filium per ſpiritum ſanctum: qui ſuppleuit vicem agen
tis naturalis ſuperioris.ſ. patris: ⁊ ſic non fuit cognita viro: ⁊ cum
hoc peperit filium: ⁊ ſic remanſit immaculata: ⁊ intacta: ⁊ virgo pu/
riſſima. PHILO. O mirabile: ⁊ alias inauditũ myſteriũ. O dete/
ſtanda mortalium ignorantia ⁊ ceca fatuitas: qui naturaliũ rerũ in/
quirunt: ⁊ ſequuntur principia. Prima facie: ⁊ immediate noſtra ſe/
quẽdo philoſophica principia repugnare videbantur. Non ergo
virginitas: ⁊ maternitas (vt dixiſti) repugnant. IALCO. Mira tibi
videntur: ⁊ inaudita: qui nature ⁊ naturalium rerum contẽplaris ⁊
metiris virtutẽ: non autẽ diuinam: cui omnia ſubiecta ſunt ⁊ poſſi/
bilia. PHILO. Dic obſecro fuit ne Maria naturalis mater Chri
ſti: an ſupernaturalis: ⁊ miraculoſe: IALCO. Dico tibi q̄ pt̃ Ma
ria ſanctiſſima dici ⁊ fuit mater Chriſti naturalis ⁊ ſupernaturalis:
reſpectu diuerſorum. Primo dico hanc generationẽ fuiſſe miracu/
loſam: quantũ ad modũ reducendi potẽtiam naturalẽ actiuã Ma/
rie ad actum: que naturaliter non reducitur ad actum: niſi a cã acti/
ua determinata naturali.ſ. vi actiua patris naturalis. Fuit ẽt miracu
loſa quantũ ad modũ procedendi in illa generatione: quia vel erat
omnino ſubita qualis non eſt ꝓceſſus naturalis in generatione ho
minis. Uel ſi fuiſſet ſucceſſiua: illi motus qui p̄ceſſerunt generatio/
nẽ in tam breui tẽpore fuerunt: in quanto nõ ſunt nati fieri natura/
liter. Sed ex parte potẽtie actiue Marie erat naturalitas: quia iſta

Nota de uirginitate & mr̃nitate.

Beata Maria fuit mr̃ naturalis xp̃i & supernaturalis.

potentia

potentia erat ei naturalis: ſecundum quam erat naturaliter ſecūdat ⁊ potuiſſet concipere a patre naturali ⁊ naturaliter egiſſet ad ꝓductionē prolis: ⁊ ꝓpter iſtam potentiā actiuam naturalē: q̄ operabatur poteſt dici naturalis chriſti mater. Et tamē ꝓpter modū ex quo ēdi actū huius potētie duplicē non naturalē: poteſt dici nō naturaliter ſed miraculoſe genuiſſe: ⁊ ſic patet ad dubium. PHJ. Mirabile dictu philoſophus ſum: ⁊ rōnibus guberno: : nec a veritate vellem recedere: citius ſubire ſeruitutem deſydero: ſed nunc ⁊ rationes: ⁊ philoſophica fundamenta funditus ⁊ radicitus deſtrui videntur: ⁊ annihilari. Dic igitur venerāde Jacobe: quia meus nullatenus poteſt intellectus acquieſcere. Si virgo fuit ⁊ incorrupta: quomodo clauſa potuit parere: cum duo corpora non poſſint eſſe ſimul ſecundū noſtram doctrinam: q: daretur penetratio dimēſionum: vt patet. JACO. Nequaquā (vt mihi videris) a tuis principijs: ⁊ philoſophica queris doctrina diſcedere: ſed ſemp naturalib⁹ tuis adherere rōnib⁹: ⁊ niſi fantaſmata ⁊ naturaliū rez imaginationē dimiſeris: nunq̄ ad infallibiles veritates in aīa nr̄a qeſcētes poteris attingere: nōne audiſti qđ huius mūdi ſapiētia ſtultitia eſt apđ deū. Dimitte ergo ſophiſtica argumēta: ſi matrē: ⁊ incorruptā cupis virginē cognoſcere. Dico ergo tibi ꝙ ibi fuit nouū miraculū: ꝙ ibi fuerit corp⁹ ſimul cū alio corpe. PHJ. O venerāde Jacobe vt mihi videtur: iſta vidētur contra omnem viam naturalem: ⁊ noſtram excedere facultatem: ⁊ non niſi a deo: per reuelationem hoc ſciri poteſt: qui nō poteſt fallere nec falli. Dic mihi obſecro poteſtne per viam ſacre ſcripture intelligi: ⁊ maxime per prophetarū oracula: quibus Deus ſimilia myſteria anteq̄ fierent oſtendere conſueuit ⁊ moſtrauit: JACOB. Quam magna ſunt ⁊ alta myſteria que petis: intellectum ſuperant humanum: tamē dicam tibi domino duce. Et primo ſi loquamur de lege euangelica: que eſt immediate ab ipſa prima veritate: ſcilicet Chriſto. Cū enim virgo ſanctiſſima grauida eſſet: ⁊ Joſph ſponſus ſanctiſſimus Marie ipſam grauidam vidiſſet: dubitans ne ipſa ex adulterio concepiſſet: voluit illam occulte dimittere. Cui angelus apparuit dicens: ſacro euangelio atteſtāte. Joſeph fili Dauid noli timere accipere mariā coniugē tuā: qđ.n. de ea natum: ideſt conceptum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Ecce q̄ apertiſſime teſtatur Deus de virginitate Marie. Similiter cum angelus annunciaſſet Marie incarnationē filij dei: ipſa virgo queſiuit de modo concipiendi: q: vouerat virginitatem quomodo poſſet fieri vt filium conciperet: ⁊ virgo remaneret. Et eſſet dicens: quō fiet iſtud quoniam virum nō cognoſco: ⁊ reſpon/

Si virgo fuit qōo clauſa potuit parere.

dit ei angelus. Spūs ſanctus ſupueniet in te:⁊ virtus altiſſimi obū/
brabit tibi:ſicut poſtmodum apertiſſime ſpiritus ſanctus edocuit ⁊
manifeſtauit per angelū(vt iam dictū eſt)patet igitur ꝙ apertiſſime
per ſacrū euangelium beata Maria virgo concepit:virgo peperit:
⁊ poſt partū virgo permanſit. PHY. O ceca ⁊ ſtolida philoſopho
rum ſcientia: quis enim hanc veritatem die noctuqꝫ vigilijs ⁊ na/
turalibus rebus inſudādo pꝛpere valuit:humanus enīꝫ intellectus
duo corpoꝛa ſimul in eodē eſſe loco nec capere pōt nec percipere:
nec ad imaginationē aſcēdit:que tantū ſenſibilia imitatur ⁊ ſequtur:
ideo nemini niſi pꝛime tantū veritati:que nec fallere poteſt:nec fal/
li:debemus inherere. O quam apertiſſima ⁊ clara ſunt verba ſacri
euangelij:⁊ quis dubitare amplius poteſt: cum ipſa pꝛima veritas
adeo explicite ⁊ clare itonuit: Tamē multotiens audiui iudeos ob/
ſtinatos hanc veritatē expꝛeſſe negare: ⁊ oppoſitum aſſerere. Dic
obſecro ad coꝝ cōfuſionē ⁊ veritatis manifeſtationē: ⁊ noſtrā eru/
ditionē. Nunqd poteſt pꝛobari via ſiue oꝛaculis pꝛophetarū:hoc
magnum: ⁊ altum myſteriū:quod beata virgo concipere:⁊ parere:
⁊ remanere deberet; JACO. Jam te ad veritatem cognoſcendā
accelerare videre videoꝛ:cū naturalia pꝛincipia ⁊ rerum fantaſmata
dimittere ⁊ pꝛime queris veritati inherere:ſi igitur ſapiens ⁊ eſſe ⁊
videri cupis:ſtultus apud naturalia ſectantes hoīes fac ſtudeas vi/

Mariā uirgi/
nē fuiſſe non
tm̄ p̄ ſacrum
euāgeliū, ſed
ēt per ꝓphe/
tarū oracula
manifeſtatur.

deri:qa ſtultitia illa (vt dixi)apud deum eſt ſapientia. Dico igitur
tibi:ꝙ non ſolum tale ac tantū myſterium per ſacrum euāgeliū no/
bis eſt manifeſtum:verū etiam per oꝛacula pꝛophetarū nobis eſt
declaratū:⁊ manifeſtatū. Nam Eſai.7.ca.de ea loquens ſic ait. Et
adiecit deus loqui ad Achaz dicens:pete tibi ſignum ſiue miracu/
lum a dño deo tuo pꝛofunda petitionē:⁊ exalta eam ſurſum:⁊ di/
xit Achaz:non petā:⁊ non tentabo dñm ſiue deū. Et dixit Eſaias:
Audite ergo domus dauid. Nūquid parum eſt vobis vexare vel
laſſare homines:qa vexabitis vel laſſabitis etiam deum meū: Ecce
virgo ꝯcipiet:⁊ pariet filium:⁊ vocabitur nomen eius emanuel ⁊c.
Si ergo ſignum vel miraculū qd̄ Eſai. dixit a deo eſſe faciendum:
eſt virginē parere:ergo ipſa mater meſſie ſpecialiter virginitate ex i
ſtente:ante partū:in partu:⁊ poſt partum parere deberet Chꝛiſtū:
aliter non eſſet miraculum:ſi cōciperet mediante virili ſemine:aut ſi
poſt partū eſſet coꝛrupta:quia hoc fit quotidie naturali curſu ſine
aliquo miraculo:⁊ ſic authoꝛitate Eſai.expꝛeſſe patet: matrē meſ/
ſie virginē extitiſſe:ante partū:in partu:⁊ poſt partū. PHIL. Ja/
cobe venerande aperte videntur eſſe verba pꝛophete de virginita
te matris meſſie:tñ iudei videtur negare illam authoꝛitatē intelligi

de matre meſſie: q̄ dicunt ꝙ hoc ſignum qđ dedit ꝓpheta: fuit ſignū liberationis future regis Achaz a duobus regibus qui ꝯtra eum venerant: Chriſtus aūt noſter poſt Achaz annos quingentos natus eſt: ergo nō potuit eſſe ſignū conceptionis eius ex virgine: vt dixiſti. JACO. Non eſt mihi incognita obſtinatio iudeoꝝ: qui vt veritatē negare poſſint: oēm querunt modū fugiendi: tn̄ eoꝝ falſitas: ⁊ mendaciū facile cōuincitur: ſi veritatē ꝓphetie prius intelligamus. Dico ergo ſummatim ad intelligentiā ꝓphetie: ꝙ in tempore quo Achaz in iudea regnabat: cum duo potentes reges: ſcilȝ Syrie: ⁊ Iſrael: Hieroſolymā copioſo exercitu obſediſſent: vt ſcribit Eſai. 7. c. ⁊ 4. Reg. 16. c. Tūc miſit dñs deus Eſaiam ad Achaz vt eum moneret: ne ab illoꝝ regum exercitu metueret: ipſe autē vt prauus ⁊ incredulus verbis ꝓphete credere noluit: erat enim idoloꝝ cultor. Quam ob rem ꝓpheta eum admonuit: vt ex quo ei nō credebat: peteret fieri aliqđ ſignum ſue liberationis dicēs: pete tibi ſignum vel miraculū a dño deo tuo: ꝓfunda petitionem: ſiue ex ꝓfundo inferni: id eſt pete ſignū fieri tue liberationis ex ꝓfundo inferni per reſurrectionē alicuius mortui: ſiue de celo per ſtationē ſolis: ſicut factum eſt tēpore Joſue: ille aūt cum impius eſſet: ⁊ nollet a deo ſignum petere: excuſationē ꝓtulit dicens ꝙ hoc eſſet tētare deum. Unde ait non petam: ⁊ non tentabo dñm. Cum ergo Eſaias cognouiſſet ꝙ nō bona fide Achaz hoc dixerat: ſed potius quia deum minime timeret: iudicans ipſum indignum tali ſigno: ſignum ei dare noluit: ſed illud domui dauid dedit dicens: audite ergo domus dauid: nunqd parum eſt vobis vexare homines: qȝ vexabitis etiam deum meū: ꝓpter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignū. Ecce virgo ꝯcipiet: ⁊ pariet filium: ⁊ vocabit ipſa nomen eius Emanuel: ex his patet ſignum de conceptu virginis ⁊ partu: non fuiſſe datū ipſi Achaz ſed domui dauid: ex cuius ſemine meſſias ſecundū carnē naſciturus erat. Negandū igitur eſt illud quod dicunt: hoc ſignū fuiſſe datum ipſi Achaz. Et ad illud qđ dicunt Chriſtus poſt annos quingētos poſt Achaz eſt natus. Dico ꝙ duplex ſignū reperitur in ſacra ſcriptura: Unum ꝓnoſticum: Alterum rememoratiuū. Signū pronoſticū eſt reſpectu futuri aduentus. Signū rememoratiuū vero reſpectu ꝑteriti. Exemplum primi Judicū. 6. c. Gedeoni in vellere future victorie indicatiuū datum fuit. Exemplum ſcđi Exodi. 3. cap. ꝙ Moiſi dñs dedit hoc erit tibi ſignum qđ miſerim te cum eduxeris populū meum de egypto: imolabis ſuper mōtem iſtum gratias. ſ. agens mihi de miſſione hac. Signum igitur de conceptu virginis ⁊ partu: rememoratiuum fuit: non pronoſticum:

Iudeoꝝ obiectio de ſigno virginis.

Nota hāc expoſitionem.

Nota de duplici ſigno. ſ. ꝓnoſtico & rememoratiuo.

nec obſtat magna diſtantia tēporis cum ita ſignum rememoratiuū in magna diſtantia preteritū reſpiciat: ſicut pronoſticum futurum. Decuit certe ſignū hoc in magna diſtantia dari: vt Achaz q verbis prophete incredulus fuit: ita ſignū illud a ſeipſo lōge haberet: ſicut nec ipſe mente credebat: illi tamē qui ab illo deſcenſuri erant: tādē illud videre debebāt. Ideo hoc ſignū non ei ſed domui dauid fuit datum. PHILO. O Jacobe venerāde lȝ iſta expoſitio prophetie manifeſte oſtēdat: q illud ſignum datū fuit domui dauid et non Achaz: tamē iudei dicunt q iſta authoritas non ꝯcludit propoſitū: ſcilicet q mater meſſie ſiue Maria fuerit virgo: quia ꝓpheta nō loquitur de virgine: ſed de adoleſcētula: que dicitur tam de virgine q̄ȝ de corrupta. Vñ vbi noſtra tranſlatio habet virgo: textus hebraicus habet. Ecce הָעַלְמָה halma: halma autem apud eos non virginē: ſed adoleſcētulam ſignificare dicūt: que tam de virgine q̄ȝ de corrupta dicit: propheta ergo nō loqtur de cōceptu virginis et partu ſed adoleſcentule: q: ſi de conceptu virginis locutus eſſet: non ecce halma adoleſcentula ſed ecce בְּתוּלָה bethula qḋ idem eſt q virgo dixiſſet. JACO. Nō mire ris quia mos iudeorum eſt: vt veritatē negare poſſint omnem querunt modū fugiendi: ſed hoc nihil eſt: de facili cōprehenduntur: et conuincuntur: pro cuius intelligentia et declaratione eſt notandū q tria ſunt vocabula apud hebreos: quaſi idē ſignificātia: videlicet עַלְמָה בְּתוּלָה bethula נַעֲרָה naara: naara habet ſolū reſpectū etatis ſignificat .ſ. puellam: ſiue virginē: ſiue corruptam: bethula autem ſignificat virginē: ſiue adoleſcentulā: ſiue anum: ſeu ſenem: et ideo bethula habȝ reſpectū tantū ad virginem: ſed halma habet reſpectum ad vtrūqȝ: ſcilicet ad adoleſcentiā et virginitatem: qḋ ipſa quoqȝ interpretatio vocabuli aperte indicat: deriuatur enim: עַלְמָה aalma a verbo עָלַם alam qḋ abſcondere: ſiue celare ſignificat: vt dicit rabbi Kimbi in libro ſeraſcim: ſicut eſt illud pſalmus. Poſuiſti iniquitates noſtras corā te. Et iterum pſalmus. 43. Ipſe cognouit abſcōdita cordis: et ideo mulier ſiue iuuencula ſit ſiue annoſa: quā diu virgo eſt bethula vocatur: quādiu autē iuuencula eſt ſiue virgo: ſiue corrupta ſit naara vocatur: alma autem nulla vocari poteſt niſi et iuuencula ſit et virgo intacta: vt ait ꝓdictus rabbi Kimbi: halma ergo apud hebreos ſignificat adoleſcentulā aſpectibus hominū abſconditam: celatam: et occultā atqȝ omnino intactā: de cuius pudicitia: atqȝ integritate: nullum ſit dubiū: maxime cum ei preponitur articulus: qḋ apud hebreos eſt hec litera ה he que dictionē determiate ſignificare facit: et ſepe addit

Iudeorum obiectio q iſta authoritas non cōcludat propoſitum. ſ. q mater meſſie fuerit uirgo.

Nota dīiā inter hec tria nomina hebraica.

Alma unde deriuatur.

bis que vel nota ſunt:vel de quibus prius facta eſt mentio. Nec in
tota ſcriptura inuenitur hec litera ה he cum dictione iſta עַלְמָה
ha alma niſi in tribus locis. Et primo Gene.24.cap. Cum
de rebeccha dicit᷑. Ecce ſto iuxta fontem aque:⁊ erit ha alma:ideſt
virgo ad auriendum egrediens:⁊ dicam ei pota me queſo modica
aqua de hydria tua:que dū ha alma vocata eſt virgo erat atqꝫ inta
cta:vt patet per textuꝫ qui ibidem ſic de ea dicit בְּתוּלָה bethula
hoc eſt virgo:⁊ vir non cognouit eam. Secūdo reperit᷑
Exodi ſecundo capi. Cum de Maria ſorore Moiſis ita ſcribitur.
וַתֵּלֶךְ הָעַלְמָה וַתִּקְרָא אֶת אֵם הַיָּלֶד ideſt. Et perrexit ha alma: ideſt
virgo וַתִּקְרָא vocauit matreꝫ
ipſius infantis. Et iſta quoqꝫ tunc ado/leſcentula virgo
erat. Tertio demū apud Eſai. in hoc loco inuenitur: vt paulo ante
patuit:tribus his locis duntaxat exceptis:alibi nuſq̄ꝫ in tota ſacra
pagina inuenitur dictio hec ha alma cum articulo ſcripta: ſi igitur
due prime que ſic denominate fuerunt:virgines intacte erant:cum
ita determinarent᷑ idem tenendum eſt de beata Maria matre meſ/
ſie:immo a fortiori de qua Eſai. loquitur. Et propterea. lxx. inter/
pretes cum ad hunc locum deuenerunt:pro ha alma:virgo cum ar
ticulo prepoſito tranſtulerūt. Ecce virgo: ꝙ autem ſic intelligi de/
beat ex eo patet etiam ꝙ ſignum illud pro ciuitatis liberatione ab
Eſaia datum:vt ait rabbi Salomon valde miraculoſum eſſe debe
bat:adoleſcentulam autē concipere ⁊ parere filium: virginitate nō
manente nullum eſt miraculum:cum hoc naturaliter quotidie con/
tingat:neceſſario ergo ſignum ꝙ eis prophet꜉ dederit virginem
ſcilicet concepturam:ac filium parituram: preter nature morem: ⁊
ſolo Dei miraculo futurum fuiſſe:quia igitur vt ad iudeorum obie
ctionem reſpondeamus:mulier que Dei filium conceptura ac pa/
ritura erat:⁊ puella ſiue iuuencula:⁊ virgo omnino intacta eſſe de/
bebat:idcirco:vt Eſai. vtrumqꝫ inſinuaret dixit. Ecce ha alma: qđ
vtrunqꝫ deſignauit vt dictuꝫ eſt. Et non dixit. Ecce bethula quod
tantum vnum ſignificat. Preterea ſi ecce bethula dixiſſet: non om/
nimodam matris meſſie virginitatem deſignaſſet. Nam ⁊ bethula
⁊ virginem ſignificat:non tamē omnino intactam: quod rabbi Sa
lomon aperte oſtendit:ſuper illud dictum Gene.24. capi. bethula
ideſt virgo erat:⁊ vir non cognouit eam: volens rationem redde/
re. Si dixit textus bethula ideſt virgo erat: quare adiecit ⁊ vir nō
cognouit eam. Sic ait virgo erat:⁊ vir non cognouit eam: ſcilicet
per viam non rectam: quoniam filie gentium cuſtodiebant qui/
dem corpus ſuum in loco virginitatis: proſtribuebant autem il/

In tribus lo/cis tm̄ inueni tur alma cū iſta lr̄a he ה

Nota de trāſlatione. lxx. in terpretum de hoc noīe ha alma.

lud in alio loco: patet ergo ex hoc ipſam mundam fuiſſe: in toto ideſt omnino incognitam ⁊ intactam. Ex quibus patet ꝙ bethula non eſt omnino incognita viro ⁊ intacta: cum poſſit eſſe contra naturam corrupta: atq; viris cognita. Ha alma autem omnino intactam ſignificat: viriſq; penitus incognitam. P.H.I.L. Miror nam iu dei videntur reſpõdere: ꝙ iſta dictio halma non ſit dearticulata cũ iſta litera ה he: q: quãdocũq; articulus ה he preponitur alicui dictioni: oportet ꝙ illius rei ſignificate ſiue illius dictionis aliqua mẽtio precedat. Sed ſic eſt ꝙ de tali virgine que ſic deberet concipere ⁊ parere virginitate ſeruata: nulla ſit mentio: neq; apud Eſai. neque apud aliquem alium prophetam: ergo iſta dictio Ha alma nõ eſt dearticulata cum litera ה he: ⁊ per cõſequẽs Eſai. non loquitur de tali virgine: quam vos dicitis: ⁊ per cõſequens verba Eſai. non faciunt ad propoſitum noſtruꝫ. IALCO. O philoſophe q̃; vana ⁊ inſipiens eſt iudeorũ cecitas: qui cum veritatem ſubterfugere nequeant: illam ſimpliciter negare non erubeſcũt: nec immerito deus eternus dixit cerno quod populus dure ſit ceruicis: ideo dati ſunt in reprobum ſenſum. Ipſi enim ceci ſunt ⁊ cecoꝝ duces: in tenebris ambulant: ⁊ neſciunt quo vadant. Audite rogo o iudei Salomonẽ dicentẽ Prouer. 30. de ipſa virgine. Tria ſunt: que ſeparata ſunt: vel diſtant a me: vel mirabilia ſunt mihi: ⁊ quartum minime cognoui: via aquile in celis: via colubri ſuper petrã: via nauis in corde vel in medio maris: ⁊ vita viri in Ha alma. i. in virginẽ: his verbis Salomon optime vias meſſie deſcribit: hoc ab aſcenſione eius in celũ ad primam id eſt ad eius incarnationẽ: que de virgine futura erat tandẽ peruenit. Quarũ viarum alium expoſitoreꝫ non querimus: q̃; ipſum Rabbenum baccados: ideſt magiſtrum noſtrum ſanctuꝫ: iudei vocãt: hic enim in libro qui galeraczeia: ideſt reuelator archanorũ inſcribitur: ad ſecundũ Antonini conſulis vrbis Rome petitionẽ: qui expoſitionem iſtoꝝ verborum querebat ſic ait. Magnã rem queſiſti: ſed quia dictum eſt Prouerbi. 11. capi. Qui abſcondit frumentum ideſt doctrinam: vel expoſitionem legis: maledicetur in populis. Dicam tibi rem admodum ſublimem. Via aquile in celis: hic eſt rex meſſias: qui poſt paſſionẽ ſuam aſcẽdit in celum: ſicut dictum eſt Amos. 9. capi. qui edificat in celis aſcẽſionem ſuam. Via nauis in medio maris: hic eſt idem rex meſſias: cuius vita ſicut nauis in medio maris agitabitur: ſicut dictum eſt Hiere. 30. cap. Quare vidi omnes viri manus ſuper lumbos ſuos: viri hoc eſt iudei qui hebraice dicitur גבר geuer ideſt fortis: vel potens: quoniam omnium fortitudo ſeu potentia eſt ipſe deus. Et via colubri ſu

Obiectio iudeorũ ꝙ dictio nõ ſit dearticulata cũ lra ה he.

Nota hãc notabilẽ expoſitionẽ.

Rabbenus baccados.

per petram:hic eſt etiam rex meſſias:qui ſe faciet vt colubrum:quē Moſes ſuper petram poſuit:vt duceret filios iſrael in terram ſan-ctam. Rabbi autem Jodam dixit. Et via colubri ſuper petram: hic eſt rex meſſias:qui tranſibit per petram:poſtquā ſepultus erit:⁊ ab ipſa egredietur:nec videbitur qua via tranſierit:ſicut dictum Exo. 33.c. Ecce locus eſt apud me:⁊ ſtabis ſuper petram: cumqꝫ tranſibit gloria mea ponam te in foramine petre. Et via viri גֶּבֶר geuer: id eſt viri.i.fortis ſeu potētis in ha alma:hic quoqꝫ eſt deꝰamās filias Hieruſalem:vt generetur rex meſſias ex vna carne: concipiet autem ⁊ pariet:remanebitqꝫ virgo:ſicut dictum eſt Hiere.31.c. quia creauit Deus nouum ſuper terram:femina circūdabit גֶּבֶר geuer ideſt virum fortem ſeu potentem hoc eſt deū: hec omnia ad verbum Rabbenus haccados:quem ipſi magiſtrū noſtrū ſanctum vocant:via igitur geuer ideſt viri fortis ſeu potentis hoc eſt dei:in ha alma ideſt in virginē:fuit īcarnatio filij dei ex virgine: ⁊ hanc viā plene atqꝫ perfecte Salomon cognoſcere non potuit:quonam pacto virgo abſqꝫ humano ſemine cōcipere poſſet : ac perfectum deū ⁊ hominem in vtero cōcludere:filiumqꝫ parere:⁊ virgo remanere. Nec Salomonis intellectus capere potuit:nec lingua vlla explicare:quam ob rem recte dixit:⁊ quartū penitus ſiue minime cognoui:merito igiť de matre meſſie Eſais ait. הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה ideſt hinne ha alma ara:id eſt ecce virgo cōcipiet: cum litera ה he:id eſt cū articulo prepoſito:tanq̄; de nota loquēs apud prophetas:de qua Salomon meminerat. PHILO. Credebam ſolos naturalia ſequentes principia in cecitate permanere ⁊ obſtinatione:nunc aūt ⁊ iudeos ſuperno irradiatos lumine deuios ⁊ a veritate alienos conſpicio:vt videntes non videant:⁊ intelligentes non intelligant. Dicunt ergo ꝙ verba Salomonis non ſunt ad propoſitum:qa non loqtur niſi de muliere corrupta : patet per textū immediate ſequentē. Nam ſequitur immediate Prouer. 30.c. Sic eſt via mulieris adultere:que comedit ⁊ terſit os ſuum : ⁊ ait:non feci iniquitatē. Ecce inquit ꝙ ha alma in hoc loco nō poteſt eſſe niſi corrupta:eo ꝙ mulieri adultere cōparatur. IALO. Nōdum ſatis ⁊ ad plenum iudeorum cecitatē:duritiā : ⁊ obſtinationeꝫ cognouiſti nec mirum:q2 ſicut per mandatorū obſeruātiam populus electus:⁊ deo gratus vocabantur:ita poſt magiſtri mei dilecti aduentum odio ⁊ inuidia occecati illum in crucis ligno iniuſtiſſime ſuſpendentes:⁊ ſaluatorem:qui in medio terre ſaluteꝫ operabatur ex occecatione non cognoſcētes:populus reprobatus ⁊ datus in reprobum ſenſum cōmuni nomine nuncupatur. Ad reprimendam

uia uiri i ha alma fuit incarnatio filii dei ex uirgine.

Iudeoꝝ obiectio ꝙ uerba ꝓphete non ſunt ad ꝓpoſitum.

eorum audaciam reſpondeo: ꝙ Salomonis verba in hoc libro
ideo מִשְׁלֵי ideſt miſle: ideſt prouerbia vel parabole vocantur: qa
ſem/ per fere vnum pretendunt: ⁊ aliud intendunt: alioquin
maſal ideſt parabola: vel ſimilitudo: vel exemplum non erit maſal:
ſi ita (vt ſonat) omnino intelligatur: viā ergo mulieris adultere non
debemus hic ad literam intelligere: ſed viam ⁊ peſſimum modum
agendi: alicuius mulieris factum imitantis. Quam ob rem antiqui
quidem iudeorum per viam mulieris adultere: in hoc loco preuari
cationem primi parentis intellexerunt. Unde ille idem: quem rab/
benum haccados ideſt magiſtrum noſtrum ſanctum vocant: ibidē
locum hunc exponens ait: ſic eſt via mulieris adultere cum: cete/
ris ⁊c. Totum hoc egit Adam: qui de peccato ſuo ſe excuſauit: no/
luitq; illud confiteri: ſed dixit mulier quam dediſti mihi ſociam de/
dit mihi de ligno ⁊ comedi: fecitq; vt meretrix que comedit: ⁊ os
purgat nihil mali ſe feciſſe contendens: quā ob rem congruit: vt to
tus terrarum orbis plectatur: ⁊ cum venerit tempus ſaluationis:
equum eſt vt deus ad inferos deſcendat: eosq; ſaluet: ⁊ ſic patet:
quantū ad veritatē ꝓphetie Salomonis. Pro cuius ampliori no/
titia: ⁊ huius materie declaratione eſt notandū: ꝙ Rabbenus hac/
cados: ideſt magiſter noſter ſanctus: cum ſemel interrogatus eſſet
ab Antonino cōſule vrbis Rome de nomine matris meſſie: in ter/
tia petitione eius libri qui galeraczeia ideſt reuelatorē arcanorum
nuncupauit: ſic ei reſpondit: prout in ſpelunca duplici oranti Elias
reuelauit. Quod aūt interrogaſti quo nomine prophetiſſa vocet:
Maria eſt nomen eius: ideo Eſai. cecinit. c. 9. dicens: quia infans na
tus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis ⁊ infra. לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה id
eſt ad multiplicandum imperium vel principa tū
que verba ſignificant meſſiam generandum eſſe: qui multiplicabit
imperium: qui eſt dominus totius orbis: naſceturq; ex maria dña:
⁊ hoc eſt quod dicit. לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה lemarbe hamiſra: ideſt ad
multiplicandum impe riuz: ſiue principatū: ab his
enim dictionibus oritur. מִרְיָם ideſt miriaz: ideſt maria: miriam ſa
ra: ideſt maria domina: hoc modo. Si accipias ל lamech
מ mem ⁊ ר res: conficiunt primā particulā lemarbe. hoc eſt לְמַר
lemar. Si autem accipias ה he ex lemarbe: ⁊ ה he hui⁹ dictio
nis הַמִּשְׂרָה hamiſra quarū ſingulaꝝ numerus eſt quinq; ⁊ ambe
de/ cem cōficiunt: ſignificant iod huius dictionis מִרְיָם
i. mariā addito aūt מ mē hui⁹ dictiōis ha הַמִּשְׂרָה miſra re
ſtat. שָׂרָה ſara. i. dña q̄ trib⁹ lr̄is ſcribit. Ecce tibi ex lemarbe
hamiſra:

Rabbenus haccados.

Nota ubi habetur nomē ꝓphetiſſe ꝙ maria uocari deberet.

hamiſra: quod idē ē ꝙ ad multiplicandū imperium ſiue principatū. לְמִרְיָם שָׂרָה lemiriam ſara ideſt Maria domina: vt nobis innote/ſcat hanc Mariam eſſe dn̄am ⁊ ſuperiorē vnicam ac celorum reginam: dixit ei Antonius: quare igitur diuiſa eſt iod: in duo ה he ⁊ cur interpoſita eſt ב beth in medio nominis מִרְיָם miriam ideſt Mariā quid ue ſignat ם mem clauſa huius dictionis לְםַרְבֵּה lemarbe que iure aperta eſſe debebat quando in medio dictionis cōſtituitur. Reſpōdit Rabbenus. hacca/dos diuiſa eſt iod in duo he ה vt nobis ſecreta diuina panderet: quemadmodum enim ה he ex daleth: ⁊ vau cōponitur: vt in hac figura ה. Ita rex meſſias componitur ex diuinitate ⁊ humanitate. ⁊ ſicut hec duo he ſunt duo daleth: ex quibus procedūt duo vau: tanquā duo filij: qui ab ipſis oriuntur. hoc modo: הה ita ⁊ in ſub/ſtantia regis meſſie inueniuntur due filiationes. Quarum vna erit diuinitatis: qua filius Dei eſt. Altera erit humanitatis: qua erit fi/lius hominis: ſcilicet huius propheti ſſe. Et ſicut harum literarum daleth ⁊ vau: que conficiunt he ה vnaquaqꝫ eſt ab inuicem diſtin/cta quāuis ſint vna litera: ſic enim ſcribitur ה ita in meſſia ſubſtan/tia diuinitatis ⁊ ſubſtantia humanitatis: que ſimiliter vnite ſunt. ſunt vnus Meſſias. Quod autem beth huius dictionis לםרבה lemarbe ſit in medio nominis מרים miriam: idem Ma/riam: oſtendit huius prophe/tiſſe mentem ⁊ cogitationē omnem eſſe: vt ſuam virginitatē conſeruet: erit enim virgo mente ⁊ actu: quoniam pro beth ב bethula בתולה ideſt virgo ſignifica/batur ם mem vero clauſa huius dictionis לְםַרְבֵּה le/marbe que numerum ſex centenarium importat: oſtē dit ꝙ ab hora qua prophetatum fuit. Ecce virgo concipiet vſque ad meſſie natiuitatem ſexcenti ad vnguem anni preteribunt: hec om/nia ad verbum doctor eorum quem ipſi magiſtruꝫ ſanctum noſtrū vocant. Et ſic patet reſpōſum ad veſtrum queſitum: videlicet quo/modo Maria potuerit eſſe mater filij dei virginitate ſeruata: ante partum: in partu: ⁊ poſt partum: igitur o philoſophe: o amator ſa/pientie: o inueſtigator ſecretorum: qui ſummo domino deo eter/no: ⁊ vero ſeruire intendis: ⁊ queris: recurre recurre ad Ma/riam: recurre recurre ad ſtellam ſplendidiſſimam: que naufragan/tes in medio: ⁊ profundiſſimo pelago maris ad portum ſalutis conducit: ipſa enim eſt aduocata peccatorum: ipſa ſolacium afflictorum: ipſa ſalus ⁊ via deſperatorum: ipſa fons miſericordie: per eam omnes gratie de celo deſcendunt: ad ipſam igitur o iuuenis

Nota mirabile dictū de xpi diuinitate.

Quare iſta litera ב i. b. pōitur in medio dictionis. ſ. marie.

Nota quare mem ם clauſa contra naturā ſue ponitur in medio dictionis.

amantiſſime recurramus: ad ipſam o philoſophe ſapientie amatorem accedamus: ab ipſa flexis genibus ⁊ extenſis manibus queramus: vt nobis oſtendat quomodo facta ſit mater dei. Audite fratres mei Mariã abſentẽ: audi ⁊ bone iuuenis qui diuinam ingredi aulam exoptas: audi Mariã abſentẽ: nobiſcũ loquentem: ſpiritu preſentẽ: verecũdia virginitatis a collocutoribus vultũ auertentem. Eram inquit Maria in domo mea: puella iudea: ex ſemine dauid generata: adulta facta ſum ⁊ deſpõſata: deſpõſata ſum cõiugi: ⁊ placui alteri: nõ interueniẽte adulterio: ſed itercedẽte ſpiritu ſancto deſpõſata ſum homini iudeo ⁊ placui homini deo: deſponſauit me vir iudeus ⁊ adamauit me Chriſtus deus. Sic igit̃ dicã o imaculata virginitas qbus te laudibus efferã neſcio: qa quẽ celi capere nõ poterãt tuo gremio cõtuliſti. Ph IL. Multa ⁊ ineffabilia venerãde Jacobe audiui myſteria: que oẽm intellectũ ⁊ humanas ſuperare vires videntur: trutinatis tñ ⁊ ponderatis diuinis reſponſis tuis meus in ijs nõ parũ cõquieuit intellectus: ipſum ergo ſummũ dñm de ſancto conceptum ſpiritu ⁊ ex puriſſima natum virgine toto mẽtis affectu confiteor.

¶ Dialogus inter Andream ⁊ Philoſophũ: in quo de ſexto ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iuxta ſuas veritates ⁊ maximas pertractatur.

Iudei ſigna petunt: Greci ſapientiam: Nos aũt predicamus Chriſtum crucifixum. Poſtq̃ Jacobus zebedei inſtruxerat efficaciſſime iuuenẽ queadmodũ fuerat illi opus ſcire tenere ⁊ credere dei filium ⁊ eterni principis omnipotentiſſimi non ex ſemine ⁊ corruptione: (vt ceteri homines) genitũ: ſed de ſpiritu ſancto conceptum ea de virgine puriſſima fuiſſe generatum: que ante partũ ⁊ poſt partum virgo omnino intacta ⁊ immaculata permãſit: iam preoccupauerat animo quod diu deſyderauerat adimplere: hoc eſt viſere ſuũ dominum quem amando venerari: ⁊ venerando illis ſeruire ardebat: ſed nondum a primo digreſſum conuentu poſt Jacobum zebedei filium ſic eſt adortus.

¶ De prima veritate ⁊ maxima ſexti articuli ſancte fidei. ſ. generis humani redemptione. Caput principale ⁊ primum.

ANDREAS. Sic inſalutato recedis hoſpite: ⁊ tam citato gradu principis aulam ingrederis. PHILO. Quid eſt? AND. Quid? Nō tātū opus eſt ſcire ⁊ firmiſſime tenere ac credere dei filiū non ex ſemine ⁊ corruptione (vt ceteri hominum) ⁊ de ſpiritu ſancto conceptum: ⁊ de puriſſima generatum fuiſſe virgine que: ante ⁊ poſt partum virgo omnino intacta: ⁊ immaculata permanſit (vt mei dixerunt ſocij) ſed ipſum dei eterni filium ex ſua immenſa charitate libere ac volūtarie: vt ſeruos ſuos redimeret: mortem ſubijſſe opus eſt credere: ſi ad illius ſeruitutem peruenire deſyderas. PHILO. O dictu mirabile ſenex venerande: quis vnquā audiuit talia: quis vnq̄ potuit cogitare: vt deus ⁊ homo ex ſimplici amore mortem ſubierit. O mira ⁊ inaudita benignitas. O charitas ⁊ amor efficaciſſimus: huic venerāde Andrea deſeruire volo: huic parere exopto: quando magna videtur libertas huius ſeruitus: ⁊ quia vt noſti philoſophus ſum: ex precedentibus multa me ad dubitandū mouent: liceat mihi ea ex tua benignitate preponere: tibiq; placeat prepoſita ſoluere vt meus acquieſcat intellectus: cum ⁊ alijs ſis teſtis veritatis locupletiſſimus. Primo fuit ne neceſſariū: vt genus humanū eſſet redēptum a filio ſummi dei: ſcilicet Chriſto: ita ꝙ deus aliter illud liberare non potuiſſet an non? Secundo ex quo filius ſummi dei voluit mortē ſubire carne humana indutus: vt hominē de morte eterna redimeret. Utrum ſi adam nō peccaſſet filius dei aſſumpſiſſet carnē humanā? Tertio non parua difficultas mihi occurrit: quia cum deus ſit impaſſibilis: ⁊ immortalis: ⁊ omnino ſibi hec omnia repugnant: quomodo ergo dicitur ꝙ filius dei paſſus eſt: flagellatus: ⁊ mortuus; hec omnia videntur ſuperare non tantū humanū: verū etiam angelicum intellectum: obſecro ergo o Andrea dicas mihi: vt intellectus meus acqeſcere poſſit. AND. Quod queris fili humanum tranſcēdit intellectū: ⁊ (vt mihi videtur) non tantū naturalia: ſed etiam ſupernaturalia ſecreta: que in ſola conſiſtunt diuina voluntate inueſtigare cupis: ⁊ cognoſcere. Magna ſunt ⁊ alta dubia que petiſti: tamen tibi ſatiſfacere conabor. Licet enim diuerſi diuerſa ſentiant: videlꝫ de redēptione humani generis: qualiter fuit neceſſarium redimi per paſſionem Chriſti: que breuitatis cauſa dimitto. Tamen ad queſitum ſiue dubium breuiter reſpondeo: ꝙ ipſe pater celeſtis: pater miſericordiarum: ⁊ deus totius conſolationis non tantum potuit mittere vnum ange

lum ex ſua infinita omnipotentia: vel vnum hominem: qui potuiſſet humanam naturam redimere a peccato: verum etiam vnam minimam operationem potuiſſet acceptare primorū parentū: quia peccatum humani generis fuiſſet deletum. Immo altius dicam: ꝙ deus eternus ſua infinita omnipotentia potuiſſet dimittere peccatum de potentia abſoluta: nulla facta ſatiſfactione. Immo altius peccatum acceptare pro actu meritorio: ⁊ per conſequens pro illo quod nūc dicitur peccatum daretur beatitudo. Et ratio eſt quia pro tanto aliqua noſtra opera eſt meritoria: pro quanto acceptatur ab ipſa diuina bonitate: ⁊ omnis noſtra opera ideo eſt bona: quia a deo volita ⁊ non econtra. Si enim eſſet aliqua perfectiſſima operatio humana: ⁊ non eſſet a deo volita: illa operatio non eſſet bona: ⁊ maxime loquendo de bonitate meritoria: quia omnis noſtra operatio meritoria conſiſtit in acceptatione paſſiua dei: ideo enim ſi ieiuniuꝫ meum fiat in charitate: eſt meritorium: q: a deo acceptatur: ⁊ non econtra: ⁊ tantum poteſt acceptare vnam minimam noſtram operationē: quantum vult: ⁊ complacet acceptare illam. Et ideo ipſe deus eternus de potentia abſoluta potuit acceptare quamcunqꝫ etiam minimam operationē: pro redemptione generis humani. Non fuit ergo ſimpliciter ⁊ abſolute neceſſarium genus humanum redimi per paſſionem Chriſti: q: fuerunt multi alij modi poſſibiles. Tamē ipſa ſumma ſapientia diuina: ipſa infinita bonitas: ipſa charitas ineffabilis: ipſa flamma ardentiſſimi dei patris ab eterno ex quo vidit in ſua preſcientia ſempiterna: in illo ſpeculo increato: in illo abiſſo ſubſtantie infinite: in illo pelago imenſe bonitatis: ſcilicet in eſſentia diuina: in ſua diuinitate Adam ⁊ Euam caſuros in peccatū: qui ordinati ab eterno erant ad beatitudinem: decreuit genus humanuꝫ velle redimere: ⁊ vt maximā charitatem generi humano demoſtraret: decreuit filium ſuum ſanctiſſimū in hunc mundum mittere carne humana indutum: qui naturam humanā redimeret: ac patri ſuo ſanctiſſimo illam reconciliaret: ⁊ nullo alio modo illam naturam redimere velle. Ipſe aūt Chriſtus ſumma ſapientia patris: cum ab eterno viderit naturam redimendam per paſſionem ſuam: de facto ſui gratia paſſionem ſuam ordinauit: ⁊ obtulit patri pro nobis. Et ideo o hōe iuuenis multū tenemur ei: ex quo aliter potuiſſet homo redimi: ⁊ tñ ex ſua libera voluntate ſic redemit: multū ei tenemur: ⁊ amplius q̄; ſi ſic neceſſario: ⁊ non aliter potuiſſemus fuiſſe redemptiō ad alliciendum nos ad amorem ſuum precipue fecit: ⁊ quia voluit hominem amplius teneri deo: ſicut ſi aliqs genuiſſet primo hoiem

Deus de potentia abſoluta potuiſſet dimittere pctm̄ ſine ſatiſfactione.

Oīs nr̄a opō ideo bona q̄a a deo uolita nō ecōuerſo.

Nota ꝙ non fuit ſimpliciter neceſſariū genus humanū redimi per paſſionē xp̄i.

⁊ poſtea inſtruxiſſet eū diſciplina ⁊ ſanctitate: amplius obligaretur ei: q̄ꝫ ſi tm̄ genuiſſet eum: ⁊ alius inſtruxiſſet: ⁊ hec eſt ꝯgruitas: ⁊ nō neceſſitas. PHILO. Non diffidebam tui intellectus ac diuini luminis claritudini: ⁊ propterea tam ardua: ⁊ occulta queſiui myſteria: in quibus omnis confunditur philoſophia: alta enim ⁊ q̄ꝫ faciliме dicta: ⁊ myſterijs plena tua fuerunt verba: ⁊ ijs optime aſſenſus eſt intellectus. Tamen adhuc remanet vna difficultas: q̄ adhuc videtur neceſſarium talem redemptionem factam fuiſſe per Deum: eo ꝙ nulla creatura potuit hoc facere: vt mihi videtur. Et patet quia illud per quod deletur peccatum: debet eſſe maius bonum: vel ſaltem equale: quaꝫ peccatum ſit malum: patet quia ſi debeo Petro decem carlenos: non deletur talis obligatio: niſi ſoluam decem. Sed ſic eſt quod peccatum primi hominis ſiue primorum parentum fuit infinitum tripliciter: ſcilicet obiectiue: priuatiue: ⁊ corruptiue: patet quod peccatum fuit infinitum obiectiue: quia tantum eſt peccatum quantum bonum eſt: quod offenditur per peccatum: Deus autem qui fuit offenſus: eſt infinitus: ergo peccatum reſpectu Dei offenſi fuit infinitum. Secundo fuit infinitum priuatiue: quia homo per peccatum fuit priuatus bono: ſcilicet beatitudine: que erat bonum infinitum: quia eternum. Tertio peccatum fuit infinitum corruptiue: quia corrupit totam naturam: que multiplicari poterat in indiuidua infinita: niſi Deus finem imponeret: patet ergo quod peccatum fuit infinitum: ſed omnis creatura eſt finiti meriti ⁊ virtutis: vt patet: ergo nulla creatura congrue potuit facere talem ſatiſfactionem: ergo neceſſe fuit: vt fieret per Deum. ANDRE. Tui video ingenij perſpicaciam: ⁊ a naturalibus te nolle rationibus diſcedere. Ardua enim ſunt: ⁊ non ſine ratione dicta: tamen breuiter ad hoc reſpondeo: quod neqꝫ peccatum: neque meritum eſt formaliter infinitum. Nihil enim eſt formaliter infinitum: niſi ſolus Deus: omnis autem creatura eſt finita ⁊ limitata: ⁊ ſic pariformiter omnis operatio a creatura procedēs eſt finita: ⁊ limitata ⁊ per ꝯñs non eſt verum quod peccatum ſit infinitum formaliter loquendo vt dicis: tamen eo modo quo peccatum eſt infinitum eodem modo meritum eſt infinitum. Nam ſicut peccatum ab vltimo fine hominem auertit. Sic meritum ad vltimum finem hominem conuertit. Et ſicut per peccatum homo priuatur beatitudine: que eſt bonum infinitum. Sic per meritum homo ordinatur ad beatitudinem que eſt bonum infinitum: ⁊ ſicut per peccatum offenditur deus qui eſt

Obiectio ꝙ nulla creatura poterat redimere naturā humanā.

Peccatū ſiue meritū pōt dici infinitū obiectiue nō āt formaliter ſimiliter & peccatum.

infinitus: ita per meritũ placatur ⁊ reconciliatur deus qui eſt bonum infinitum: patet ergo ꝙ meritum ſiue actus meritorius eſt tante perfectionis: quante imperfectionis eſt peccatum: ⁊ ſicut peccatum eſt infinitum obiectiue ſic ⁊ meritum. Et ſic patet quod creatura poterat ſatiſfacere pro offenſa commiſſa: maxime ſi Deus voluiſſet. Secundo dico quod licet Deus acceptat opera noſtra de lege communi ſecundum gradus: ⁊ conditiones illius operationis: tamen ipſe deus eternus ex ſua maxima bonitate ⁊ de potentia abſoluta potuit acceptare quãcunqꝫ minimam operationem in infinitum: ſicut fuit de merito paſſionis Chriſti; ꝙ licet ex natura rei: talis operatio ſiue meritum fuerit finitum ⁊ limitatum: tamen Deus eternus acceptauit illam operationem ſiue illud meritũ pro infinitis animabus: licet hoc fuerit congruum: qꝛ illa operatio erat illius perſone: que erat Deus ⁊ homo perfectus. Et ſic patet ꝙ licet meritum cuiuſlibet creature ſit finitum: ⁊ limitatum: tamen deus potuiſſet acceptare illud in infinitum de potentia abſoluta: ⁊ ſic patet ad argumentum ⁊ tuam primam dubitationẽ: vꝫ: quomodo fuit neceſſarium humanum genus redimi per filij dei paſſionẽ: quod non fuit ſimpliciter ⁊ abſolute neceſſarium: quia potuiſſet illam multis alijs modis redimere: ſed tamen de facto deus eternus ordinauit illam redimere per mortem: ⁊ paſſionem ſui filij: ⁊ nullam aliam operationem velle acceptare: ⁊ hoc vt nobis oſtenderet quanta dilectione: ⁊ amore: quanta charitate amplectitur nos eternus deus: ⁊ vt euꝫ maiori amore proſequeremur: patet ergo ad primũ.

Meritũ Chriſti nõ fuit formaliter infinitum.

¶ De ſecunda veritate ⁊ maxima. ſ. incarnatione filij dei ſi Adam non peccaſſet. Cap. 2.

PhILO. Ad ſecundum dubium reuertamur obſecro ſi placꝫ. Ex quo ſummi dñi filius mortem voluit ſubire humanam carnẽ aſſumendo vt genus humanum de morte liberaret. Nunquid ſi Adam nõ peccaſſet: filius dei aſſumpſiſſet carnem humanam. ANDRE. Ab inferiori ad ſuperiora videris aſcendere: nec tantũ humanas ſed ⁊ angelicas vires ſuperare ⁊ ingenia. cũ non in hominis: ſed in diuine poteſtate voluntatis ea ſint: que queris: recondita ac poſita: in cuius poteſtate ⁊ virtute omnia ſunt contradictionem non implicantia: non igitur immerito circa hoc diuerſa diuerſi vidẽ

tur ſentire. Dico ergo ſaluo ſemper meliori iudicio: quid mihi videatur: q ſi Adam non peccaſſet: adhuc filius dei fuiſſet incarnatus et factus homo: et ratio eſt: quia predeſtinatio cuiuſcunq ad gloriã precedit naturaliter preſcientiam peccati vel damnationis ex parte obiecti: multo magis ergo eſt dicendũ de predeſtinatione hic chriſti. Unde talis fuit ordo in preſcientia et ordinatione diuina. Primo intellectus diuinus intellexit ſe ſiue eſſentiam diuinam ſub ratione ſummi boni et vt pelagus infinite ſubſtantie. Et ſic in tali ſigno intellectus paternus fuit ſumme et infinite beatus. Et ſic pater eſt prius beatus q generet: id eſt anteq habeat filium genitum. In ſecundo ſigno intellectus diuinus intellexit oẽs creaturas: que ſunt: fuerunt et poſſunt eſſe. In tertio ſigno prediſtinauit oẽs ad gratiam et gloriam. In quarto ſigno vidit illos caſuros in peccatis. In quinto ſigno preuidit de remedio quõ redimeretur per paſſionem ſui filij: ita q Chriſtus in carne: ſicut et omnes alij electi prius preuidebatur et prediſtinabatur ad gratiam et gloriam: q puideretur paſſio chriſti vt medicina contra lapſum: ſicut medicus prius vult finem ſiue ſanitatem q ordinet de medicina ad ſanandum. Si ergo prediſtinatio ad gratiam et gloriam ex parte obiecti naturaliter precedit preſcientiam peccati et dãnationis: et prima anima prediſtinata ad vitam eternam fuit aĩa Chriſti ſanctiſſima: q ordinate volens prius vult finem: q ea que ſunt ad finem: et prius vult propinquiora fini: q remotiora a fine: vt patet de medico volente ſanitatem infirmi: q prio vult ſanitatem q ea que ſunt ad ſanitatem: et hoc ordine intentiõis. Et ſi poſſet de facto: ſic faceret. Et anima Chriſti fuit immediatiſſima vltimo fini: q immediate poſt deum habuit ſummam beatitudinem. Sequitur q fuit primo predeſtinata: et per conſequẽs ſi Adã non peccaſſet adhuc filius Dei fuiſſet incarnatus: ſicut et modo: q vt dictum eſt prediſtinatio precedit naturaliter preſcientiam peccati ex parte obiecti. PHILO. Equidem non humana ſed diuina videtur reſponſio: cum diuine modus: et ordo preſentie declarant: qui mortalibus procul dubio videntur incogniti: et ab omni natura li philoſophia remoti: nec ideo tamen a rectitudine deuiant: et veritate. Sed dic queſo ſi Adam non peccaſſet: et filius dei carnem aſſumpſiſſet: ad quid veniſſet: nunquid mortem et paſſionem ſubiſſet: ſicut et modo: an vero carne glorificata celum aſcendiſſet: ANA. Si Adam non peccaſſet: filius dei carnem humanam aſſumpſiſſet. Non tamen veniſſet vt paſſibilis et mortalis et vt redemptor: quia non fuit neceſſitas: vt anima illa glorioſa a principio: cui deus preoptauit non tantum ſummam gloriam: ſed etiam coeuam illi anime:

De ordine in diuina prouidentia.

Si Adam nõ peccaſſet adhuc filius dei carnẽ humanã aſſũpſiſſet

quia ab inſtanti ſue creationis fuit repleta ſumma beatitudine: ꝙ vnita fuiſſet corpori paſſibili ⁊ mortali: niſi redemptio fuiſſet facienda: ſed nec redemptio fuiſſet facienda niſi homo peccaſſet: ſed ſolū propter iſtam cauſam non videtur deus predeſtinaſſe animam illā ad tantam gloriam: cum illa gloria illius anime redimende non ſit tm̄ bonum quantum bonum glīa anime Chriſti. Nec eſt veriſimile tam ſummum bonum in entibus eſſe bonum occaſionatū: ſcilicet propter minus bonum. Nec eſt veriſimile deum prius predeſtinaſſe Adam ad tantum bonum: ꝙ̄ Chriſtum: ꝙ tamē ſequeretur. Immo vlterius ſequeretur abſurdius: ſcilicet ꝙ deus pdeſtinando Adā ad gloriam: prius preuidiſſet ipſum caſurum in peccato: ꝙ̄ predeſtinaſſet Chriſtū ad gloriam: ſi predeſtinatio illius anime tantum eſſet pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuiſſet: niſi caſus preceſſiſſet. Dico igitur bone iuuenis ꝙ prius natura ꝙ̄ aliquid preuidebatur circa peccatorem: ſiue de peccato: ſiue de pena: deus elegit ad illam curiam celeſtem omnes quos voluit: habere angelos: ⁊ homines in certis ⁊ determinatis gradibus: ⁊ nullus eſt predeſtinatus tantū: quia alius preuiſus eſt caſurus: vt ſic nullus preſumat gaudere de lapſu alterius. Dico ergo ſi Adam nō peccaſſet: Chriſtus adhuc aſſumpſiſſet naturam humanam. Non tamen veniſſet vt redemptor paſſibilis ⁊ mortalis: ſed vt glorificator. Et cum queris quare veniſſet? Dico veniſſet: vt naturam humanam ſuper omnes angelos collocaret: veniſſet vt oſtenderet ſuam infinitam benignitatem ⁊ pietatem: veniſſet vt oſtenderet qualem: ac quantam charitatem ⁊ amorem: habet erga genus humanum: vt dignaretur fieri caro ⁊ frater noſter: o bone iuuenis: o ſapientie amator: o philoſophe ſecretorum nature inueſtigator: o fratres mei chariſſimi quid enim amplius potuit facere: ⁊ non fecit? o ingrata ⁊ irrationabilis creatura: o peccator obtenebrate in peccatis: te enim ad imaginem ⁊ ſimilitudinē fecit: te dn̄m omnium creaturarum conſtituit: ⁊ ad vitam eternā vocauit: tibi clarā ⁊ apertā viſionē: ⁊ fruitionē repromiſit: pp te factus eſt homo .33. annis carne fragili ⁊ mortali indutus: te vt de manibus diaboli liberaret: ſuo ſanctiſſimo ſanguine in duriſſimo ligno crucis diſperſo redemit: ⁊ ſuper oēs creaturas ⁊ ſpūs angelicos ſublimauit te per miniſterium ⁊ cuſtodiam angeloꝝ adiuuat: ⁊ gubernare facit: exclama igr̄ o philoſophe qui ſummo domino ſeruire intendis: ⁊ cum propheta dicas. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anime mee.

Si Adam nō peccaſſet xp̄s ueniſſet ut glorificator.

¶ De tertia veritate ⁊ maxima: videlicet quomodo deus ſit paſ-

ſus

ſus flagellatus ⁊ mortuus. Cap. 3.

PHILO. Iam animaduerti verba ⁊ ſententias tuas: quibus ſecunda dubitatio eſt mihi clariſſima nõ enim humanus ſed diuinus videntur illuſtrata ſplendoribus: quibus itellectus aſſentire quaſi cogitur: ⁊ acquieſcit. Quero tertiam niſi tibi ſit moleſtum. Cum deus ſit impaſſibilis ⁊ immortalis: ⁊ oio ſibi hec oia repugnant. Quomodo ergo dr̃ ꝙ filius dei paſſus eſt flagellatus: ⁊ mortuus: hec omnia videntur ſuperare: non tantũ intellectum humanum verum etiam ⁊ angelicum. AMB. Superat certe humani ingenij vires hec diſcuſſio ⁊ angelorum: ſed ⁊ dicam que ſentio: queqꝫ imbecillitati noſtre reſpondere poterunt: ne tue petitioni defeciſſe vel reſpondere me noluiſſe credas propterea dicam ꝙ ſi iſte propoſitiones. Deus factus eſt homo. Deus eſt paſſus: Deus eſt flagellat⁹: Deus eſt Crucifixus. Deus eſt mortuus ⁊c. intelligantur ſimpliciter: vt verba ſonant: omnes ſunt falſe: impoſſibiles: ⁊ heretice: ⁊ qui ita dicunt: ⁊ credunt: omnes eſſent heretici: niſi ignorantia eos excuſaret. Et merito apud Philoſophos ⁊ turcos: et ſaracenos ſumus eſtimati inſipientes: ⁊ ſine rõne: cum dicimus nos credere deum factum eſſe homin̄: deum paſſum fuiſſe: eſſe flagellatum: crucifixum ⁊ mortuũ: hec o͛a abſurda: ⁊ impoſſa de facto eſſe videntur: cum deus eternus ſ: impaſſibilis ⁊ immortalis: ⁊ bene dicunt ⁊ q ita intelligunt: male dicunt ⁊ ignoranter loquunt̃. PHI. Quõ ḡ intelliguntur: AMB. Dicã tibi pro cuius intelligentia ⁊ declaratione ē notandum ꝙ cum Chriſtus ſit deus ⁊ homo perfectus: aliquę propoſitiones competunt ⁊ verificantur de Chriſto ſcd̃m humanitatē: aliq̃ aũt cõpetut ⁊ verificant̃ de illo ſcd̃m diuinitatē. Nã creare: conſeruare: p̄deſtinare: ⁊ ſimilia verificant̃ d̃ Chriſto ſm̃ diuinitatē. Iõ enim iſta eſt vera: Chriſtus creat: q2 deus creat: Chriſt⁹ ꝯſeruat: qa deus conſeruat: Chriſtus predeſtinat: quia deus predeſtinat: hec .n. oia cõpetunt nãe diuine. Silr̃ incarnari: fieri: pati: flagellari: crucifigi: mori ⁊c̃. cõpetunt: ꝯueniũt: ⁊ verificant̃ de xp̄o: ſꝫ nãꝫ humanã. Nã iõ iſta eſt vera: chriſt⁹ factus ē hõ: q2 nã humana eſt facta: chriſt⁹ eſt paſſus: q2 nã humana patit̃: eſt Crucifixus: mortuus: ⁊ reſurexit q2 nã humana eſt crucifixa: mortua: ⁊ reſurrexit. Nã oia iſta ꝯueniunt nãe humane. Cum ergo Chriſtus ſit deus ⁊ hõ p̄fectus vt dc̃m eſt: ⁊ iſte due nãe. ſ. diuina ⁊ hũana ſint vnita ⁊ ꝯiũcta in xp̄o in vnitate p̄ſone: hoc eſt ſunt ĩ vna ⁊ eadē p̄ſona. ſ. vbi hinc eſt ꝙ dicim⁹ ꝙ

Nota q̃ão iſte ꝓpoſitiones intelligũtur ꝙ de⁹ eſt paſſus flagellatus & mortuus.

deus factus eſt homo:quia nā humana eſt facta:deus eſt paſſus q̄a natura humana patitur:deus eſt flagellatus : quia natura humana eſt flagellata:Deus eſt Crucifixus:mortuus ⁊c̄.quia natura humana eſt Crucifixa:⁊ mortua.Non ꝙ diuinitas ſit facta:aut flagellata: ſiue paſſa:ſiue mortua:q2 omnia iſta ſunt ipoſſia.Sicut dicimus qd̄ homo eſt veſtitus:non tm̄ ꝙ ſit veſtimentum:ſed denominatur a veſtimento quo operitur ⁊ tegitur.Sic deus vel verbum diuinum dicitur factum:non quia ipſe filius dei ſit factus.Sed quia natura humana:q̄ ipſe operitur:⁊ tegitur:eſt facta.Silr dicimus homo creat homo ꝯſeruat:homo predeſtinat:q2 filius dei qui eſt Deus ⁊ homo creat:conſeruat:⁊ p̄deſtinat:cū ergo amantiſſime iuuenis ⁊ philoſophe queris.Quō igitur iſte propoſitiones ſunt vere? Dico tibi ꝙ nō ſunt per ſe vere:neq3 ſimplr vere:ſed tm̄ ſunt vere denominatiue:⁊ ſcd̄m quid ideſt ꝙ ideo iſta eſt vera:Deus eſt factus: quia nā humana eſt facta exiſtens in eo ⁊ pro tanto iſta eſt vera Deus ē paſſus:quia natura humana exiſtens in verbo eſt paſſa mortua ⁊c̄. ita ꝙ denominatur ab illa natura ⁊ a propietatibus conuenientib9 ipſi nature humane.Et ſilr dicimus:homo creat:quia Deus creat homo cōſeruat:quia deus conſeruat:homo predeſtinat:quia deus predeſtinat.Ita ꝙ tantum conueniunt ei denominatiue ⁊ ſcd̄m qd: ſunt igitur vere non per ſe:nec ſimpliciter:ſed tm̄ ſcd̄m quid : ⁊ denominatiue.Et ſic patet ad queſitum ſiue dubium.meditare igitur benigne iuuenis ⁊ diſerte qui animū addixiſti deo ⁊ illi9 obſequijs ⁊ mandatis parere:qui ⁊ Crucifixum amplecti merito deſyderas: leua oculos tuos ad Crucem:⁊ vide meum dilectū magiſtrum pro noſtro amore ibi pendentem:brachijs expanſis vt te amplectatur pedibus confixis:vt te ad penitentiam expectet:latere vulneratū: vt dulcedinem ⁊ largitatem benignitatē ⁊ amorē tibi oſtendat.Reſpice illum capite coronatum atq3 inclinatum:quo te inclinādo vocat ad illius amorem ⁊ pietatem:eundum eſt igitur ad ipſum pietatis patrem pijſſimū:⁊ ante Crucifixi imaginem dicendum.Quid cōmiſiſti dulciſſime puer vt ſic iudicareris? Quid cōmiſiſti amantiſſime iuuenis vt ſic acerbe exagitareris? Quod ſcelus tuum? Que noxa tua? Que cauſa mortis? Que cauſa tue ꝯdēnationis? Ego.n. ſum tui plaga doloris:tue culpa occaſionis:ego tue mortis meritū: tue vindicte flagitium.O mirabilis cenſure conditio : ⁊ ineffabilis myſterij diſpoſitio:peccat iniquus ⁊ punitur iuſtus:deliquit reus ⁊ caſtigatur innocentiſſimus:offendit impius ⁊ dānatur pius : quod meretur malus:patitur bonus:Quod perpetrat ſeruus ſoluit do-

minus:quod cõmittit homo ſuſtinet Deus. Quo nate dei tua de/
ſcendit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo ꝓceſſit pietas?
quo exercuit benignitas? quo tuus attigit amor? quo peruenit cõ/
paſſio? ego.n.iniq̃ egi tu penam pateris: ego facinus admiſi: tu vl/
tion e plecteris: ego quidem crimen edidi: tu torture ſubijceris: ego
ſuperbiui tu humiliaris: ego tumui tu attenuaris: ego inobediens
extiti tu obediens ſcelus inobedientie luis: ego gule parui tu ine/
dia affligeris: me ad illicitam rapuit concupiſcentia arborem: te per
fecta charitas duxit ad Crucem: ego preſumſi vetitum: tu ſubijſti a/
culeum: ego delector cibo: tu laboras in patibulo: ego fruor delicijs
tu cruciaris acerbe clauis: ego pomi dulcedinem: tu fellis guſtas
amaritudinem. Quid igitur faciendum eſt bone iuuenis ⁊ diſerte:
dicendum reor: o creator piiſſime: creatura tua ſum iam perij: crea/
tura tua ſum: iam morior: factura tua ſum: iam ad nihilum redigor:
plaſma tuum ſum: manus tue dñe fecerunt me ⁊ plaſmauerunt me:
manus inquam ille que affixe ſunt clauis pro me: opus manuũ tua
rum ne deſpicias dñe: vulnera manuũ tuarũ precor vt aſpicias: ecce
in manibus tuis dñe deſcripſiſti me: lege ipſam ſcripturam ⁊ ſalua
me: en ad te ſuſpiro creatura tua: creatorem recrea me: ecce ad te cla
mo factura tua vita es: viuifica me: en ad te ſuſpicio tuũ plaſma: plaſ
mator es: reſtaura me parce mihi dñe nihil enim ſunt dies mei: egro
tus ſum: ad medicũ clamo: cecus ſum: ad lucem propero: mortuus
ſum: ad vitam ſuſpiro: tu es medicus: tu lux: tu vita Jeſu Nazarene
miſerere mei: fili Dauid miſerere mei: qm̃ ad te clamaui tota die: le
tifica animam ſerui tui: qm̃ ad te leuaui animam meã dñe: vt ad illã
perueniamus vitam ſempiternam. Phi. Quot memoria digna au
dierim Andrea veneráde: humana nõ facile lingua explicare: nec
humana tibi infirmitas condignas referre gratias poteſt: ⁊ ego pre
ſertim q̃ die noctuq̃ philoſophicã ſequens doctrinã in ignorantie
tenebris diuino ac ſupernaturali priuatus lumine permanebam: ⁊
per cecitatis tenebras ad eternas properabam tenebras: te ergo ⁊
doctore ⁊ duce veritate cognita ſummi filium dei humanam rede
miſſe naturam confiteor.

¶ Dialogus inter Philippum ⁊ philoſophum: in quo de ſeptimo ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iux/ta ſuas veritates ⁊ maximas pertractatur.

IUdei ſigna petunt: Greci ſapientiam: Nos aũt pre/
dicamus Chriſtum crucifixum. Et ecce vix finito ratio
cinio Andree hilari ⁊ leto vultu affuit Philippus hec
dicens.

¶ De prima ⁊ maxima veritate ſcilicet deſcēſu Chriſti ad inferos Caput prin/cipale ⁊ primum.

PhILIP. Noli dilecte Iuuenis pp huiuſce Andree dicta admodum mirari:lȝ magna dixerit:⁊ inaudita. Ille etenim dñs noſter non ſolum ſer/uos vt redimeret mortem ſubire voluit: ⁊ acer/bam crucifixionem: vt modo oēs percepimus cum tuis obiectionibus ⁊ Andree ſolutionibus veridicis: ⁊ plenam veritatem continētibus: ve rum ēt ad inferos deſcendere voluit:vt ſeruos ibi captiuos ⁊ impo teſtate remota circumſcriptos ab inferis liberaret:vt ſua preſentia inferni ianua patefieret:atqȝ ſummā charitatē quā in vita moſtra uit:poſt mortem illis clariorem oſtenderet ac vehementiorē:quod quidem tenendum eſt:aliter ad dñi noſtri principis aulam nulli eſt adeundum. PhI. Maiora mihi narras q̄ȝ audiueram: ⁊ quanto magis vobiſcum aſiſto: tanto magis mirabilia ſemper audio:⁊ tā/to magis occurrunt dubitanda:⁊ in dubitatis ad vos ipſos accedo ⁊ peto:video iam oēs vos adeſſe:⁊ me ita circundare ac ſi noui ali/quid a me audire exiſtimaretis:ego etenim multa dixiſſem:qñ ad ea q̄ didici veſtrum aliquis voluiſſet peruenire:ſed diſtincte ſunt ſcien/tie:a me nihil eſt propoſitum:veſtre oēs ſunt propoſitiones: veſtre ſunt ꝯcluſiones. Sed qm̄ qui proponit debet propoſita probare⁊ tueri:⁊ defendere:propterea cum hec fuerint a te propoſita ⁊ mihi dicis eſſe tenenda: antequam illa teneam: ad hec dubitanda ad/ueniam. Primo an Chriſtus dum deſcendit ad inferos: oēs ani/mas inde liberauit:an non. Secundo ſi anime puerorum que cum peccato mortali ſcilicet originali ex hac vita receſſerunt:fuerunt in/de liberate an non. Tertio ſi anime que erant in purgatorio q̄ nō/dum compleuerant ſeu fecerant ad plenum ſatiſfactionē:per aduen tum Chriſti fuerint inde liberate an non. Quarto ſi anime ille vidē do Chriſtum in inferno fuerunt perfecte beate:an non. Hic obſe/cro:o venerande Philippe:vt intellectus acquieſcat:⁊ puro corde ac animo ſyncero deo eterno ſeruire valeam.

¶ Quod non omnes anime de inferno fuerunt liberate ſecunda veritas ⁊ maxima. Cap. 2.

PHILIP. Magna: nec manifeſta omnibus petis: ⁊ que niſi ſupernaturali illuſtrãte lumine abſolui non poſſunt: duce tamen domino q̃ libentiſſime faciam. Et primo cum queris an oẽs anime que erant in inferno per aduentũ Chriſti fuerunt inde liberate. Dico tibi ꝙ oẽs anime non fuerunt inde liberate. Primo non anime dãnatoꝝ que per diffinitiuam ſentẽtiam fuerunt damnate: quia licet paſſio Chriſti ſiue meritum paſſionis Chriſti quantum eſt ex ſe fuerit ſufficientiſſimum ad redimendum infinitas animas: quia ſic deus illam acceptauit: tamen non fuit proficua: nec meritoria niſi illis qui erant: vel eſſe debebant membra Chriſti: ideſt qui mortui fuerant: vel moriẽtur ſine peccato mortali: ſiue actuali: ſiue originali. Modo autem illi qui ante paſſionem ſunt dãnati per diffinitiuam ſentẽtiam: ex quo deceſſerunt cum peccato mortali: non erant membra Chriſti. Et ideo illi non fuerunt inde liberati: nec paſſio Chriſti fuit eis remedium ſiue meritoria: ⁊ ideo non fuerunt inde liberati: ⁊ ſic patet ad primum dubium quod querebas.

Nullus dãnatus fuit de inferno liberatus.

¶ Quod anime puerorum cum originali decedentiuꝫ de inferno non fuerunt liberate: veritas tertia ⁊ maxima. Cap. 3.

AD ſecundum dubiũ: cum dicitur an anime puerorum cum originali decedentiuꝫ fuerunt inde liberate: dico ꝙ non: quia per eandem rationẽ non erant membra Chriſti: cum in peccato deceſſiſſent: nam ſicut cibus aſſumptus a me non poteſt prodeſſe alicui membro: ſi ſit deciſum a corpore. Sic nec meritum Chriſti poteſt prodeſſe alicui anime: ſi non ſit membrum corporis myſtici ſancte matris eccleſie: ſiue Jeſu Chriſti. Jlli ergo ſancti patres qui ſine peccato mortali deceſſerunt: ſiue actuali: ſiue originali inde liberati fuerunt: quia erant membra corporis Chriſti myſtici: ⁊ ſic patet ad ſecundum dubium.

Oẽs q erãt in inferno ſine peccato mortali liberati fuerunt.

¶ De animabus exiſtentibus in purgatorio que penitentiam non compleuerant: ſi fuerunt inde liberate: veritas quarta. Caput quartum.

Um tertio queris an aīe puerox̄ ſiue quoꝝ cūq̄ q̄ adhuc nō cōpleuerāt:ſeu fecerāt ſatiſfa ctionē ⁊ penitētiā in purgatorio fuerūt ꝑ aduē tu Chriſti inde liberate. Dico tibi ꝙ lꝫ aliqui dicāt:ꝙ Chriſtus non liberauit a purgatorio aīas illas:q̄ nōdū fecerāt ⁊ cōpleuerant penitē tiā ſuoꝝ peccatoꝝ. Tñ ſaluo ſemp meliori iudi cio. Dico ꝙ nō tm̄ aīas q̄ fecerāt cōdignā ſatiſfactionē fuerūt inde liberate:verū etiā oēs aīe que erāt in purgatorio:ꝑ meritū paſſiōis Chriſti inde fuerunt liberate:hoc.n.ſatis rōnabile eſt ⁊ piū:vñ nulla apparet repugnantia. Nā ſicut in hominibus ꝑ aduētū noui regis ex ſpāli gratia ⁊ priuilegio oēs carceres aperiunt: ⁊ oēs detenti ⁊ incarcerati liberant. Quid mirū ſi per aduentū noui regis Jeſu xp̄i benedicti quē tanto tpe cū ſummo deſyderio expectauerūt:ex ſpe ciali gratia ⁊ priuilegio ſua aſſiſtens pñtia eos liberauerit: ⁊ maxie cū nō eſſet querela alicuius partis:idēſt ꝙ nō eſſent cōdēnati ad pe nas eternas:ſed tantū pro peccatis purgādis:ꝑ diuinā potentiā ibi erant detenti. Dico igit ꝙ oēs anime que erāt in purgatorio inde fuerunt liberate:⁊ ſic patet quantū ad tertium dubium.

Aīe q̄ adhuc penitētiā nō compleuerāt fuerūt inde li berate.

¶ Quod omnes aīe q̄ intuitiue Chriſtum viderunt fuerunt beate veritas quinta. Cap.5.

D quartū cum queris an anime q̄ erant in in ferno vidēdo Chriſtū fuerunt perfecte beate: Rñdeo ꝙ oēs aīe que intuitiue ⁊ perfecte vi derunt Chriſtū: fuerunt pfecte beate:q: cum beatitudo cōſiſtat in clara viſione ⁊ fruitione deitatis:⁊ ipſa diuinitas fuerit perfecte coniū cta cum aīa Chriſti:dum erat in inferno:q: qđ ſemel aſſumpſit nunq̄ dimiſit:quo ad partes eſſentiales: ſeqtur ꝙ ille aīe que intuitiue viderunt diuinā eſſentiā: oēs fuerunt perfecte beate. Et hoc eſt ꝙ magiſter meus dilectus adhuc in cruce exiſtēs dixit latroni. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Patet aūt ꝙ aīa Chriſti nō fuit in celo:qđ tōi noie vocatur paradiſus: q̄a tribus diebus traxit morā apud inferos: ſed paradiſus accipit hic pro clara ⁊ aperta viſione ⁊ fruitione deitatis: ⁊ ſic anima latronis fuit in paradiſo:q̄a immediate ex quo Chriſtus ad inferos deſcen dit:intuitiue vidit diuinitatē. Et quid mirum cū anime ille que erāt in purgatorio:⁊ cōdignam fecerant ſuoꝝ peccatoꝝ ſatiſfactionē:⁊ erant in gratia:nullū erat impedimentum videndi Deum:niſi quia

Oēs aīe q̄ in tuitiue uide runt xp̄i diui nitatē in infer no fuerūt be ate.

expectabant aduentum meſſie Chriſti. Nam pater eternus ab eter
no ordinauerat:nunq̄ꝫ aliquā animam actualiter ingredi vitā eter/
nam : niſi celebrata paſſione ⁊ morte filij ſui dilecti:⁊ niſi primo ala
Chriſti ſanctiſſima celū fuiſſet ingreſſa:patet ergo ꝙ ale fuerunt bea
te:⁊ ſic patet ad quartum. PHILO. Intellectus tui nō diffidebaꝫ
claritudini:pſertiꝫ cū ſupnaturali fuerit lumine illuſtratus:⁊ lꝫ reſpō
ſa veſtra noſtrā videanť doctrinaꝫ tranſcēdere:tamen que fuerunt
ſapienter dicta:rationi conueniunt. Sed dic obſecro o Philippe
poteſt ne probari per ſacram ſcripturam talem locum detentionis
eſſe vbi anime purgātur:qui locus vocatur purgatoriū: aut aliqua
via rōnabili oſtendi talem locum eſſe:cuꝫ nōnulli aſſerere videātur
oppoſitum:quod non parui erroris poterit eſſe occaſio ⁊ cauſa.

¶ Purgatorium eſſe per ſacrā ſcripturā probari poteſt:ve/ritas ſexta. Cap. 6.

PHILIP. Uidere videor te nō tibi tantū: ſed ⁊ alijs prodeſſe velle:multi.n. fuerunt errores: multa in eccleſia Dei ſciſmata:diuerſi diuerſa a veritate prorſus alieni ſenſere : vt ergo omnis ab humana mente vmbra pellatur: ⁊ nebula:⁊ locum veritas habeat. Uidetur mihi ꝙ hoc eſt ſatis rōnabile:⁊ etiam ratione ⁊ authoritate ſa/cre ſcripture poteſt demoſtrari eſſe talē locuꝫ purgationis. Primo quia certum eſt:ꝙ nihil coinquinatum ⁊ immunduꝫ poteſt ingredi in illam celeſtem curiā:vt ſocius meus Joannes euangeliſta dicit: modo autē cum aliqui decidant ex preſenti vita:bene confeſſi ⁊ cō/triti:tamē non facta ſatiſfactione pro peccatis ſuis : certum eſt ꝙ illi non debent eſſe in inferno ꝓprie loquendo de inferno:vt eſt locus detētionis dānatoꝝ:quia iſti ſunt in gratia:per caſum poſitum:nec debēt eſſe in loco beatoꝝ.ſ.in celo empirio:qa nō ſunt digni adhuc videre deū:cū ſint immūdi:⁊ ſcdm diuinā iuſtitiam debent ſoluere penam ſuoꝝ peccatoꝝ:hoc aūt eſſe non pōt in paradiſo : q: cū ipſa beatitudine nō poteſt eſſe aliqua penitentia:ſiue triſtitia : quia tunc ſimul eſſet beatus ⁊ non beatus:quod includit cōtradictionē. Er/go opus eſt ꝙ ſint in aliquo loco:in quo peccata corum purgētur: qui appellatur purgatoriū. Preterea licet forte non ita clare ⁊ ex/preſſe habeātur verba ſacri euangelij:tamē bene poteſt elici ex di/ctis ſacre ſcripture:⁊ maxime cum prima veritas immentibilis ma/giſter meus dicat. Qui dixit verbum contra ſpiritum ſanctum non

Purgatoriū eē ex ſacra ſcriptura oſtēditur.

Aliqđ pctm̄ remittit in uita futura.

dimittetur ei neq3 in hoc ſeculo:neq3 in futuro:ergo ex iſta autho/
ritate ſeqtur ꝙ aliqđ peccatū dimittitur in futuro : hoc aūt non pōt
eſſe in inferno:qa ibi nulla eſt redēptio:cum pena illa ſit eterna:nec
poteſt eſſe in celo:qa obligatio ad aliquā penā ⁊ beatitudo oppo/
nunt ex ordine diuino:ergo ſequit ꝙ eſt aliquis locus qui nō pro/
prie eſt infernus:nec paradiſus:in quo peccata purgant:q purgato
riū vocat. PHILO. O Philippe nequeo bene intelligere iſtā au
thoritatē:vz. Qđ qui dixerit verbū cōtra ſpiritū ſanctū nō remitte/

Obiectio prima ualde notabilis.

tur ei neq3 in hoc ſeculo:neq3 in futuro. Primo q2 ſequeret ꝙ ali/
quod peccatū eſſet contra vnam perſonā puta ſpūs ſancti:⁊ nō cō/
tra aliā puta patris vel filij:quod eſt abſurdiſſimū: q2 cum pater fi/
lius ⁊ ſpūs ſanctus:ſint vnus perfectus deus oīno indiuiſibilis:vna
⁊ eadem perfectio:ſapientia : charitas:bonitas : ⁊ deniq3 quelibet
perfectio que eſt in vna perſona eſt in alia. Et econtra: aliter perſo

Obiectio ſecunda.

ne diuine non eſſent equales:quod eſt hereticum. Secūdo ſeque/
retur ꝙ ſpūs ſanctus eſſet crudelior patre vel filio : ſi peccatum cō/
miſſum contra patrē vel contra filium eſſet remiſſibile:⁊ peccatum
cōmiſſum contra ſpiritum ſanctum eſſet irremiſſibile qđ eſt abſur/
diſſimū:hec enim eſſet maxima imperfectio in perſona ſpiritus ſan/

Obiectio tertia.

cti. Tertio ſequeretur ꝙ homo non haberet libertatē : qua poſſet
ſaluari:ſi peccatum eſſet irremiſſibile:⁊ per conſequens homo eſ/
ſet damnatus de neceſſitate:quod videtur abſurdiſſimum. Tu3 qa
negaret liberū arbitriū fundamētalr:⁊ ſic homo non eēt hō ꝙ im/
plicat ꝯtradictionem:tum quia deus videretur crudeliſſimus:ꝙ nō
vellet remittere peccatum:licet homo faceret omnia que eſſent ſibi
poſſibilia:quod videtur ſatis irrationabile ⁊ abſurdiſſimum : tum
quia hoc videtur eſſe contra totam ſacram doctrinam : que vbiq3
exclamat. Qđ in quacūq3 hora ingemuerit peccator: Deus dimit/
tet ei:que omnia ſunt impoſſibilia. PHILIP. O ſubtiliſſime re/
rum naturalium inueſtigator q̄ ſubtiliſſime inquiris:q̄ arduo inge
nio argumentaris:certe veſtra argumenta ⁊ rationes videntur ſa/
tis euidētes ⁊ clare:tamen faciliter ſoluuntur : ſi verba prime veri/
tatis magiſtri mei recte intelligantur. Pro cuius intelligentia ⁊ de/

Nota de propriis et appropriatis in diuinis.

claratione eſt notandum. Quod in perſonis diuinis ſunt aliqua
que dicuntur propria : ⁊ aliqua que dicuntur appropriata. Pro/
pria dicuntur illa que ita ſunt in vna perſona ꝙ non ſunt in alia : vt
puta:paternitas ita eſt in patre ꝙ non eſt in filio aut ſpiritu ſancto:
filiatio ita eſt in filio ꝙ non eſt in patre neque in ſpiritu ſancto : ſpi/
ratio paſſiua ita eſt in ſpiritu ſancto: quod non eſt in patre:neque
in filio : ⁊ ſic iſta dicuntur propria : ⁊ proprietates notionales :

quia

quia vna proprietas vnius perſone:ita eſt in vna ꝙ non in alia:⁊ ſic econtra: ⁊ dicuntur proprietates notionales:quia per illas noſcuntur:⁊ notificant̄ perſone diuine. Nam ꝑ filiationem noſcit̄ ⁊ declaratur perſona filij:per paternitatē notificatur ⁊ declaratur perſona patris:⁊ per ſpirationem paſſiuam notificatur perſona ſpiritus ſancti. Aliqua aūt dicuntur appropriata:que licet ſint cōia tribus pſonis diuinis:tñ ꝓꝑ aliquam cōuenientiam aliquid attribuitur ⁊ appropriatur vni perſone diuine:qḋ tñ non oppropriatur alteri. Et ſic qꝛ pater eſt fons ⁊ origo totius diuinitatis.ſ.diuinarum perſonarū: ⁊ oīa hab; a ſemetipſo:⁊ oēs alie perſone quicquid habent:hñt a patre:hinc eſt ꝙ patri attribuitur:⁊ appropriatur omnipotentia: ⁊ qꝛ filius producitur per modum intellectus cui cōpetit ſcire : ideo ſibi attribuitur ſapientia:⁊ qꝛ ſpūs ſanctus producitur per modum voluntatis:ideo ei attribuitur charitas ſiue amor:que tñ oīa ſunt in tribus pſonis diuinis. Dico ergo ad ꝓpoſitū:cū dicis ꝙ ſeq̄ret̄ ꝙ aliquod pctm̄ eſſet ꝯ vnam perſonā:⁊ non ꝯ aliam. Dico ꝙ peccatum quodcūq; dicatur:ita eſt ꝯ perſonam patris:ſicut filij:⁊ ſpūs ſancti: ⁊ eꝯ̄a ita ꝙ nullu; peccatū eſt ꝯ vnam perſonam:quin ſit ꝯ aliam perſonam:quia vt dicis:vna eſt diuinitas:vna potentia:vna ſapientia: vna perfectio oīo in tribus pſonis diuinis:tñ vnū pctm̄ appropriatiue pōt dici eſſe ꝯ vnā perſonā:magiſq; ꝯ aliā. Et ideo qꝛ patri attribuitur omnipotētia:qua pōt oīa de nihilo facere dūmodo non includat ꝯdictionem:hinc eſt qñ quis dicit deus non pōt mundū annihilare:vel non poteſt hoc facere dummodo illud ſit factibile:tale peccatum dr̄ eſſe ꝯ perſonā patris:cui attribuitur ſumma oīpotentia:⁊ cum q̄s dicat faciam tale peccatum:quod deus non cognoſcet tunc tale peccatum dicitur eſſe contra perſonam filij : cui attribuitur ſumma ſcientia ⁊ ſapientia:⁊ ſi quis dixerit ꝙ non poſſum non facere tale peccatum:puta adulterij ⁊ ſimilia:tunc tale peccatum dicitur eſſe contra ſpiritum ſanctum:cui attribuitur ſumma miſericordia:⁊ charitas:licet quodlibet iſtorum peccatorum ſit contra oēm perſonam diuinam:ſiue contra omnes perſonas diuinas:⁊ omnes iſti dicuntur blaſphemare deum:quia attribuunt deo quod non cōpetit ei:puta impietatē:impotentiam:⁊ ignorantiam : ⁊ remouent a Deo quod competit ei ſcilicet omnipotentiā infinitā:ſummā ſapientiam ⁊ infinitam charitatem. Dico igitur ꝙ authoritas magiſtri mei non debet ſic intelligi:ꝙ aliquod peccatum ſit contra perſonam ſpiritus ſancti:⁊ illud non ſit contra perſonam patris : aut filij: ſed tantum appropriatiue : vnum peccatum poteſt dici magis contra vnā perſonam : quam contra aliam perſonam : licet in veritate ſit con-

Nota de attributis in diuinis.

Nota q̄ō unā pctm̄ poteſt eſſe cōtra unā pſonā diuinā & non cōtra aliam.

Nota q̄ō intelligitur dictū xpi uidelicet qui dixerit uerbū contra ſpiritū ſanctum.

tra omnes perſonas diuinas vt dictum eſt: ⁊ ſic patet ad primum dubium. Ad ſecundum dubium cum dicis ꝙ tunc vna perſona: puta ſpūs ſancti eſſet crudelior patre: vel filio ſi peccatum cōmiſſuꝫ contra perſonā patris aut filij: eſſet remiſſibile: ⁊ peccatum cōmiſſum cōtra ſpiritū ſanctū nō eſſet remiſſibile. Dico ꝙ ſicut iam dictū eſt: peccatum ita eſt contra vnam perſonam in veritate: ſicut contra aliam perſonam: ⁊ per conſequens ſi peccatum eſt irremiſſibile: ita eſſet irremiſſibile ab vna perſona: ſicut ab alia: ⁊ per cōſequens ſpiritus ſanctus non dicitur magis crudelis in remittendo (ſi crudelitas dici poteſt) q̄ꝫ pater: vel ſpiritus ſanctus: quia cum ſit contra omnes: ita eſſet irremiſſibile ab vna ſicut ab alia: ⁊ ſic patet ad ſecūdū. Ad tertium argumentum cum dicis ꝙ tunc ſequeretur ꝙ homo non haberet libertatem: qua poſſet ſaluari: ſi peccatum eſſet irremiſſibile. Et ſic negaretur liberum arbitrium: ⁊ per cōſequens homo non eſſet homo: que omnia videtur eſſe contra ſacrā doctrinā: q̄ vbiqꝫ proclamat ꝙ in quacūqꝫ hora ingemuerit peccator: deus dimittet ei. Dico tibi: ſicut ſocius meus Paulus dicit. Anathema ſit: qui dixerit deum precepiſſe impoſſibilia. Et ideo ſi deus precepiſſet aliquid faciendū: quod eſſet impoſſibile fieri: tunc lex dei diceretur impoſſibilis: ⁊ indiſcreta: ꝙ eſt valde abſurdum: ⁊ irrationabile ſumme ſapientie ſimilia attribuere: ⁊ pariformiter eſſet valde irrationabile: ſi hō faceret oia que ei eſſent poſſibilia: vt inueniret veniam: ⁊ deus nollet ſibi dimittere. Similiter tota ſcriptura ⁊ ꝓphete mentirentur: ſi homo vellet penitere de peccatis cōmiſſis: ⁊ faceret oia que ſibi eſſent poſſibilia: ⁊ Deus nollet parcere: oēs eſſent mendaces: que omnia ſunt valde impoſſibilia: ⁊ abſurdiſſima: ⁊ videntur indirecte implicare contradictionē. Et ideo reſpōdeo tibi: ꝙ peccatum in ſpiritū ſanctū dicitur ⁊ eſt irremiſſibile: non q̄a deus nollet tibi dimittere ſi poſſet: ſed dicitur irremiſſibile: quia ſummus opifex nō poteſt tibi dimittere. PHI. O Philippe ſatis miror de rñſione veſtra. Si.n. deus eſt oipotens: vt ſocius tuus Petrus in ſecūdo articulo tam ampliſſime mihi oſtēdit: ⁊ poteſt oia de nihilo ꝓducere: vt in tertio articulo ſocius veſter Petrus etiā probauit. Quomodo igitur dicis ꝙ deus non poteſt dimittere peccatum in ſpiritum ſanctum. PHILI. O frater ne mireris de noſtra reſponſione: quia deus benedictus pōt omnia peccata dimittere: ſed peccatum in ſpiritum ſanctum non poteſt dimittere: neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro. PHILO. O Philippe. Dic obſecro quid ſit iſtō peccatum in ſpiritum ſanctum? ⁊ quare Deus non poteſt dimittere tale peccatum? PHILI. Dicam ⁊ libentiſſime: peccatuꝫ in

Q̄ꝛo pctm̄ i ſpūm ſanctū dr̄ irremiſſibile.

Obiectio.

ſpiritum ſanctum multis opinionibus preteremiſſis (vt paucis vtar verbis) eſt finalis impenitentia. PHILO. O Philippe nõ intelligo: quid ſit iſta finalis impenitẽtia: dic obſecro clarius vt percipere valeam. PHILIP. Dicam tibi peccatũ in ſpiritum ſanctũ eſt finalis impenitẽtia: que finalis impenitẽtia non eſt aliud: q̃ perſeuerantia in peccato cũ propoſito ſemp perſeuerandi in peccato cõmiſſo: velle ergo pſeuerare in peccato: illud pſeuerare in pctõ cũ ꝓpoſito nõ penitẽdi: vocat finalis impenitẽtia: que finalis impenitẽtia: ẽ peccatũ in ſpũm ſanctũ: hoc quantũ ad primũ. Quantũ aũt ad ſecundũ cum dĩ cur deus non põt dimittere tale peccatũ in ſpiritũ ſanctum? Dico ꝙ Deus nõ poteſt dimittere tale peccatũ neq̃ in hoc ſeculo: neq̃ in futuro: in hoc ſeculo non: q̃ q̃diu hõ pſeuerat in peccato: ⁊ hꝫ ꝓpoſitũ non penitẽdi nõ eſt capax remiſſionis: q̃ niſi homo habeat ꝓpoſitũ amplius nõ peccandi ⁊ ſit perfecte attritus: nõ eſt capax penitẽtie ſiue remiſſionis: q̃ deus ſic ordinauit: vt ex multis ſacre ſcripture locis manifeſte apparet: nec põt illud dimittere poſt mortẽ: q̃ tunc non eſt tẽpus merendi: vel demerendi: ſed eſt tẽpus premij: vt homo recipiat ſuam mercedem ſecũdum opera ſua ſiue in vita eterna: ſiue in inferno: patet ergo quare tale peccatũ dicitur irremiſſibile: non quia deus nollet dimittere: ſed q̃ tale peccatum quod cõtinuatur vſq̃ ad mortẽ ex ordinatione diuina: non põt remitti in hoc mũdo: q̃ nõ eſt diſpoſitus ad penitẽtiã: nec in alia vita: quia tunc non eſt tẽpus merendi ſiue demerendi: ſed premij: patet ergo ad ſecundum queſitum. PHILO. O Philippe ſatis clare ⁊ apte itellexi tuã declarationẽ. Dic ergo queſo ⁊ benigne vt ſoles: ſunt ne alique alie authoritates iſtud oñdẽtes. PHILIP. Dico tibi bone iuuenis: ꝙ omiſſis multis alijs authoritatibus noui teſtamẽti: dico qd ꝓphete ãtiqui doctores hebreoꝝ ſenſerũt de purgatorio. Et primo qd in libro machabeoꝝ ſcribitur: deniq̃ ibi dĩ vir fortiſſimus Judas collatione facta: duodecim libras argẽti miſit offerri eas pro peccatis mortuoꝝ ⁊c. Hoc aũt fruſtra factum eſſẽt: niſi eſſet purgatoriũ: qa ſi ſunt in ſtatu beatitudinis: nõ indigent ſuffragijs. Si aũt ſunt in inferno ⁊ non tenẽtur niſi ad penã eternam: nec illis prodeſſe poteſt: ergo neceſſario inuenit locus purgatorij: vt diximus: vbi anime peccatoꝝ purgantur. Hinc Eſaias prophe. ait: ⁊ fortium diuidet ſpolia: fortiũ .i. demonuꝫ de quoꝝ fortitudine dicit Job. 41. c. Non eſt poteſtas ſuper terraꝫ: que cõparetur ei: diuidet ſpolia: extrahẽdo pres de limbo: ꝙ in reſurrectiõe Chriſti fuit adimpletũ: hinc Rabbenus haccados lõge ante Chriſti natiuitatẽ: in libro quẽ galeraczeia .i. reuelatorem arcanoꝝ vocauit: ad ſecũdam

Quid ſit peccatũ in ſpũm ſanctum.

Quid ſit finalis impenitentia.

Quare pctm̃ in ſpũm ſanctũ nõ pt remitti neq̃ in hoc ſeculo neq̃ in futuro.

Rabbenus haccados.

Antonij cõſulis vrbis Rome petitionẽ:hoc expſſius ait:ex quo geuer.i.vir deũ ſignificat. Quid ſibi vult textus ille:threno.3.c.ſcript⁹ ego geuer.i.vir vidẽs paupratẽ in virga indignationis ſue me minauit:⁊ adduxit in tenebras:⁊ nõ in lucẽ. Rñdit ei rabbenus baccados:hic eſt deus ſanctus:⁊ bñdictus:q ait Ego ſum vir:q vidi paupratẽ:me minauit ⁊ adduxit in tenebras ⁊ nõ in lucẽ. Hic eſt itidem de⁹ſanctus ⁊ bñdictus:q dixit decreui deſcẽdere ad inferos:ad redimẽdas aias iuſtoꝝ:quas in virga indignationis ſue pr̃ meus celeſtis : q eſt in celis illic detruſit:pp Ade peccatũ. Preterea in eodẽ libro ad ſextã eiuſdẽ Antonij petitionẽ dicit ſe in libro rabbi Simeonẽ filij Iobai qui inueſtigatio ſecretoꝝ nũcupatur:hec inter cetera inueniſſe. His auditis cepit flere rabbi Hoſeas: dixitq3 veh illis veh illis ipſis iniqs homicidis Iſrael quoꝝ amore vt petrũ illis dimittat deus ſanctus ⁊ bñdict⁹mittet filiũ ſuũ ſetrñ:⁊ carne humana ſe induet:veh illis q: ꝓpter ſuas prauas opationes erunt rebelles huic meſſie:⁊ reſpuent dicta:qbus precipiet vt mundificẽt aqua mũdificationis ad purgandũ coꝝ peccata. Ipſi vero nõ incedent in vijs deo gratis:nec faciẽt voluntatẽ eius:ſed ingenti iracũdia perciti eum occident: tunc aĩa eius deſcendet ad inferos : apud quos triduo morabit̃:vt inde oẽs aias patrũ:⁊ iuſtoꝝ educat : ſicut dcm̃ eſt Gene.48.c. Ego deſcendã tecum in egyptũ:⁊ ego inde educaꝫ te:⁊ faciet deus ſanctus ⁊ benedictus vt eos in paradiſuꝫ deducat: ſintq3 leti in gloria dei:iuxta illud Oſee.6.c.dictũ viſitabit nos poſt duos dies:in die tertia ſuſcitabit nos:⁊ viuemus ante faciem eius: hec oĩa illa quẽ magiſtrũ noſtrum ſanctũ appellant : patet ergo taꝫ p authoritatẽ prime veritatis:q̃ per authoritates ꝓphetarũ: atq3 antiquoꝝ doctoꝝ hebreoꝝ:meſſiã ſiue Chriſtũ ad inferos deſcendiſſe:⁊ ſanctos ⁊ antiquos patres inde extraxiſſe:ergo de neceſſitate reperit̃ locus purgatorij:qa ſi non eſſet alius locus q̃ infernus id eſt locus dãnatoꝝ ⁊ celũ empireũ.i.locus beatoꝝ : tunc illi pr̃es antiq nõ fuiſſent inde liberati:qa fuiſſent eternalr̃ dãnati : patet igit̃ ꝙ opus eſt ponere aliquẽ locũ:vbi peccata purgant̃ illoꝝ q in gratia dei ex hac vita recedunt:vt poſtq̃ ſuoꝝ peccatoꝝ plenã ſatiſfactionẽ fecerint ad regna celeſtia imaculati ⁊ mũdi igrediant̃:vt illa ſempiterna ⁊ ĩfinita diuinitate pfruant̃:⁊ eternalr̃ in eternis gaudijs pmaneãt:p3 igit̃ ad veſtrũ queſitũ:qũo ex ſacra ſcriptura hñi poteſt ꝙ locus purgatorij inuenit̃. PHILO. Gratias deo ⁊ tibi agim⁹ imẽſas ⁊ debeo:ſiꝫ eteniꝫ ab illa nebula intellus mei olim ſemot⁹: volui tñ cõtẽplari quo lumine aut mirabili ſplẽdore illa xp̃i aĩa ſanctiſſima ad iferos deſcẽdit:ſed nõ potuit itellect⁹ ad hec aſcendere

Hic chariſſime ꝓbatur eſſe purgatoriũ

neq3 ſic alte euolare. Tu vero qui hec myſteria cognouiſti aperias nobis vt maiori gaudio repleatur aīa illius ſeruituti obnoxia.

¶ De modo quo anima ſanctiſſima Jeſu Chriſti ad inferos deſcendit veritas ſeptima. Cap. 7.

Philippus. Quis poterit mirabilē modū illum verbis ꝯſeq;? preſertim cū excedat humanū eloquiū? Dicā tñ q̄ potero. Nā vt nulli dubiū eſt ex quo chriſtus deus fuerit ⁊ homo pfectus ⁊ nunq̄ illius aīa fuit a diuinitate ſeparata: qm̄ quod ſemel aſſūpſit nunq̄ dimiſit. Aīa etenim illa ſanctiſſima poſtq̄ fuerit a corpore ſeparata mirabili ſtatim ⁊ ieffabili angeloꝝ comitatu fuit aſſociata. Quis poſſet iocunditatem illā: ſonoritatē ⁊ gaudiū referre affatim ⁊ ad plenū? vbi non tm̄ angeloꝝ: archangeloꝝ: ⁊ thronoꝝ: dñationum: ⁊ principatū: inſuper poteſtatuum: cherubin: atq3 ſeraphin aſſiſtebat preſentia: verum ēt patris ⁊ ſpūs ſancti ⁊ non tm̄ angelici ſpūs ac tota celeſtis curia cū patre ⁊ ſpū ſancto aderat iubilās: verūēt vt Joānes dixit multa ſanctoꝝ corpora ſurrexerūt cū eo: ⁊ in ſanctā ciuitatē introiuerūt. Anima ergo illa ſanctiſſima mirabili atq3 inexplicabili lumine circūdata īpaſſibilis: glioſa: ⁊ imortalis: ſacro comitante cetu: ante quos oēs latro pfulgidus cū vexillo crucis p̄cedebat: gaudio ⁊ letitia oēs repleti ad limbū ſiue purgatoriū aut īfernū deuenerūt. Et cū demones illā incōprehenſibili lumine ꝯſpexerunt: que totum infernū mirabili ſplēdore illuſtrauit: ac multitudinē tā mirabilē angeloꝝ ſuauiſſime canentium gloria laus ⁊ honor tibi ſit chriſte rex redēptor: cui angeloꝝ decus tibi ſit: oſanna: o qualis melodia: qualis ⁊ quanta illoꝝ ſpirituum iocunditas. Et alia ex parte ꝯſpexerūt ſanctos pr̄es inſolito more gaudētes: letāteſq3 ⁊ canētes: varias ꝓphetias ꝓferentes. Dauid. n. cantabat. Exortū eſt in tenebris lumē rectis corde miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtꝰ dñs. Eſaias vero aſſerebat h̄ eſt q̄ ego dixi Populus qui ābulabat in tenebris vidit lucē magnā: habitātibus in tenebris ⁊ in vmbra mortis lux orta eſt eis. Paruulus eſt datus nobis ⁊ filius eſt datus nobis. Sicq3 oēs prophete ſancti patres varijs exultabāt ⁊ iubilabāt linguis ⁊ ꝓphetijs. Tūc demones hunc meſſiā dei filiū aīaduertētes exiſtimātes captiuari ⁊ ptāte ꝓpria expoliari ad portas inferni deuenientes fortiter cuſtodire ſtatuerant: ne meſſias inferos adire poſſet. Angeli vō clamare ⁊ cantare ceperūt. Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glie. Quis poſſet lingua effari:

o bone iuuenis: quãtus tremor: quantusq3 timor: quãta meſtitia et perturbatio fuerit dãnator ſpirituum: quantaq3 letitia et quale gaudium illorum patrum qui eius aduentum tantopere expectabant. Et ecce morula interpoſita cum demones portas inferni non aperuiſſent: iterum angeli inclamare ceperunt. Attollite ideſt eleuate portas veſtras: o principes infernales: et eleuamini ideſt aperiamini: o porte infernales: et introibit rex glorie. Tunc demones maximo cũ timore q: tanta viderant: reſpondebant dicentes. Quis eſt iſte rex glorie: Et iterum angeli. Dominus virtutum ipſe eſt rex glorie: et apertis ianuis infernalibus: recedentibus demonibus angelis cantantibus: et patribus beatis viciſſim pſallentibus: ingreſſus eſt chriſtus: et patres ſanctos benedictoſq3 inde fortiter et cum maieſtate liberauit: et ad regna celeſtia perduxit: habes igitur bone iuuenis dei filium ad inferos deſcendiſſe: et ſanctos patres liberaſſe: et in celeſti gloria collocaſſe: ad quam qui credit facile et ſine dubio peruenire intẽdit. PHILIPPO. Ex vero magiſtri tui fonte potus es Philippe venerande: qs enim mortaliũ in hac lachrimarũ valle poſitus naturalem: et vmbraticam viam ſequens tot occulta dei myſteria poteſt cognoſcere: heu miſerabilis mortaliũ conditio: qui cum ſapientes videantur ſtulti ſunt facti: non ergo immerito huius mundi ſapientia eſt apud deum ſtultitia: credo igitur ſummi domini et eterni dei filiũ ad inferos deſcendiſſe: ac ſanctos ex limbo ſiue inferno patres liberaſſe tota mentis affectione confiteor.

¶ Dialogus inter Thomã et Philoſophum in quo de octauo ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iuxta ſuas veritates et maximas pertractatur.

Iudei ſigna petunt: Greci ſapientiam: Nos autem predicamus Chriſtum crucifixum. Auditis que a Philippo fuerant iam dicta: oportere vitam ingredi eternam cupientem credere et tenere firmiter filium domini ſummi et optimi ſua ex ineffabili benignitate ad iferos deſcendiſſe: vt animas ſanctorum patrum liberaret hoc eſt ſuorum ſeruorum. Iam tendebat ad regem et dominũ. Cũ3 congruenter Philippus et ſatis ad dubia reſpõdiſſet. Et ecce Thomas quia videbat ad dominum properantem aduocato iuuene ne vlterius procederet: et libenter audiret que vlterius fuerant ſibi neceſſaria: ſic adinuicem ſunt collocuti.

¶ De glorioſa ꝛ triumphanti Chriſti reſurrectio/nem: veritas prima ꝛ maxima. Cap. i.

Thomas. Audi: ꝛ diligenter attende Philoſo/phe: qui ad noſtri aulam principis feſtinas acce dere. PHILO. Quid eſt? THO. Annuntio tibi gaudium magnū ꝛ letitiam inauditam: hūc dei filiū non ſolum ex ſuo amore ad inferos de/ſcendiſſe: vt patres illos liberaret ꝛ ſeruos ſuos ꝛ in patria celeſti collocaret. Uerum etiam ter/tia die a mortuis ſua infinita potentia reſurrexiſſe glorioſum: impaſ ſibilem: ꝛ immortalem cuius reſurrectio totum orbem terrarū no/ua ꝛ maxima letitia mirabiliter affecit. PHI. Quid dixiſti o Tho ma. Sic.n.te appellari audieram modo. THO. Sic appellor: ꝛ vo cor: quid ergo eſt quod queris? ꝛ ſi quid eſt dicere non verearis. PHI. Quid dixiſti? peto ꝛ rogo. Nam neſcio quid noui paucis di cere voluiſti: filium illum tertia die reſurrexiſſe. Quō fieri poteſt vt triduanus in monumento iacens a mortuis reſurgat? nec percipere poſſum nec doctrina noſtra id tenet? ꝛ eſt ab omni rōne remotum: propterea nec me grauabit petere ꝛ interrogare: nec tibi ſit mole/ſtum ſoluere ꝛ reſpondere: ꝛ primo ſic: fuit ne Chriſtus homo in tri duo: ideſt qñ Chriſtus ſtetit tribus diebus in ſepulchro: fuit tunc homo ꝛ poſtea reſurrexit: ita ꝙ non fuerit vere tunc mortuus: ſed ſtetit in ſepulchro: ꝛ tertia die reſurrexit: an vero anima eius fuerit ex corpore ſeparata: ꝛ deſierit eſſe homo ꝛ realiter reſurrexit tertia die. Secundo quero: ſi Chriſtus in triduo ideſt in tribus illis die/bus fuit vere mortuus: ita ꝙ eius aīa fuerit vere ex corpore ſuo ꝛ realiter ſeparata: ſi xp̄s non ſurrexiſſet tertia die ſicut reſurrexit: ſed prolongaſſet ſuam reſurrectionē vſqꝫ ad diem iudicij: corpus illud ſanctiſſimum fuiſſet ne putrefactum ꝛ reſolutum in elementa? ſicut corpora noſtra an non? Tertio quare potius voluit reſurgere ter/tia die: neqꝫ ante neqꝫ poſt tertiam. Et deniqꝫ vellē ſcire: quid ope ratus eſt Chriſtus in ſua reſurrectione. THO. Pauca fuere nume ro que petis: ſed multa in effectu: ꝛ maiori egent ingenij facultate: ſunt.n. ſupra vires noſtras: que petis: non ſum tn̄ immemor ſuperne gratie auxiliantis qui toto corde ꝛ puro eam inuocare ſolent: iccir co per eam reſpondere non dubitabimus. Cum igitur queris: fuit ne Chriſtus in triduo homo? an deſiit eſſe homo? ꝛ realiter reſurre xit tertia die. Dimiſſis aliorum opinionibus ꝛ illorum improba/tionibus.

¶ De vera Chriſti morte ⁊ reſurrectione veritas prima Caput principale ⁊ primum.

Chriſtus nõ fuit homo in triduo.

Scimus ꝙ Chriſtus non fuit homo in triduo: ſ ʒ deſijt eſſe homo ⁊ aia eius ſanctiſſima vere fuit ⁊ realiter ſeparata a corpore: ⁊ tertia die vere ⁊ realiter reſurrexit. Pro cuius declaratione ē notandum: ꝙ ſola aia ſeparata a corpore non dicitur homo. Nam anima Petri iamtoris noſtri q̄ in celis eſt: homo non eſt: nec dicitur. Nec corpus ſine anima dicitur homo: ſed cadauer: ſed ex anima ⁊ corpore ſimul iunctis reſultat quoddam totum: ſiue quedam tertia entitas: que vocatur homo: lʒ ergo diuinitas fuerit ſemper coniuncta ⁊ vnita cum anima ⁊ corpore Chriſti: qm̄ deus eſt vbiqꝫ: ⁊ preſens cuicunqꝫ rei perfectiori modo q̄ iſta res ſit ſibi ipſi: rõne ſue infinitatis ⁊ ſic diuinitas fuit ſemper perfecte vnita ⁊ coniuncta cum aia ⁊ corpore Chriſti: quia. Quod ſemel aſſumpſit nunquā dimiſit. Tamen ex quo aia Chriſti in triduo non fuit vnita ⁊ coniuncta corpori: qm̄ pro illo tunc anima erat in limbo ſanctorum patrum: ⁊ corpus erat in ſepulchro: ex qua vnione ⁊ coniunctione reſultat ⁊ fit homo ſequitur ꝙ pro tunc non erat homo: qꝛ anima non erat vnita corpori: ⁊ ſic patet ad primum: ꝙ Chriſtus non fuit homo in triduo. Ad ſcd̄ʒ iuuenis amantiſſime ⁊ philoſophe cum dicis ſi Chriſtus non fuit homo in triduo ſed vere mortuus: ita ꝙ aia illa vere ⁊ realiter fuit ſeparata a corpore. Si Chriſtus nõ ſurrexiſſet tertia die ſicut reſurrexit: ſed prolongaſſet ſuam reſurrectionē vſqꝫ in diem iudicij: corpus illud ſanctiſſimum fuiſſet ne putrefactum ⁊ incineratum ⁊ in elementa reſolutum ſicut cetera corpora an non?

¶ De preſeruatione corporis Chriſti a putrefactione veritas ſecunda. Cap. 2.

Thomas. Reſpondeo ꝙ ſi non ſurrexiſſet: ſed reſurrectionem prolongaſſet ad diem iudicij licet corpus illud quantum eſt ex parte cauſarū intrinſecarum: ⁊ extrinſecarū naturalium fuiſſet putrefactum: incineratum ⁊ reſolutū in elementa. Tn̄ de facto non fuiſſet putrefactum ⁊ reſolutum in elementa: ſed Deus eternus ſuſpendiſſet miraculoſe actionē illarum cauſarum: ⁊ ſic corpus illud ſanctiſſimū fuiſſet preſeruatum ſine aliqua putrefactione ⁊ corruptione: q̄uis

ne:q̃;uis ét reſurectio fuiſſet prolongata vſq; ad generalem reſure/
ctionem. Pro cuius intelligentia eſt notandum:quod aliquid eſt fu
turũ quo ad cãs naturales:ſi non prohiberentur ſed dimitterẽtur
cauſalitati ſue:quod tñ non eſt futurum:nec euenire poteſt pp cau/
ſas ſuperiores ſiue cãm ſuperiorem prohibentem cãs naturales in/
feriores ſuã cãlitatẽ exercere. Et ideo illud ſimplr̃ eſt dõm eſſe fu/
turũ quod eſt futurum ſm cãm ſuperiorem vincentem: non autem
quod eſt futurum ſecundum cauſas iſeriores ſi ſue cauſalitati dimit
terentur. Exemplum ponitur Eſai.38.c. de ezechia cui Eſaias nun/
ciauit mortem ⁊ mortuus fuiſſet ſecundũ cauſas inferiores:ſed tam̃
deus ab eterno vidit orationem ſuã; deuotionem ⁊ lachrimas ⁊ iõ
prohibuit cauſalitatem cãrum inferiorum:⁊ vltra terminũ naturalẽ
addidit ſibi quindecim annos:vt patet vbi ſupra. Sic dico q̄ corpꝰ
chriſti fuiſſet putrefactum in morte ex parte cauſarũ inferioꝝ natura
lium:ſi non fuiſſent prohibite:qm̃ habuit cãm intrinſecam reſolutio
nis.ſ.calorem ⁊ humorem:⁊ extrinſecam ſicut alia corpora .ſ. calo/
rem ⁊ frigus ⁊ alia:quarũ cauſalitatem deus prohibuit:⁊ prohibuiſ
ſet etiam ſi corpus illud non fuiſſet viuificatum vſq; ad generalem
reſurrectionem. Et quoniam illud eſt dicendum ſimpliciter eſſe fu/
turum : quod eſt futurum ſecundum cauſalitatem cauſe ſuperioris
vincentem cauſalitatem inferioꝝ cauſarum. Ideo ſimpliciter dicen/
dum eſt q̄ corpus illud non fuiſſet putrefactum. Sic arbitror pate
re ad dubium. PHILO. Dic queſo ex quo corpus chriſti nõ fuiſ
ſet putrefactum vſq; ad generalẽ reſurrectionẽ:ét ſi fuiſſet eius re/
ſurrectio prolongata:ſed deus miraculoſe illud corpus ſanctiſſimũ
preſeruaſſet. Dic rogo quo miraculo illud corpus fuiſſet preſerua
tum a putrefactione:nunquid nouo miraculo an antiquo:quo ſcili
cet miraculo antiquo corpus illud fuit vnitum ⁊ coniunctum cũ di/
uinitate. THO. Licet aliqui dicant q̄ corpus illud fuiſſet preſerua
tum antiquo miraculo ⁊ nõ nouo:quo.ſ. antiquo corpus illud fuit
vnitũ primo cũ verbo diuino ⁊ indiſſolubiliter:hoc non vĩ verũ:p;
q: actiuo nãliter approximato paſſiuo:nãliter non impeditis p cãm
ſupnãlẽ ipedientẽ:actiuũ nãliter agit in paſſiuũ:⁊ paſſiuũ nãliter pati
tur:⁊ ſi ipediat̃ eius actio p cã; ſupnãle h̄ erit p miraculũ nouũ:ſicut
p; de igne trium pueroꝝ in daniele. S; corpus chriſti in morte fuit
nãliter paſſibile ⁊ reſolubile:q: nõ fuit glioſu;:p; nec illa vnguẽta.ſ.
myrrha ⁊ aloe ꝓhibuiſſent ſp reſolõnẽ:qn alteratio aliqñ fuiſſet in/
choata:⁊ termiata:l; nõ ita cito:ſicut ſi nõ fuiſſet corpus illud vnctũ
⁊ habuiſſet approximatũ ſibi actiuũ nãle intrinſecũ: ⁊ extrinſecum
non impeditũ per aliquã cãm nãle;: igit̃ bone iuuenis ſi corpus nõ

Nota qñ ali/qd dicat̃ ſimpliciter futurũ & qñ tantũ ſcdm quid

Corpus xp̄i nouo miraculo fuit p̄ſeruatum & nõ antiquo.

fuiſſet aliqñ reſolutum nouo miraculo illud fuiſſet. Ph J. Argumẽtum tuum bene ↄcludit: quod fuiſſet factum per miraculum ſed nõ per nouum miraculum. Th O. Dico quod ↄcludit per nouũ miraculum: ⁊ non ſimpliciter ꝑ miraculum quod ꝓbatur: qm̄ verbũ antiquo miraculo quo primo ſibi viuiuit corpus illud: non impediuit paſſionem corporis ſui animati: quia ſtante illo miraculo paſſus fuit conclauationem: ⁊ lanceationem: ⁊ morte: immo ſi impediuiſſet ipſius paſſibilitatem ex quo corpus erat paſſibile hoc fuiſſet nouo miraculo de neceſſitate: ex quo ꝑ antiquum non fuit prohibitum: ergo eodem modo ſi prohibuiſſet ſicut prohibuit reſolutionem corporis ſui ex quo erat r̄ſolubile: hoc fuit nouo miraculo ⁊ nõ antiq̃. Dico ad propoſitum: ꝙ corpus illud fuiſſet preſeruatum nouo miraculo ⁊ non antiquo. Ph J L O. Uerba tua diuinis videntur plena myſterijs: ⁊ ſuper naturali illuſtrata lumine: ego autem tanq̃ nauis in maris medio ⁊ in lachrymaꝝ valle poſita naturalis philoſophie vndis: ⁊ procellis agitor: qd dicã neſcio. Rões veſtre videnẽ efficaces ⁊ euidentes: tñ videtur hoc impoſſibile ſcd̃m noſtram doctrinã: vt. ſ. corpus illud non fuiſſet reſolutum: ⁊ putrefactuȝ in morte: vellem intellectum meum quieſcere: qui nunq̃ȝ quieuit: vt ſincero corde valeam dño ſeruitutem offerre. Dicimus igitur nos qui philoſophiam ſequimur ſi Chriſti reſurrectio vſq; ad diem iudicij fuiſſet prolongata: corpus eius fuiſſet p utrefactum: ſicut ⁊ corpora noſtra: ⁊ ꝙ ita ſit ſic probo. Natura non incipit motum quem terminare non poteſt: ſcd̃m noſtram doctrinam. Cum deus ⁊ natura nihil agant fruſtra. Si igitur natura inciperet motum ⁊ non poſſet illum terminare fruſtra inciperet motum illum. Terminus auteȝ corruptiõis miſti viuentis eſt putrefactio: vt noſtra tenet doctrina. Sȝ natura incipit in ſeparatione aĩe a corpore: illa ſeparatio eſt inchoactio ad putrefactionem ⁊ reſolutionem in elementa: ſicut patet in alijs hominibus. Igitur in illo inſtanti quo anima ſeparatur a corpore immediate corpus tendit ad putrefactionem: ergo vĩ ꝙ corp⁹ fuiſſet putrefactum ſi eius reſurectio non fuiſſet accelerata: ergo vt noſtra doctrina tenet non videtur veriſimile. Th O. Adhuc videris a naturalis philoſophie fundamentis: ⁊ principijs nolle recedere: bene videt ꝙ habitus de difficili ſit mobilis a ſuo ſubiecto. Aduerte te latenter decipi in hijs obiectionibus. Et ne decipiaris reſpondeo. Cum. n. dicis. Natura non incipit motum quem terminare non poteſt: tranſeat: ⁊ verum eſt naturaliter loquendo quantum eſt ex parte ſua: ſi non impediatur a fortiori agente vt eſt in propoſito. Qm̄ deus voluit inchoare motum illum per ſeparationem ani-

Nouo miraculo corpus Chriſti a putrefactione fuit ꝓſeruatum.

O biectio ꝙ corpus chriſti fuiſſet putrefactum ſi ei⁹ reſurrectio ñ fuiſſet accelerata.

me a corpore:quia conſonabat effectui redemptionis : non autem voluit illum terminare per putrefactionem corporis. Nam talis putrefactio nullo modo nobis fuiſſet proficua qm̄ non meritoria: ⁊ ꝓ quo ad argumentum tuum. Ph Z L O. Quam optime iuxta nr̄am doctrinā reſpondiſti:iam quieui. Ad ſecundum venias:quare Chriſtus voluit a mortuis reſurgere ⁊ potiꝰ tertia die nō ante nec poſt.

De ꝯgruitate tpis reſurrectionis Chriſti veritas tertia. Cap. 3.

R O. Reſpondeo multiplici ratione fuiſſe congruum. Primo propter Chriſti humiliationem. Secundo propter fidei confirmationem. Tertio propter ſpei ſubleuationem. Quarto ꝑpter corporis dignificationem. Quinto propter ianue apertionem. Ad ſecundū queſitū dicimus congruum fuiſſe Chriſtum reſurexiſſe tertia die nec antea nec poſtea propter chriſti humiliationem:q: ad diuinam iuſtitiam pertinet illos exaltare qui propter ſe humiliauerunt:hoc cantat beatiſſima virgo in ſuo cantico. Depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles. Et meus dominus ⁊ magiſter dicit q ſe humiliat exaltabitur. Non ne magiſter meus ⁊ redeptor generis humani ſe humiliauit:certe ſic:quia cum deus eſſet factus eſt homo:creator creatura paſſibilis ⁊ mortalis:qui prius erat impaſſibilis ⁊ immortalis. Quare factus eſt humilis ⁊ ſe humiliauit: non ꝑpter aliud dicendum eſt ꝙ pp patris ſui obedientiam ⁊ maximam charitatem. Audi aliquantulum Paulum meum ſocium dicentem. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq ad mortem:mortem autem Crucis. Fuit igitur iuſtum ⁊ conueniens vt deus illū exaltaret vſq ad reſurrectionis gloriam:hinc propheta in eius perſona loquens ait. Tu cognouiſti ſeſſionem meam ideſt humilitatem paſſionem ⁊ mortem meam : ⁊ reſurrectionē meam.i.gloriam in reſurrectione mea. Secundo fuit congruum Chriſtum reſurexiſſe pp fidei cōfirmationem:vt.ſ.fides noſtra confirmaretur de chriſti diuinitate. Quis.n. credidiſſet verum deum videns illum mori ſi non ſurrexiſſet: Reſurgendo aūt cognoſcimus verum deum fuiſſe:vt Paulus vas electionis dicit. Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate viuit aūt ex virtute dei: ⁊ propterea dicit Si chriſtus non reſurexit a mortuis inanis eſt predicatio noſtra:inanis eſt fides noſtra. Et propheta in pſalmo ait q̄ vtilitas in ſanguine meo:ideſt in effuſione ſanguinis:dum deſcendo in corruptionem:quaſi dicat nulla. Tertio fuit congruum vt reſurgeret ad confirmationē noſtre ſpei ⁊ ſubleuationē. Nam dum vide

mus Chriſtum reſurrexiſſe qui eſt caput noſtrũ: ſperamus ⁊ nos re‑ ſurrecturos: hinc focus paulus ait. Si chriſtus reſurrexit a mortuis quõ quidam dicunt in vobis qm̃ reſurrectio mortuorum non erit. Quarto congruum fuiſſe dicimus chriſtum reſurrexiſſe a mortuis pp corporis dignitatem. Unde nota bone iuuenis: ꝙ anima chriſti ex quo vnienda erat verbo diuino in vnitate ſuppoſiti ſiue perſone in illo inſtanti in quo coniuncta fuit cum diuinitate fuit repleta om‑ ni ſcientia ⁊ cognitione: tanta gratia: ⁊ charitate: tanta beatitudine: quantaꝫ deus ⁊ ſua infinita omnipotentia creare potuit: immo deꝰ de potentia abſoluta non poteſt nec potuit creare maiorem: qꝛ ali‑ ter non eſſet ſumma: ⁊ licet de potentia abſoluta poſſet creare equa lem: tñ de potentia ordinata non poteſt: ⁊ ſic ſcientia anime chriſti: charitas: ⁊ beatitudo exceſſit ſcientiam: charitatem: ⁊ beatitudinem oium ſanctorum: ⁊ deniqꝫ omniũ ſpirituũ beatorum: ⁊ hoc fuit con gruum deum feciſſe: ex quo illa ſanctiſſima aĩa erat vniẽda cum diui nitate: quam ſcientiam charitatem ⁊ beatitudinem nõ habuiſſet niſi fuiſſet vnita. Pariformiter dicendũ eſt: ex quo illud corpus ſanctiſſi mũ chriſti erat ſimul cum anima coniunctum cum diuinitate in vni‑ tate perſone: ſicut anima fuit repleta ſũma gratia ⁊ pfectione quan‑ ta potuit creari: ⁊ ipſa anima erat capax. Ita corpus illd ſanctiſſimũ ex quo erat coniunctum cum ipſa diuinitate debebat habere tantã perfectionẽ: quantam deus dare potuit. Ex quo igitur erat capax immortalitatis: ⁊ impaſſibilitatis: fuit expediens ſumme ſapientie di uine corpus illud a mortuis reſurgere ⁊ habere omnia illa quorū erat capax. Et propterea bone iuuenis notandum eſt: ꝙ illud cor‑ pus de neceſſitate erat impaſſibile ⁊ immortale: qꝛ ex quo aĩa chri‑ ſti fuit vnita cum diuinitate ⁊ repleta ſumma beatitudine: beatitudo anime de neceſſitate redundaſſet in corpus: ⁊ ſic corpus fuiſſet ipaſ ſibile ⁊ immortale: tamen quia deꝰ factus erat homo: vt poſſet nos redimere de manibus diaboli: ⁊ liberaret nos a peccato originali deus eternus ſua infinita omnipotentia ⁊ miraculoſe ſuſpendit illaꝫ beatitudinẽ anime chriſti ne redundaret in corpus vt poſſet nobis mereri. Et quoniam vt omnis ſchola theologorũ ⁊ philoſophorꝫ clamat ceſſante cauſa ceſſat effectus. Et redemptio nature humane fuit celebrata ⁊ completa in morte chriſti: ⁊ ideo ſi propter hoc cor pus illud erat paſſibile ⁊ mortale facta ⁊ celebrata humane nature redẽptione de neceſſitate illud corpus erat impaſſibile ⁊ immorta‑ le. Sic igitur fuit congruũ ⁊ condecens chriſtum a mortuis reſure‑ xiſſe. Addendũ eſt ẽt a mortuis reſurrexiſſe chriſtum pp ianue ap‑ tionem. Janua. n. Paradiſi tripliciter fuit aperta. Primo quantum

Rõ ſatis eui‑ dens de xpi reſurrectiõe.

Beatitudo aĩe miraculoſe d̃ tinebatur ne redundaret ĩ corpus.

Redẽptio na ture humane in xpi morte fuit cõpleta.

Ianua paraʼ diſi tr pliciter fuit aperta.

ad gloriam:⁊ ſic in paſſione chriſti fuit aperta. Unde dictum fuit la/
troni hodie mecum eris in paradiſo. Secundo quantum ad reſurre
ctionem carnis:⁊ ſic aperta eſt in reſurrectione: ſicut Paulus dixit.
Chriſtus reſurrexit a mortuis primitie dormientium. Tertio quan
tum ad glorie congruentem locum:⁊ ſic aperta ē in aſcenſione. Unde
Joannes ait vado parare locum vobis. Tamen vt clarius iſta intelligā
tur eſt notandum. Ex quo Adam ⁊ Eua fuerunt creati: nunquam
aliqua rōnalis creatura ingreſſa eſt vitā eternam: anteq̄ chriſtus a/
ſcendiſſet in celum:⁊ licet ſancti patres in limbo per merita paſſiōis
chriſti preuiſe fuiſſent ab omni macula peccati mortalis tam actualis
q̄ originalis purgati: tā nunq̄ ingreſſi ſunt paradiſum niſi per paſ/
ſionem chriſti exhibitam:⁊ actualiter celebratam. Quicunq̄ igitur
ab initio mundi ſalui facti ſunt: ⁊ ſaluabuntur per merita paſſionis
chriſti ſalui facti ſunt: ppea exclamat Eſaias dicens. c. 35. Ipſe edifica
bit ciuitatem meā ⁊ captiuitatem meam dimittet: nō in precio: neq̄
in muneribus dicit dominus exercituū. Hinc propheta pſalmo. 59.
Quis deducet me in ciuitatē munitā: loquitur hic aīa bone iuuenis
exiſtens in limbo. Et ſubiungit. Nōne tu deus q repuliſti nos ex ci
uitate. ſ. celeſti pp originale pctm̄. Et non egredieris deus in virtuti
bus noſtris: ideſt nō exibis pp merita nr̄a: ſ; tua virtute: carnē aſſu/
mens humanā: nobis auxilium tribuendo vt ad illā felicem patriā
valeamus peruenire. Et propterea ſequitur. Da nobis auxiliū de
tribulatione: quia vana ſalus hominis: hoc eſt pena ſenſus licet non
efficiamur: hec ſalus nihilo minus vana eſt: niſi nos ea celeſti patria
condones: hanc profecto ciuitatem euangeliſta Joānes dum raptꝰ
eſt ad diuina myſteria mortuo chriſto nouā appellauit: dicens apo
calipſis. c. 21. Ego Joannes vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalē nouā
deſcendentem de celo a deo paratam: ſicut ſponſam ornatam viro
ſuo. Nouā dixit quia ante chriſti mortem nullus vnq̄ virtute qua/
cunq̄ ornatus ⁊ ſeptus:⁊ ab omni labe peccati alienus: in eam igre
di potuit: at conſumato atq̄ extincto ob aſperſionē ſanguinis chri
ſti originali peccato: iuſto cuicunq̄ patuit illa ciuitas noua atq̄ bea
ta: de qua loquitur Eſaias. Ipſe edificabit ciuitatem meam hoc eſt
meſſias preparabit optimo atq̄ probatiſſimo cuiq̄ celeſtem pa/
triam ad eternam beatitudinem perfruendam quod autem ſequitꝛ
propheta: Et captiuitatem meam dimittet nō in precio neq̄ in mu
neribus: hoc ſane veriſſimum fuit: quia chriſtus hominē non in p̄/
cio neq̄ in muneribus mortalitatis humane: ſ; in ſanguine ſuo a dia
bolica ptāte atq̄ ſubiectiōe liberauit. Et ſic p; quō fuit ꝯgruū xp̄m
a mortuis reſurrexiſſe. Ad hm cū q̄ris dilecte philoſophe q̄re xp̄us

Nullus actualiter igreſſus eſt in uitā eternā niſi p paſſionē xpi exhibitam.

Quarē chriſtꝰ poſt mortem ſtatim non reſurrexit.

tertia die reſurexit nõ antea neq̃ poſtea:dico fuiſſe ꝯgruũ eo tpe ſurrexiſſe nõ vt ſtatiʒ reſurgeret poſtq̃ mortuꝰ fuit:ſʒ vt ſtaret mortuus p aliqđ tps:vt ſcirent vere mortuũ fuiſſe ſi.n.ſtatiʒ poſt morte reſurrexiſſet:de illius morte dubitari potuiſſet an eet vera:nec ꝑñr reſurrectio haberet ꝑ vera. Sicut poſt pontificis morte añq̃ ad alteriꝰ electione deducant cardinales noue dies ꝑducunt funera:poſt nouem in ꝯclaui reſident ⁊ eligunt nouũ:⁊ rõnabilr facta eſt electio pꝰ certitudine mortis alterius. Ita in ꝓpoſito ꝯgruũ fuit aliqđ manifeſtũ ſpatiũ interfuiſſe:vt manifeſtũ eſſet mundo chriſtũ fuiſſe mortuuʒ ⁊ reſurrexiſſe. Preterea dicimus ꝯgruũ fuiſſe: vt xpus accelleraſſet ſuã reſurrectione:neq̃ illã ꝓlongaſſet vſq̃ ad gñale reſurrectionem. Prio pp corporis ipſius dignitate. Corpus eteniʒ illud ſanctiſſimũ diuinitati vnitũ:nõ erat ꝯgruũ vt iaceret ſub puluere (vt dictuʒ eſt) hinc ꝓpheta exclamat. Nõ dabis ſanctũ tuũ.i.corpus ſanctificatũ ⁊ in oi ſanctitate ꝯceptũ ⁊ diuinitati vnitũ videre corruptione. Fuit et ꝯgruũ pp fidei firmitate. Si.n.vſq̃ ad fine mundi ſuã reſurrectione diſtuliſſet:fides ꝑijſſet:nec deũ verũ ſʒ purũ hoiẽ credere potuiſſet ſicut pʒ in hemaus euntibus q dolentes loqbant ſʒ nõ quaſi credentes. PHJ. Tuo interpoſito lumine de glioſa xpi reſurrectione ſic geuit mens nra:⁊ philoſophica tã diſtincte ⁊ apte ſoluta ſunt fundamenta:vt dubitationi poſt hac nihil relictũ ſit loci:tu igit Thoma q dilecti magiſtri tui ſecutꝰes veſtigia. Dic q̃ſo. Quo ſue etatis anno ſurrexit? THO. Surrexit chriſtꝰ trigeſimo tertio ſue etatis anno: qñ.n.fuit baptizatus triginta annos fuerat natꝰ: quã etate Paulus dicit eſſe pfect ã:qm̃ vſq̃ ad hoc tps nã humana pficit:⁊ ex tunc incipit deficere:poſtea triennio docuit:⁊ fuit mortuus:⁊ ſuſcitatus trigeſimo tertio anno aut ꝓpe:in q̃ etate reſurgent beati. PHJ. Quo menſe reſurrexit. THO. Mortuus e xps octauo kalend. aprilis.i. vigeſimo quinto die martij. PHJ. Quare xps reſurgere voluit in hoc menſe q̃ʒ in aliquo alio meſe fuit ne ſine myſterio? THO. Nõ ſine magno myſterio in hoc potius q̃ʒ in alio. Naʒ multa ⁊ magna myſteria ꝯformia reſurrectiõi xpi fuerũt in hoc menſe opata ⁊ facta. Prio in menſe martio credit mundus fuiſſe creatꝰ:vt habet Gene. 12. Menſis iſte principiũ menſiũ:primꝰ erit in meſibus anni: ꝯdeces igit fuit in illo menſe reſurgere p quã reſurrectione mundus renouaret. Sicut Paulus hñ hortat nos. Sicus xps reſurrexit p gliaʒ patris ita ⁊ nos p nouitate vite ãbulemus:quãuis multi teneant in meſe ſeptẽbri mundũ fuiſſe creatũ. Scđo in meſe martio populus iſrael fuit ex egypto liberatus. Exod.12. Ita ⁊ xpi reſurrectio facta e eode meſe:p quã ſancti patres fuerunt ex egypto tenebraꝝ libati,

Cõgruũ fuit chriſtũ accelleraſſe ſuam reſurrectione.

Chriſtus ſurrexit.33. ãno ſue etatis.

Bti reſurgẽt in etate q̃ ſurrexit chriſtꝰ.

Quaꝛ chriſtꝰ uoluit reſurgere in hoc menſe.

Quaꝛ chriſtꝰ reſurgere uoluit in menſe martii.

Tertio in menſe martio fuit egyptiorum flagellatio ⁊ deſtructio. Ita p chriſti reſurrectionē flagellatus fuit populus demonū. Unū clamabant q̄re veniſti ante tp̄s torq̄re nos. Quarto in illo menſe pharao rex egypti fuit ſubmerſus. Ita p xp̄i reſurrectionē in illo menſe fuit alligatus ſathan p xp̄m ad inferos deſcendentē. Et ſicut in illo menſe cecinerunt filij iſrael cāticū nouū. ſ. Cantemus dn̄o glorioſe: qd̄ fuit ſupnāliter infuſū viris ⁊ mulieribus: paruis ⁊ magnis: vt ſimul nullo docente illud canerent: ita ⁊ ſancti q cū xp̄o aſcenderūt ab inferis p hunc modū ſupnālē infuſū canticū nouū cātauerunt illo eodē menſe dū videntes diuinā eſſentiā deū beatifice laudauerūt. PhJ. Quo menſe reſurrexit intellecto: dic q̄ſo quo die a mortuis reſurrexit ThD. Die dn̄ico: vt marcus euangeliſta teſtat̄. ſurgens chriſtus mane prima ſabati a ſeptimana q̄ eſt dn̄ica. PhJ. Cur potius in die dn̄ico q̄ȝ in aliquo die alio. ThD. Nō ſine magno miſterio hoc factū ē. Nā dies dn̄ica quatuor myſterijs fuit dignificata: ideo congruū fuit reſurrectionē dn̄i die tam ſolemni ⁊ magno fuiſſe. Primo eo die angeli fuerunt creati: vt habet̄ Gene. primo. c. fiat lux: ſub lucis noīe angelos intellexit ⁊ creauit. Scd̄o eodē die fuerunt ſermones diuini auditi. Nā data lex fuit Moyſi in mōte Sinai: Tertio eodē die fuit chriſtus natus: ſicut feria ſexta conceptus: vnde qn̄ dies annūtiationis eſt feria ſexta: feſtū natiuitatis eſt in dn̄ica. Quarto eodē die venit ſp̄us ſc̄tus ſup apoſtolos: ⁊ iō dn̄icus dies ſollēniſſimus ē in q̄ reſurgere voluit. PhJ. Certus eſt nobis annus: ⁊ dies: dic obſecro q̄ hora reſurrexit. ThD. Uarie ſt̄ opiniōes: aliq ſentiunt media nocte ſurrexiſſe: hora q̄ ſanſon portas ciuitatis ſup humeros ſuos tulit eadē hora verus ſanſon. i. xp̄s. portas inferni deſtruxit. Aliq tenent nulli mortaliū eſſē cognitā horā: aliq dicunt eū ſurrexiſſe primo diluculo diei dn̄ice: nocte iā pacta: ſ ās vr̄ magis eſſe veriſile vt ſocius meus Mathe⁹ ait eſt aūt diluculū vt ſcis ſummū mane. i. aurora: ⁊ ſic pȝ bone iuuenis dictū fuiſſe ad ea q̄ i tertio q̄ſito ſcire deſyderabas. Ad vltimū vō ⁊ q̄rtū cū petebas: q̄ nā opatas eſt chriſt⁹ i ſua reſurrectione ſacratiſſima. Rn̄demus inter cetera: q̄tuor mirāda ē opat⁹ xp̄s dn̄s virtus diuina ⁊ infinita potētia vbi incarnati: qbus opationibus letatus eſt xp̄s in ſua reſurrectiōe. Pria opatio fuit in ſanguinis reaſſumptione. Scd̄a fuit in aīe cū corpore vnione. Tertia fuit i corpis imutatiōe. Quarta fuit in ſepulchri penetratiōe. Pria opatio in ſanguinis aſſūptiōe: p cui⁹ declōne ē aduertēdū q illō di reſurgere q cecidit: opȝ ad h q ſit vera reſurrectio alicuius: vt idē corpus eidē aīe iterato vniatur: ⁊ q integret̄ qcquid p mortē ceciderat. Iō dico q in chriſto fuerunt illa poſt reſurrectionē: q̄ erant in eo ante reſurre-

Quo die xp̄s reſurrexit.

Quaꝛ chriſt⁹ reſurgere uoluit dn̄ico die & non in alio quo alio.

Qua hora xp̄s reſurrexit a mortuis.

In qbus diuinis opationibus gauiſus ē chriſtus.

ctionē q̄ ſunt quatuor. Scilȝ ſanguis: corpus: aīa: ⁊ diuinitas. Primo fuit in christo ſanguis poſt reſurrectionē: qui in paſſione eius fuerat diſperſus: ⁊ a corpore ſeparatus: ⁊ ſuper terram fuſus: vt Joannes euangeliſta ⁊ alij teſtantur. Et exiuit ſanguis ⁊ aqua: hic ergo ſanguis diſperſus diuina virtute eſt collectus: ⁊ illi corpori vnitus a q̄ ſeparatus fuit. Et rō eſt qm̄ quicquid pertinet ad naturaȝ corporis humani totum fuit in corpore christi reſurgentis: aliter. n. non fuiſſet verum corpus: cum tamen verum fuerit eiuſdem nature poſt reſurectionem: ſicut antea licet alterius glorie. Manifeſtū eſt āt ꝙ ad naturā corporis humani pertinent carnes: oſſa: ⁊ ſanguis: ⁊ ſimilia ideo in corpore christi reſurgentis fuerunt hec omnia vos etenim philoſophi dicitis: ꝙ ſanguis eſt ſedes anime ⁊ aīa corpus viuificat ſanguine mediante: igitur ſine dubitatione tenendum eſt chriſtum ad ſuum corpus ſanctiſſimū ſanguinem ſuum reaſſumpſiſſe.

¶ An chriſtus totum ſanguinem reaſſumpſerit: an aliqua pars in terris remanſit veritas quarta. Cap. 4.

Ph J. Diu deſyderaui dilecte Thoma huiuſce veritatē rei pcipere: nec meꝰ vnq̄ȝ potuit intellectus acqeſcere: diuerſi. n. diuerſa viri ſentire: ac diuerſas in mediū rōnes adducunt: peto igitur ⁊ pp tuū in me amorem rogo: ne tibi graue ſit: hāc mihi veritatē oñdere: ⁊ meo qetē ītellectui ꝯcedere: an totū pꝰ reſurrectionē reſumpſerit ſanguinē: an aliq̄ in terris ps remāſerit. Th O. Faciā qd hortaris libētiſſime: iuſta. n. ⁊ rōnabilis tua vī petitio: nec tibi deeſſe poſſuȝ: vt tāto valeas pncipi defuire: dico igr̄ ꝙ Diuerſi diuerſa ſēſerūt. Nā aliq̄ aſſerunt nihil ſanguinis remāſiſſe in terris ⁊ totū reaſſūpſiſſe: ⁊ ſanguis xp̄i q oñdit̄ in qbuſdā eccleſiis: vt multi dicūt: eſt emanatus vel efluxit miraculoſe ex q̄dā imagine xp̄i pcuſſa. Aliq aūt aſſerunt nullū eē incōueniēs ſi aliqd de ſanguie xp̄i effuſo dicat̄ eē in qbuſdā eccliijs. Nā forte corpꝰ in vita incorruptibili nō īdiget tāto ſanguine ſicut in uita mortali. Et lȝ vtraq̄ȝ opinio ſit ſuſtētabilis: tn̄ maiorē firmitatē hȝ ſcda opinio q̄ȝ pria. Primo q: totꝰ ſanguis nō ptinet ad veritatē nāe humane. Scdo q: in pleriſq̄ȝ locis ſolēniſſimis oñdit̄ xp̄i verus ſanguis. Rome in ſctō Joāne laterano pꝰ veſperas in terris inter mortales neſcio an adhuc audiueris oñdit̄ p manꝰ vicarij ſummi pōtificis in tabnaculo poſitus: inq̄ dī hic ē verus xp̄s ſanguis lateris chriſti. Preterea in ſacello regis francie eſt ⁊ e xp̄i ſanguie: ⁊ pe corōe ſpinee ſāguie ticta. Jn puicia puicie apō ſctm̄ maximinū i ꝯuē tu pdicatoꝝ fruȝ oñdit̄ caput ſctē marie mag. ⁊ āpulla cū xp̄i ſāguie.

De ſanguine chriſti due ſūt opiniones.

In ciuitate Mantua in templo ſancti Andree ſocij noſtri eſt de ſanguine Chriſti:quē aſportauit Login⁹ cuius corpus ibi iacet. Addo inſuper in multis alijs locis multa eſſe inſtrumenta paſſionis Chriſti ſanguine intincta. Et ꝓpterea hanc dubitationē determinat ſancta Romana eccleſia a ſpiritu ſancto directa ꝛ gubernata. Unde Pius papa per quoddā breue ſic ait. Ueritati fidei nullo modo repugnat affirmare noſtrū redēptorē de ſanguine ſuo ob ipſius paſſionis memoriā aliquā partem in terris reliquiſſe. Et hanc ob cauſam vult ꝙ illam particulā que eſt in conuentu Rupelle ordinis minorum chriſtiani venerenť vt talē ꝛ ꝙ nullus audeat retrahere populum a tali deuotione. Et propter dicta ſatis videť rationabile in terris aliquid inueniri ex ſanguine chriſti vere effuſo. Scda operatio qua gauiſus eſt Chriſtus in ſua reſurrectione fuit in corporis immutatione. Et licet corpus nō ſit immutatum ſcōm ſubſtantiam qr eiuſdē nature reſurrexit:fuit tamē mutatum ſcōm qualitatem. Erat enim poſt reſurrectionē eiuſdē nature:licet alterius glorie:quia ſurrexit glorioſus impaſſibilis ꝛ immortalis:qui tū ante reſurrectionē erat inglorioſus:paſſibilis:ꝛ mortalis:hoc autem nō potuit fieri aliqua virtute creata:vt corpus exanime ante ꝛ vulneribus plenū ſanaretur impaſſibiliter:additis alijs dotibus corporis glorioſi. Tertia operatio in qua gauiſus eſt:fuit in corporis ꝛ anime vnione qḋ fieri nō potuit niſi virtute diuina. Non.n.pōt aīa ſeparata eidē corpori vniri niſi diuina virtute. Itaqꝫ cū fuerit vnita ea virtute maxime fuit letatus. Quarta operatio in qua letatus eſt Chriſtus fuit in ſepulchri penetratione. Exiuit enim de ſepulchro clauſo ꝛ ſigillato ꝛ cuſtodito⁹. PHI. O Thoma hoc quod dicis videtur eſſe cōtra dictū euangelij. Dicit.n. Angelus autē domini deſcendit de celo:ꝛ accedens reuoluit lapidem ꝛ ſedebat ſuper euꝫ: ergo Chriſtus nō exiuit de ſepulchro clauſo ꝛ ſigillato. THO. Angelus deſcēdit de celo non vt ſepulchrū aperiret ꝛ exitū prepararet:ſed reuoluit lapidem vt iam reſurrectionis preberet indicium. Qui.n.mortalis clauſo virginis vtero naſcēdo potuit mundū ingredi:ipſe factus immortalis clauſo ſepulchro potuit reſurgēdo exire de mūdo. Meditare igiť bone iuuenis quāto gaudio quātaqꝫ letitia ineſtimabili repleta fuit illa aīa ſanctiſſima de ſepulchro exiēs:qñ Chriſtus qui prius fuerat paſſibilis ſe impaſſibilem ꝛ immortalem conſpexit: nulli dubiū eſt eleuatis oculis deo patri gratias egiſſe:qui euꝫ de morte fecerit triumphare. Et ſic ad vltimum queſitum ſatiſfeciſſe credimus.

Angelus nō fuit cā ꝙ xps exiit de ſepulchro.

PHILOSO. Soluta ſunt omnia de glorioſa Chriſti reſurrectione dubia:ꝛ queſita:ꝛ omnis vmbra: ꝛ philoſophica fugata eſt

imaginatio:que mentem meam quieſcere non permittebant tuo di/
lecte Thoma interpoſito lumine: vt amplius dubitare nequeam:
dic queſo:vt huius myſterij plena habeatur notitia:an tale ac tan/
tum myſterium iudei de Meſſia confiteantur ac teneant: nec ne:

Iudei nõ põt negaꝛ xpi reſurrectionẽ.

THO. Iudei nullo pacto negare poſſunt:quãdo prophete aper/
tiſſime de tali myſterio loquũtur:⁊ omiſſis multis prophetijs nõne
ſunt verba Eſaie prophete qbus pene omnia Chriſti myſteria con
tinentur: et deſcribuntur:que prophetia ad literam de Chriſto in/
telligitur. Nunc tantũ adducã reſurrectionis myſterium ſignifican
tia ⁊ rabinoꝝ hebreoꝝ expoſitionẽ aperte hoc teſtantium Eſaias
ait.52.ca. Ecce intelliget ſeruus meus exaltabitur: loquitur hic de
Chriſti reſurrectione:qui glorioſus impaſſibilis ac immortalis erat
ſurrecturus cum dicitur. Ecce intelliget ſeruus meus.ſ. filius meus
meſſias. Qui hʒ ſcientiã diuinam ab eterno in quantũ deus: ⁊ ſcien
tiam infuſam ab inſtanti ſue cõceptionis in quantum homo. Iudei
ergo hanc authoritatẽ extorquere non poſſunt quin ad literaʒ in/
telligatur de Chriſto:hinc Rabbi moſes ſuper illud geneſeos. c.9.
Et introduxit eam Iſaac ⁊c. Dicit:hic eſt rex meſſias qui dedit cor
ſuũ ad petendas miſerationes pro Iſrael:ſicut ſcriptuʒ eſt Eſaie.53.
c. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: ex quo
patet per iſtum doctorem qḋ capitulum iſtud intelligitur de Chri/

Rabbenus baccados.

ſto ad literaʒ. Hinc Rabbenus baccados ideſt magiſter noſter ſan
ctus ſic vocatus: in libro quem galeracʒeia ideſt reuelatorẽ archa
noꝝ nuncupauit ſic ait. Poſt triduuʒ vero anima meſſie ad corpus
ſuum reuertetur:⁊ exibit ex illo lapide in quo erat ſepultus. Sicut
dictum eſt Exodi.33.cap. Ecce locus apud me ſtabis ſupra petraʒ:
cumqʒ tranſierit gloria mea: ponam te in foramine petre: hec ille:
quem iudei magiſtrũ noſtrum ſanctum vocant. Et idem Rabbe/

Nota hãc ſolẽnem expoſitionem.

nus baccados cum ab Antonio conſule vrbis Rome eius diſcipu
lo interrogatus eſſʒ de verbis Salomonis obſcuris: videlicet tria
ſunt mihi abſcondita:⁊ quartum penitus ignoro. Via aquile in ce/
lo:⁊ via nauis in medio maris: ac via colubri ſuper petram: ⁊ via
viri in ha almam quid per ea propheta intellexit:reſpõdit dicturus
ſum tibi rem mirabilem non omnibus aperiendam: ſed magis oc/
cultandam:via aquile in celo:hic eſt rex meſſias qui poſt paſſioneʒ
ſuam aſcendet in celũ ſicut dictũ eſt Amos.c.9. Qui edificat in celo
aſcenſionẽ ſuã. Via nauis in medio maris:hic eſt idẽ meſſias cuius
vita ſicut nauis in medio maris agitabit̃. Et via colubri ſup petraʒ:
hic eſt rex idẽ meſſias qui trãſibit per petraʒ poſtq̃ erit ſepultus:⁊
ab ipſa egrediet̃. Et via viri in ha almã hic eſt de'amãs filias iſrael:

vt genereť rex meſſias ex vna illaꝝ: concipiet aūt ⁊ pariet: remane-
bitq; virgo vt refert textus Eſaie. c. 8. Ecce ha alma cōcipiet ⁊ pa-
riet ⁊c. Jaz bone iuuenis aptiſſime pȝ ꝓphetas ⁊ doctores hebreo-
rū docuiſſe de Chriſti reſurrectione. Et iō ſi cōſurrexiſtis cū Chri-
ſto: q̄ ſurſuȝ ſunt querite: vbi xp̄s eſt in dextera dei ſedēs: q̄ ſurſuȝ ſa-
pite nō q̄ ſup terraȝ: vt Paulus mortui. n. eſtis ⁊ vita vr̄a abſcōdita
cū xp̄o eſt: quū aūt xp̄s apparuerit vita nr̄a: tunc ⁊ vos apparebitis
cū ipſo in gloria: mortificate igiť mēbra vr̄a: q̄ ſunt ſup terrā: fornica-
tionē: īmūditiā: cōcupiſcētiā: ⁊ auaritiā q̄ eſt ſimulacroꝝ ſeruitus ꝑp
q̄ venit ira dei ſup filios incredulitatis: in qbus aliqn̄ ambulaſtis cū
vixeritis in illis. Nūc deponite oīa: irā: indignationē: malitiaȝ: blaſ-
phemiā. Nolite mētiri inuicē expoliantes veterē homiē: ⁊ induētes
nouū: q renouať in agnitione dei ſcd̄m imaginē eius: q creauit euȝ:
īduite ergo vos ſicut electi dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie:
benignitatē: humilitatē: modeſtiā: patiētiā ſupportātes inuicē ⁊ do-
nātes vobiſmet ipſis: ſi qs aduerſus aliquē hȝ querelā: ſicut ⁊ dn̄s
donauit uobis: ita ⁊ uos: ſup oīa āt hec charitatē habete: qđ eſt vin-
culū ꝑfectionis: ⁊ pax xp̄i exultet in cordibus veſtris: in qua vocati
eſtis in vno corpe: ⁊ grati eſtote: verbū xp̄i hn̄tes in vobis abūdan-
ter: in oī ſapiētia docētes: ⁊ cōmonentes voſmet ipſos in pſalmis: ⁊
hymnis: ⁊ cāticis ſp̄ūalibus: in gr̄a cantātibꝰ in cordibꝰ veſtris deo:
cui ſit honor ⁊ gloria ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula. Ph. J. Et qs ē vene-
rāde Thoma qs eſt: q tuis rn̄ſis ⁊ diuinis myſterijs ꝯdicere poteſt
aut nō acqeſcere: oīs ꝑfecto vmbra: ⁊ difficultas: oīsq; philoſophi-
ca fugata eſt obiectio: menſq; mea diuinis eſt illuſtrata reuelationi-
bus: tibi igiť gr̄as ago: ⁊ filiū dn̄i ⁊ dei mei glorioſuȝ de morte ſur-
rexiſſe totis viribꝰ cōfiteor: atq; ad eius obſeqa libētiſſime accelero.

¶ Dialogus inter Bartholomeū ⁊ Philoſophum in quo
de nono ſancte fidei articulo multipliciter qdē diuiſo
iuxta ſuas veritates ⁊ maximas pertractatur.

IUdei ſigna petunt: Greci ſapientiā: Nos aūt
predicamus Chriſtū crucifixuȝ. Et non imme-
rito naȝ poſtq̄ magnus philoſophus audiue-
rat hec de Chriſto: multis cōprobata rōnibꝰ:
⁊ diſtinctionibus: ⁊ preſertim Chriſtū a mor-
tuis reſurrexiſſe quod Thomas ꝓpoſuerat:
euolabat iaȝ ad dn̄m cui ſeruitutē ſuā dicaue-
rat ⁊ vitā: verūtamē ab ipſius ſocio Thome cui nomen erat Bar-
tholomeus iaȝ benigne retētus: ab eodē audiuit Jeſuȝ hūc dei filiū
⁊ ſummi principis de quo agitur ſermo: fuiſſe ad celoꝝ ſummitatem

raptum ⁊ ad dexterã ſue maieſtatis collocatũ:atq; ſuꝑ oẽs ſanctos ⁊ angelos in bonis eternis exaltatũ iõ adinuicẽ ſic ſunt collocuti.

¶ Dei filius ſuper omnes celos ⁊ angelos eſt ſublimatus ac in dextera pr̃is collocatus veritas p̄ria caput p̄cipale ⁊ p̄mũ.

BArtholomeus. Tam cito philoſophe receedis ⁊ ad principis aulam feſtinas introire:nondum eſſe videtur tempus. PHI. Quid eſt? BAR. Non tantum eſt opus ſcire dei filium ex mor/tuis ſurrexiſſe:ſed ẽt adeo eterno patri fuiſſe ac ceptum vt illum ad celoꝝ ſummitatẽ deus ra/peret:⁊ ad ſue dexteraꝫ maieſtatis collocaret: ⁊ ſuper omnes ſanctos ⁊ angelos ĩ eternis exaltaret bonis. PHI. O admirabile: ⁊ omni dignum admiratione myſteriũ:que poterit hec mens cogitare? deficit intellectus:oẽs obſtupeſcunt vires : lin/gua obmuteſcit:vileſcit:⁊ d̃ficit omnis humana ratio:⁊ philoſophi ca ſcientia:dum tam diuina conſydero myſteria: nõnulla tamẽ pre/ponenda occurrunt dubia que obſecro ne graueris ſoluere vt oſ fugata vmbra in noſtris cordibus veritatis ſol exoriatur. Primo. Si Chriſtus in celũ aſcendit (vt dicis) aſcendit ne ſm nãm diuinaꝫ? an ſcðm humanã? aut vtroq; modo? vel per myſteriũ angeloꝝ a ſuf ficienti diuiſione. Secundo. Quare chriſtus voluit aſcendere in ce/lum in quadrageſimo die ⁊ non antea nec poſtea. Tertio. Si chri/ſtus ſedeat ad dexteram patris an non? ⁊ ne mireris qm̃ iſta noſtre doctrine repugnantia ⁊ impoſſia videntur ⁊ primo ſic audiuimus enim a ianitore illo Petro ꝙ deus eſt vbiq; : ⁊ ꝙ eſt infinitus ſcðm veſtram doctrinam:⁊ ꝙ verbum incarnatũ ſit verus deus: ergo nõ fuit ſeparatus a patre:⁊ per ꝯñs non aſcendit de nouo in celum ad patrem:cum fuerit ſemꝑ cũ patre. Scðo vĩ ꝙ chriſtus non aſcendit in celum ſcðm naturam diuinã neq; ſcðm humanã:qm̃ ſcðm noſtrã doctrinam;motus eſt actus entis in potentia ſcðm qð in potentia: ideſt entis ſiue alicuius rei in potentia exiſtentis:hoc aũt eſt actus ſi ue forma imperfecti q2 oẽ illud qð eſt in potentia ad aliquid caret il lo:⁊ hoc eſt pp aliquam indigentiam ⁊ iperfectionem: ⁊ pp aliquid melius:ſ3 chriſtus poſt glioſaꝫ aſcenſionẽ non fuit iperfectus:nec in/digens:nec fuit ei melius in celo q̃ in terra g̃ non aſcẽdit vt dixiſti. Sequit̃ ⁊ tertio vt mihi vĩ:ꝙ ſi aſcendit in celũ:⁊ non ſcðm diuinita tẽ neq; ſcðꝫ humanitatẽ:vt dixi in precedẽtibꝰ argumentis:g̃ ſequi/tur ꝙ aſcẽdit ꝑ miniſteriũ angeloꝝ qð vĩ dicere ꝓpheta in pſalmo. Currus dei decẽ milibus milia letantium dñs in eis in Sinai in ſan cto:aſcendit in altũ ⁊c. Et theologi dicunt ꝙ pp hoc angeli dicunt

currus.ſ.pp glorioſam chriſti deportationẽ;hoc ẽt vi velle eccleſia. Unde leo Papa ait.Cum audis eleuatū:audis militię celeſtis obſequium:ſuper illud actuum primo.c.eleuatus eſt ꝛc.Sequit̃ ergo ſi chriſtus aſcendit in celum non aſcendit propria virtute ſiue ſm diuinitatẽ:cum ſit vbiq;:neq; ſcḋm humanitatẽ: cum ſibi non videatur ꝯuenire:ſed ſi fuit chriſti aſcenſio in celū fuit p miniſteriū angelorū.

¶ Per vtranq; nām Chriſtus aſcendit in celū veritas ſcḋa.Ca.2.

Bartholomeus.Magnam hec ardua videntur habere euidentiam:ꝛ ꝯ noſtram ꝯcludere poſitionẽ:ꝛ niſi eleuatõ. quis fuerit ingenio: non facile eorū poterit fallacias percipere: ne ergo ꝯ nos videantur concludere:ad illa dicimus:p cuius intelligentia eſt aduertendū: ꝙ cū Chriſtus ſit deus ꝛ homo perfectus vt ſupra ꝓbatum eſt chriſtum aſcendiſſe in celum:põt intelligi dupliciter. Uno modo ſcḋm nām diuinam:alio modo ſecundū nām humanam. Primo modo dico ꝙ chriſtus non aſcendit in celum.ſ.ſecundum naturam diuinā quaſi de nouo per loci mutationem:q2 Deus eſt vbiq; ꝛ ſibi non competit loci mutatio.Si vero loquamur ſecundū nām humanā;ſic dico ꝙ chriſtus aſcendit in celum per veram loci mutationẽ:cum ſecundū humanitatẽ prius non fuiſſet ibi.Pro cuius ampliori notitia eſt aduertẽdū ꝙ ly ſecundum poteſt duo denotare. Primo conditionem aſcendentis.Secundo cām aſcenſionis.Primo modo dictum eſt ꝙ chriſtus inquantū deus non aſcendit in celum quaſi illic non fuiſſet:quia vbiq; fuit ſemp;cū ſit proprium dei ꝓpria virtute eſſe vbiq;.Sed bene aſcendit in quantū homo.Sʒ in quantū ly ſcḋm denotat cām aſcenſionis.Sic dico ꝙ cā aſcenſionis chriſti fuit primo nā diuina;ꝛ ideo aſcendit in quantū deus. Scḋo aſcẽdit in quantū homo:q2 aīa chriſti ſanctiſſima glorificata cuius gloria redundabat in corpus:corpus per dotem agilitatis ex ordinatione diuīa erat ī maxia obedientia reſpectu aīe:ita ꝙ aīa mouebat corpus quaſi imperceptibiliter ad nutū ad quemcūq; locū:ꝛ ſic aīa chriſti ſanctiſſima per dotẽ agilitatis fecit corpus ſuū ſanctiſſimū celū aſcendere.Erit.n.tanta obedientia corporis gl'oſi ad aīam beatā:vt vbi velit ſpūs ibi erit protinus:lʒ ergo aſcẽdere ſurſuʒ ſit ꝯ nāʒ corporis humani:cū naturaliter oẽ graue tendat deorſuʒ ſm ſtatuʒ preſentis vite:tñ non erit contra nām corporis glorioſi: cuius tota natura erit omnino ſubiecta ſpiritui.Et ideo ad primum argumentū cum dicitur ꝙ chriſtus non aſcendit in quantuʒ deus. Quia de' eſt vbiq;:ꝛ ſemper fuit in celo.Rñdeo ꝙ ly ſcḋm in quantū denotat

Chriſtū aſcendiſſe in celū põt itelligi dupliciter.

Aduerte ꝙ ly ſcḋm duo põt denotare.

Nota q̄ꝺo xp̄s aſcēdit in celū ſecundū diuinitatem.

cōditiones aſcēdētis:vera eſt ꝙ xp̄s vt deus nō aſcendit in celū:q2
ſemp fuit vbiq3:tamen vt ly ſcd̄m denotat cauſam talis aſcenſionis.
Dico ꝙ chriſtus ſcd̄m naturam diuinā aſcendit in celū:i.idēſt ꝙ cā
principalis talis aſcenſiōis fuit nā diuina:⁊ ſic p3 ad p̄mū argumētū.
Ad ſecundum cum dicitur:q̄ꝺ chriſtus non aſcendit ſecundum na-
turam humanam:quia motus eſt actus entis in potentia:hoc autē
eſt actus imperfecti:quia omne illud quod eſt in potentia ad aliq̄d
caret illo:⁊ ſic talis motus eſt pp̄ aliquam indigentiam:⁊ pp̄ aliquid
melius:ſed chriſtus poſt glorioſam aſcenſionem non fuit imperfe-
ctus:nec indigens:nec fuit ei melius in celo q̄3 in terra:ergo nō aſcē
dit ſecundū humanitatē. Ad hoc argumentū reſpondeo bone iu-
uenis ꝙ licet chriſtus aſcendat in celum: tn̄ talis motus non ponit
aliquam imperfectionem in chriſto quaſi deſit ei aliquid eorū que
debent illi ineſſe ſecundū eſſe ſimpliciter:ſed tn̄ ponitur iperfectio
ſcd̄m quid:per hoc quod dum eſt in hoc loco: pro tunc non eſt in

Motus non mutat aliq̄d i̅trinſecum ſed tn̄ extriſecū.

alio loco ſibi adequato rōne ſue finitatis:q2 corpus Chriſti non eſt
vbiq3:⁊ pp̄ea ſecundum nr̄am doctrinā motus non mutat aliquid
intraneum rei:ſed tn̄ eſſe extraneum ſiue extrinſecum. Non fuit ēt
motus chriſti pp̄ aliquam indigentiam:ita ꝙ ipſe indigeret ex parte
ſua in ſeipſo habere:ſed pp̄ nos vt eſſet in loco conuenienti ſibi: in
quo nondum erat. Nihil ēt ei accreuit quantum ad eſſentialia glo-
rie ſecundū corpus vel alām:quia vtrunq3 habuit ſuam perfectionē
⁊ dotes eſſentiales:ſed accreuit aliquid quantū ad loci decentiam:
quod eſt de bene eſſe ⁊ hac decentia letatus eſt:non quia tunc gau
dere inciperet cum celum aſcendit:ſed q2 nouo modo:ex hoc quia
viſus eſt nobis videntibus dum celum aſcēdit:ſicut de re impleta.

Aſcenſio xp̄i i celū fuit nobis cōueniēs multis de cauſis.

Fuit etiam aſcenſio chriſti nobis conueniens. Primo vt nos quaſi
in poſſeſſionem corporalem celi duceret:quam nobis ſuo ſanguine
precioſiſſimo emerat. Secundo vt ſperaremus illuc nos poſſe aſcē
dere vbi eſt noſtra natura. Tertio vt illum non agnoſcentes ſecun-
dum carnem:ſpūaliter tn̄ coniūgamur illi:⁊ conſeqūēter efficiamur
idonei ad recipiendum dona ſpūs ſancti:⁊ ſic patet (vt reor) quan-
tum ad ſecundum argumentum. Ad tertium cum dī ꝙ Chriſtus a-
ſcendit in celum per virtutem angeloꝝ. Nam propheta dixit. Cur
rus dei decem milia multiplex letantium dn̄s:in eis nobilins trium

Quare p̄ angelos ſubleuatus eſt xp̄us.

phans:vbi intelligitur de aſportatione chriſti ⁊c̄. Reſpōdeo ꝙ iſta
aſportatio ⁊ ſubleuatio angelorū3 facta eſt non cauſa neceſſitatis ⁊
indigentie:ſ3 dignitatis ⁊ reuerentie. Nam licet ibi adeſſet multitu-
do angeloꝝ qui videbantur ſubleuare corpus illud ſanctiſſimū tn̄
in veritate cauſa totalis ⁊ immediata aſcenſionis facta fuit virtute di

uina:nec non dotē corporis glorioſi Jeſu chriſti ſi.n. corpora beatorum per dotem agilitatis poſt diem iudicij mouebuntur de loco ad locum in quacunqȝ diſtantia quaſi imperceptibiliter. Quid mirum ſi corpus illud ſanctiſſimū Jeſu chriſti ſua virtute.ſ.per dotem agilitatis aſcendit in celum:licet aſtaret maxima multitudo angelorum ob reuerentiam Jeſu Chriſti in quo erat tota celeſtis curia ⁊ ſic patet ad vltimum quod erat tertium argumentum.

¶ Congruum fuit chriſtum non ſtatim aſcendiſſe in celum veritas tertia. Cap.3.

Quantum ad ſecundum dubiū principale: dum queris quare chriſtus aſcendit in celum quadrageſimo die poſt reſurrectionez ⁊ non ante nec poſt. Dicimus fuiſſe ꝯgruū non ſtatim aſcendere ꝑꝑ firmandam fidem erigendam ſpem:⁊ accendendā charitatē: ⁊ ideo ſcriptum eſt. Actuū primo.c. Quod prebuit ſeipſum viuum poſt paſſionez per dies in multis apparens argumentis eis:vt palpando: videndo:comedendo:⁊ ſimilia:per dies quadraginta apparens eis loquens ꝺ regno Dei:fuit igitur bone iuuenis dilata reſurrectio Chriſti quouſqȝ probaretur eius paſſionis veritas:⁊ hoc factum fuit ex diuina ordinatione:ita ꝙ per diſpenſationem diuinam neceſſarium fuit differre aſcenſionem eius:quouſqȝ veritas aſcenſionis probaretur. Et iō tot dies requirebantur vt vera eius reſurrectio ⁊ aſcēſio in celuȝ eſſet nota credentibus. PHIL. Quare poſt tres dies nō aſcēdit in celuȝ: ſicut poſt tres dies a mortuis reſurrexit. BARTH. Quia difficilius erat probare veritatem aſcenſionis:ꝙȝ reſurrectiōis. Nā per tres dies ꝓbari poterat veritas reſurrectionis ⁊ paſſionis. Sȝ ad veram aſcenſionem probandam plures dies reqrebantur. Preterea alia ratio fuit quia conſolationes diuine ſemper ſuperabūdāt tribulationibus:ſed tempus illud paſſiouis ante reſurrectionē fuit tempus tribulationis Apoſtoloruȝ:tempus vero inter reſurrectionem ⁊ aſcenſionem fuit tempus conſolationis eoruȝ. Diuina ergo bonitas que ſemper extendit ⁊ auget tempus conſolationis ſuper tempus tribulationis ſanctorum:ita diſpoſuit ⁊ dilata fuit per quadraginta dies ⁊ non plures neqȝ pauciores. Et ideo animaduertas ꝙ dies conſolationis diuine comparatur ad horam tribulationis: ſicut annus ad diem ſcdm̄ conſuetudinē ſcripturarum. Unde Eſai. 61.c. Ad annunciandum miſit me vt predicarem annum placabilem

Quare poſt tres dies non aſcendit in celū ſicut poſt tres dies reſurrexit.

Nota ꝙ dies conſolationis diuie cōparatur ad horam ſicut ann⁹ ad diem.

Quadraginta horis xps mortuus ſtetit in monumento.

domino:⁊ diem afflictionis vel vltionis deo noſtro. Unde pro die tribulationis reddit annum conſolationis:⁊ diem pro hora: ⁊ quoniam quadraginta fuerunt hore tribulationis Apoſtolorū ⁊ paſſionis Chriſti:conſtat ꝙ quadraginta debuerunt eſſe dies conſolationis. Cum igitur quadraginta horis mortuus fuerit cōputando ab hora expirationis in cruce vſqꝫ ad diluculū reſurrectionis:propter firmitatē ergo fidei per quadraginta dies pluries apparuit eis:comedēdo: loquēdo:⁊ oſtendēdo ſe palpabilem:⁊ hac de cauſa fratres mei apoſtoli dicebant. Nos mādurauimus ⁊ bibimus cū illo poſtq̄ʒ reſurrexit a mortuis. Preterea dicimus:ꝙ pro ſpe erigenda tanto tpe benignus ille dei filius ⁊ magiſter meus diſtulit aſcēdere in celum:⁊ ſollicite illoꝝ animos pauidos : ⁊ maxime pro ſcandalo derelictionis aut deſtitutionis in paſſione confortabat:tam familiariter apparēs:loquēs:⁊ comedēs:demulcēdo illoꝝ animos pſertiꝫ vbi mei ſocij piſcabātur:dicens eis. Nolite timere:nō turbetur cor veſtrum:⁊ ſalutādo dicens Pax vobis:⁊ promittendo adiungens hec verba. Nō relinquā vos orphanos:vado ⁊ venio ad vos:certificans illos de patris ſui dilectione:de ſpiritus ſancti miſſione. Et ꝑterea voluit tādiu in terris eſſe vt accenderet charitateꝫ loquens de regno dei:de illa beata patria paradiſi : o q̄ʒ dulciter loquebaᵗ ⁊ efficaciter:o quanta animoꝝ letitia inter nos erat duꝫ dulciſſime nobis loquebaᵗ:o q̄ʒ ardentiſſima erant verba illa queuto amore ⁊ charitate inflāmata:o q̄ʒ amabilia ⁊ penetrabilia:⁊ quis poſſꝫ exprimere illa bone iuuenis:vnde Lucas ſocius meus dicebat. Nonne cor noſtrū ardens erat in nobis dū loqueretur nobis in via:⁊ aperiret nobis ſcripturas. Fuit igitur ⁊ decens ⁊ expediēs tot dies nobiſcum eſſe in terris:⁊ non ſtatim celū aſcendere : ⁊ ſic patet ſatis vt credo ad ſecundum queſitum principale.

¶ Filius ſedet ad dexteram Dei patris:veritas quarta. Cap.4.

Quantum ad tertiū cuꝫ querebas:ſi Chriſtus ſedeat ad dexteram Dei patris. Dicimus abſque dubitatione vlla filium noſtri principis ⁊ dei aſſumptum in celis eſſe ⁊ ad dexterā dei patris ſedere(vt Paulus teſtatur.) Sedet ad dexteram Dei patris in excelſis. PHILO. Ualde (niſi fallor)abſurdū videᵗ Bartholomee venerāde filium ad patris dextrā ſedere:immo directe eſt contra noſtrā philoſophicā doctrinā:⁊(ne te multis morer)multe ſunt rōnes : qbus

repugnat

repugnat filium ad patris dextrā ſedere: quia nullū corporale com-
petit Deo: q̄a ſpiritus eſt: ſed dextera ⁊ ſiniſtra ſcd̄m noſtrā doctri-
nam philoſophicā ſunt differentie poſitionū corporaliū: ergo nō
conueniunt deo. Scd̄a ſi filius ſedet ad dexterā patris: ergo pater
ſedet ad ſiniſtrā filij: ſed dextera nobilior eſt ſiniſtra: ergo pater ſe-
det in parte ignobiliori: hoc aūt eſt maximū inconueniens cū filius
non ſit perfectior patre. Tertia ſtare ⁊ ſedere ſecūdū noſtrā doctri-
nam philoſophicā ⁊ maxime ſcd̄m veritatem: ſunt oppoſita: ſed ſic
eſt: ꝙ legitur Stephanū vidiſſe celos apertos: ⁊ Jeſum chriſtū ſtā-
tem a dextris: ergo non ſedet. BART. Philoſophica argumēta
tua doctrina ſunt referta ⁊ adeo ſenſibus ꝓpinqua vt illis fidem co
gamur adhibere: nec poſſit imaginationē ſequens veritatē intelle-
ctus cognoſcere: nō enim (vt opinaris) tua cōcludunt argumenta ⁊
ſi recte intelligātur: non vera apparebūt ſed ſophiſtica. Propterea — Dextera pt̄ ca-
eſt aduertēdū ꝙ dextera dupliciter poteſt capi. Primo modo cor- — pi dupliciter.
poraliter: ⁊ altero modo ſpūaliter. Si loquamur primo modo cla
rum eſt in Deo nō eſſe dexteram neq; ſiniſtrā: cum ſit actus purus
⁊ ſubſtātia ſimpliciſſima omni materialitate vel quaſi materialitate
carens: omnino incorporeus. Si aūt loquamur de ſecūdo modo: — Quid ſit de-
ſic dicimus ꝙ in diuinis reperitur dextera que nō eſt aliud niſi gra — xtera in deo.
tia: gloria: ⁊ honor deitatis: ſedet ergo Chriſtus in dextera dei pa-
tris: id eſt in potioribus bonis q̄a gratiam: gloriam ⁊ honorē hab;
a patre ſicut oēs alias perfectiones ab illo habet in ſua eternali ge-
neratione. Non eſt igitur aliud filium ſedere ad dexterā patris: niſi
filium hr̄e gratiam: gloriā: ⁊ honorē ab ipſo eterno patre: tam quo
ad diuinitatē q̄; ad humanitatē. Nec ſeq̄tur ex hoc in diuinis repe — Siniſtra non
riri ſiniſtrā. Nam cu; ſiniſtra ſonet aliquā imperfectionē: nullo mō — pōt eē in diui-
poteſt eſſe in diuinis. Et ideo in illa beatitudine omnia ſunt dextra — niscum dicat
⁊ non ſiniſtra: cum nulla ſit ibi miſeria. Et l; alij ſancti dicantur ſede — īperfectionē.
re ad dextrā dei: pro quanto ſunt poſiti ⁊ ſublimati in potioribus
bonis. ſ. in gratia: gloria: ⁊ honore: tn̄ principaliter ⁊ per antonoma
ſiam dicitur de Chriſto qm̄ ipſe inquātum deus ſedet ad dexteram
patris. i. h; equalē beatitudinē ⁊ gloriā cum patre: immo vna ⁊ ea-
dem beatitudo numero omnino indiuiſa ex parte rei formalr̄ infini
ta eſt in tribus perſonis diuinis: ſimiliter inquantū homo ſedet ad
dexterā patris: cum anima illa ſanctiſſima ab inſtanti ſue concep tio
nis fuerit repleta ſumma gloria ⁊ gratia poſſibili Deo creari: imo
implicat contradictionē Deum poſſe creare maiorem. Ex quibus
iam dictis patet reſpōſio argumentoꝝ. Ad primū cum dicitur nul-
lum corporale cōpetit Deo: admitto ſed dextera ⁊ ſiniſtra ſunt diſ

ferentie poſitionum:ꝛ per conſequens corporales ergo non cõpe-
tunt Deo. Dico ꝙ dextera non accipit pro aliqua parte corporis
quanti:ſed accipit ſimilitudinarie ꝛ trãſumptiue.ſ.pro gloria ꝛ ho-
nore dei:ꝛ ſic filius dei ſedere ad dexterã patris:pro quanto eſt po
ſitus ꝛ exaltatus quantũ ad diuinitatẽ ꝛ humanitatẽ in ſumma gra
tia:gloria:ꝛ honore:cũ patre:ꝛ non materialiter vt procedit argu-
mentum. Ad ſcõm cum di:ſi ſedet ad dexteram filius ergo pater ad
ſiniſtrã ꝛ ſic in loco ignobiliori. Ad hoc dicimus ꝙ lꝫ in diuinis di-
catur eſſe dextera eo modo quo dicimus:non tñ eſt ſiniſtra qa nul
lo modo poteſt eſſe ibi miſeria ſiue imperfectio: ſiniſtra.n.aliquo mõ
imperfectionẽ denotat. Ad tertiũ cum dicis ſtare ꝛ ſedere ſunt op-
poſita:ſed Stephanus vidit Jeſum ſtãtẽ ꝛc. Dicimus ꝙ viſio Ste
phani fuit eo mõ quo auxiliũ Chriſtus pſtare illi erat paratus:quia
ſedere iudicãtis eſt:ſtare vero pugnãtis:aut auxiliãtis. Stephanus
aũt in labore ꝛ certamine poſitus ſtãtẽ vidit Jeſum quẽ habuit ad-
iutorẽ:ſed Marcus illũ poſt aſcẽſionẽ ſedere ſcribit:qꝛ poſt aſſum
ptionẽ ſuam in fine iudex videbitur:ꝛ ſic pꝫ in hoc loco ſedere ꝛ ſta
re non eſſe oppoſita:qꝛ diuerſimode cõſyderata:ꝛ ſic pꝫ ad tertiuꝫ
ꝛ oĩa dubia prepoſita. PHIL. Quã clare ꝛ apte argumẽta nr̃a co
gnoui eſſe ſophiſmata:ꝛ quandã hĩc apparentiã:nunc vero intelle-
ctus tue interpoſito claritatis lumine adeo quieſcit:vt in hac mate-
ria poſt hac dubitare nequeat. Cupereꝫ admodũ ſcire an iudei po ſ
ſint hanc veritatẽ negare:cuꝫ aliquãdo inter eos poſitus videbam
hãc veritatem omni conatu negare ꝛ negant. BART. Ne ſapiẽ-
tie amator mireris ſi talia audiſti:nam poſt dilecti magiſtri nr̃i aduẽ
tum odio occecati:ꝛ inuidia ad lumen nequeunt veritatis attinge-
re:ꝛ in infidelitate perſeuerant: ideo dilectus magiſter meus dixit
in peccato veſtro moriemini nec mirum. Nam moris eſt illoꝝ:non
tantum hoc ſed multa archana ꝛ diuina myſteria negare:tamẽ oſtẽ
dam tibi hanc veritatem nullo pacto negari poſſe: quoniam nõ ſo-
luꝫ prophete qui ſpiritu ſancto afflati:qui nec fallere nec falli poteſt
locuti ſunt:hanc veritatem non tacuerunt. Verũetiam antiqui he-
breorum doctores quibus cõtradicere ipſi non poſſunt: cuꝫ apud
eos non paruam habeant authoritatem. Hinc propheta ait in pſal
mo. Aſcẽdens in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: dona dedit hoĩbꝰ.
Et iterum ait. Aſcendit ſuper cherubin ꝛ volauit: volauit ſuper
pennas ventorum. PHILO. Nondũ intelligo hoc prophete ver
bum:quomodo Chriſtus aſcendit ſuper cherubin ꝛ volauit ſuper
pennas ventorum. BARTHO. Non ſine admirabili myſterio
propheta ſpiritu ſancto edoctus meſſiam Chriſtũ cherubin ꝛ pen

Dextera accipitur ſimilitudinarie & tranſumptiue.

Quare ſtephanus uidit Ieſum ſtantẽ.

Iudei chriſti aſcẽſionẽ negare nõ pñt.

nis ventorum aſſimilauit:cherub.n. plenitudo ſcientie interpretatur: quoniã ab ipſo conditore pleni ſcientia fuerunt creati:⁊ ipſam quã/tum in ſe eſt:alijs effundunt hominibus ⁊ maxime angelis inferio/ribus archana ⁊ alta dei myſteria eis reuelando:vt gratum ⁊ placi tum eſt in conſpectu Dei:pēne aũt ventoꝝ merita ſanctoꝝ appellã tur.Nã ſicut auium corpora pennis in altum ſubleuant:ſic ſancti ⁊ beati p merita in ſublimi patria rapiunt ⁊ collocant.Et ideo ꝓphe ta ſpiritu ſancto afflatus dixit de Chriſto meſſia in lege promiſſo. Aſcēdit ſuper cherubin ⁊ volauit:aſcendit ſuper pēnas vētoꝝ:hoc eſt ſicut cherubin ab ipſo ſūmo opifice in primordio ſue creationis ſcientia fuerunt repleti:⁊ ſcientie plenitudo interpretantur: ſic illud verbuʒ incarnatum dei filius ab inſtanti ſue cõceptionis: anima illa ſũma ⁊ ineffabili ſcientia ab ipſa ſumma ſapientia fuit repleta : ita ꝙ Deus ſũma infinita omnipotentia nec potuit nec poteſt creare ma iorem:ſic igitur aſcendit ⁊ ſuperauit cherubin immo omnes ange/los in ſcientia ⁊ ſapientia:cum non tantũ cognouerit que apud ali/quã purã creaturã eſſent poſſibilia:imo cognouit ea que etiã ipſuʒ verbũ diuinũ ſcđm diuinitatem cognouit.Et ſic aſcēdit ſuper che/rubin:⁊ ſuper oēm plenitudinē ſcientie:⁊ non tantum ſuper cheru/bin vt dictum eſt:ſed etiam ſuper pēnas ventoꝝ:ideſt ſuper omnia merita ſanctorum atqʒ angelorum. Merita ipſius verbi incarnati tante fuerunt efficacie ⁊ acceptationis in conſpectu Dei : vt genus humanũ a morte redimeret qđ nemo ſanctorum filioꝝ facere po/tuit:verũetiam nullum meritum ſiue(vt rectius dicam) nulla ope/ratio humana aut anglica grata ⁊ accepta fuit apud Deum ab ini/tio ſeculi:ſiue a mundi creatione : niſi per merita paſſionis Chriſti preuiſe:⁊ hoc quantum ad illos qui preceſſerunt ſuum aduentum: immo magis dicam:ꝙ licet illi ſancti patres qui ante ſuum aduen/tum ex hoc mundo deceſſerunt:licet per merita ipſius preuiſa pec/cata illorum eſſent dimiſſa:tamen ab illo carcere nunquam liberati fuerunt niſi per merita agni immaculati actualiter in duriſſimo li/gno crucis exhibita. Et ſic nemo ſaluus factus eſt ⁊ in vitam eter/nam intrauit:niſi per merita paſſionis eius. Et ideo ſicut ſancti per merita tanquam per pennas ad celorum regna aſcenderunt : ſic agnus immaculatus per merita ſua ſanctiſſima eximia ⁊ ſuprema ſu per omnes ſanctos ⁊ beatos : ⁊ deniqʒ ſuper omnes choros ange/lorum aſcendit. Secundo cherubin ſuaʒ ſcientiam alijs cõmunicat: alios inferiores angelos illuminãdo:⁊ diuina atqʒ archana celeſtia eis reuelãdo. Sic verbum illud incarnatuʒ magiſter optimus ⁊ do ctor veritatis plenus ſcientia ⁊ claritate mundum ſua mirifica do

cheruuim.n. plēitudo ſcie interpẽtatur.

Nulla opa ſi ue hũana ſi ue ãgelica fu erũt deo acce pta niſi tm̃ p merita paſſio nis xp̄i p̄uiſe uel exhibite.

ctrina illuminauit:hinc Joannes noſter bene dixit. Illuminans om
nem hominem venientem in hunc mundum. Et de pleuitudine
eius omnes accepimus diuina ⁊ altiſſima myſteria reuelando. Et
Eſaias.52.c.loquens de meſſia dicit. Et ſublimis ⁊ valde ſcilicet in
dextra patris in celo exaltatus ⁊ ſublimatus ſuper oēm creaturam
gloria ⁊ honore coronatus. Hinc Rabbenus haccados ideſt magi
ſter noſter ſanctus in libro galeracʒeia.i.quem reuelatorē arcbano

Nota qd hebrei ſentiunt de xp̄i aſcenſione.

ruʒ vocauit:hec verba retulit. Verſabitur aūt meſſias poſt paſſio/
nē ſuam cum iuſtis qui audient precepta eius quadraginta diebus
in figurā illoꝝ quadraginta dierum quibus erit in deſerto ad affli/
gendam animā ſuam:anteq̄; eum occidant:⁊ his peractis aſcendet
in celum:ſedebitqꝫ ad dexterā dei:ſicut dictum eſt pſalmo.110. Di/
xit dn̄s dn̄o meo ſede a dextris meis. Et Rabbi Joden ſuper ex/
poſitionē pſalmi.17.⁊ dabis mihi ſcutum ſaluationē tuam ⁊ dexte/
ra tua ſuſcepit me. Ait in nomine Rabbi chia. Dixit futurum eſt:vt
deus ſanctus ⁊ benedictus ſedere faciat regem meſſiam ad dexte/
ram ſuam:ſicut dictum eſt in pſalmo. 110. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede
ad dexteram meam. Hoc ideʒ in expoſitione libri Geneſcos rabbi
moiſes Adarſan:optime inſinuat cum ſuper illud. 18.c.eiuſdeʒ libri
dictum. Et apparuit ei dn̄s ad ilicem mambre ſic dicitur. Rabbi ba
rachias in nomine rabbi leui reſerauit:ideſt expoſuit : per id quod
ſcriptum eſt pſalmo.17. Et dabis mihi ſcutum ſaluationem tuam:⁊
dextera tua ſuſcepit me:in futuro.n. deus ſanctus ⁊ benedictus ſe/
dere faciet meſſiā ad dexteram ſuam:ſicut dictuʒ eſt pſalmo.110. Di
xit dn̄s dn̄o meo ſede ad dexteraʒ meam:hinc ſocius meus Lucas
ait. Et dominus quideʒ Jeſus poſtq̄; locutus eſt eis:aſſumptus eſt
in celis:⁊ ſedet a dextris dei. Et Paulus dicit qui cum ſit ſplendor
glorie ⁊ figura ſubſtātie eius:portanſqꝫ omnia verbo virtutis ſue:
purgationeʒ peccatoꝝ faciens:ſedet ad dexteram maieſtatis in ex/
celſis:tanto melior angelis effectus:quanto differētius pre illis no
men hereditauit. Vides ergo o bone iuuenis ⁊ rerum naturalium
inquiſitor myſteriū aſcenſionis Chriſti non ſolum per legem euan/
gelicā declarari:ſed per prophetas ⁊ peritiſſimos hebreoꝝ docto
res nullo velamine aſcenſionē illam occultantes:ſed clariſſime ve/
ritatē profitentes. PHILO. Nō cadit vlterior dubitatio de chri
ſti aſcenſione:habita tui eloquij ⁊ reſponſionū aperta ⁊ clara dilu/
cidatione. Unum peterē vt qui in aſcenſione illius interfuiſti : velis
manifeſtare ⁊ quibus poteris modis declarare:quale fuit gaudiuʒ
⁊ iubilatio:quanta fuit letitia ⁊ exultatio:in glorioſa illa aſcenſione:
vbi angeli ⁊ beati ſpiritus aſſiterunt ⁊ denique tota celeſtis curia.

BARTHO.

BART. Nec lingua poteſt effari: nec intellectus excogitare: nec
memoria poſſet lingue ſubminiſtrare vt q̄nq̄ȝ poſſet apò eos q ab/
fuerāt illa recitare: qui q aderāt videbāt ⁊ audiebāt appˀbēdere nō
poterāt: iccirco nō ab re ꝓpheta inq̄t. Aſcēdit deus in iubilatione:
q̄re in iubilatione dixit: neq̄ȝ in letitia: aut alio noīe: niſi qꝛ iubilatio
eſt inexplicabilis letitia q̄ q̄dē iubilatio de eternis tm̄modo bīi ſo/
let: verūtn̄ vt aliq̄d dicamus. Nota triplicē iubilationē. Antecedēn
tē: Cōcomitantē: ⁊ Cōſequentē. Ante .n. inchoationē eleuationis d̄
terra iubilauerunt mirabilr̄ oēs apoſtoli ⁊ mei ſocij: ⁊ beata virgo
pp̄ illius mirificā apparitionē: comeſtionē: ⁊ ꝓceſſionē: pp̄ca Mar/
cus de ſua apparitione d xit. Recūbētibus vndeciȝ diſcipulis appa
ruit illis Jeſus qd̄ q̄dē fuit dies aſcēſionis in qua miruȝ in modum
nos letificauit ſuo gratioſiſſimo aſpectu ⁊ letiſſimo: hoc eſt qd̄ pro/
pheta dixit. Implebis me letitia cuȝ vultu tuo: ⁊ rurſus ait. Ignis a
facie eiꝰ exarſit: qm̄ ex amabili ⁊ gratioſo aſpectu ſuo quaſi ſcintille
diuini amoris attrahebāt corda nr̄a. Et verius ſine cōparatione ali
qua de dilecto nr̄o magr̄o dici pōt q̄ȝ de Aſſuero rege. Facies tua
plena eſt gratiaꝝ heſter. Et bn̄dico plenā qꝛ vndiq̄ȝ affluebat ⁊ re/
dūdabat: nō vnico ſȝ multis miriſq̄ȝ modis ſuos dilectos ꝯſolādo.
Nec tibi mirū videat erat .n. facies illa q̄ſi ſpeculū glorie ⁊ diuinita/
tis: ⁊ ſi ante paſſionē ad iniq̄uoꝝ terrorē quos de tēplo eiecit: ſplē/
dor igneus ⁊ ſydereus irradiabat ex oculis eius: ⁊ diuinitatis maie
ſtas fulgebat in facie: nō ſic ad ꝯſolationē ſuoꝝ: ſed dulcis erat: ama
bilis erat: hinc effectū eſt: vt pp̄ illius amabilitatē illā velauiſſent: vt
crudelius pcutere poſſent: ſecus a pcutienda illa manus oīno abſti/
nuiſſent: q̄d igit̄ exiſtimas poſt reſurrectioneȝ: q̄ȝ decora: q̄ȝ ſuauis:
quāq̄ȝ amabilis erat facies nr̄i ſaluatoris: ſi dū paſſibilis fuerat ere
amabilis: attolle igit̄ cōtēplator oculos tuos: ꝯtēplare aliquātiſper
q̄ta dulcedie fruebāt̄ ſimul ⁊ pietate: liq̄ſcebāt viſcera pietatis eter
ne in ꝯſpectu filij in glorioſa carne: meditare aliq̄uātiſper mutuos ⁊
ardētes intuitꝰ qbꝰ illi duo dilecti mr̄. ſ. ⁊ filius ſe intuebant̄: excogi
ta ſpūales collocutiones inſenſibiles: q̄bus archana cordiū inter ſe
aperiebāt: alia vō q̄ exteriora ſigna reuerētie ⁊ amoris fuerant: co/
rā nobis ſatius eſt ſilere ⁊ alioꝝ deuotis mētibus contēplāda relin
quere: q̄ȝ exiliter ⁊ minus ſufficiēter loq̄: q̄d dicā de Magdalena: q̄
amore magr̄i ſui ſemp̄ flagrauit: q̄d de feruētiſſimo Petro: de Joā
ne dilecto. deq̄ȝ alijs meis ſocijs q̄ȝ mirabilr̄ oēs iocūdabant̄: ⁊ le/
tābant̄: ⁊ iter cetera marie cū nobiſcū comediſſet vbi nobis cor ſuū
oſ̄dit ⁊ viſcera pietatis: q̄n incōparabiliter ⁊ mēte ⁊ corpore fuimꝰ
recreati: quo facto nos eduxit foras in Bethaniā ad mōtē oliueti

Quale fuit ga
udiū & iubi/
latio ſpōſum
beatoꝝ i xp̄i
aſcenſione.

Triplex fuit
iubilatio in
xp̄i aſcēſio/
ne.

licet ceteri citra diſcipulos ⁊ deuotos eũ non viderent: ⁊ mira ⁊ ineffabili dulcedine mitigauit ⁊ demulſit: cum iaꝫ iam parabat aſcẽdere: cũ nobis querẽtibus de reſtitutione regni iſrael: ſiue ſpũalis ſiue tẽporalis rñdit ille dilectus magiſter noſter. Non eſt veſtruꝫ noſſe tẽpora vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate id volẽs innuere magis vtile eſſe nobis attendere que nos facturi eſſemus: q̃ꝫ dei occulta ingrere: ⁊ hoc quantũ ad iubilum precedentẽ: videatur ſatis dictũ pro viribus noſtris eſſe. PHIL. Siſte Bartholomee venerãde aliquãtiſper gradũ hec. n. nr̃a philoſophia nos tam facile pertrãſire nõ ſinit nec minime in ꝓpoſito occurrũt difficultates: que ex philoſophica procedunt doctrina. Prima qa Chriſtus coram diſcipulis ſuis mãducauit ⁊ bibit: quid de illo cibo aſſumpto fuit ne cõuerſus in ſubſtantiã Chriſti: an in aliquid aliud: Nam corpus Chriſti poſt reſurrectionem ſuam fuit glorificatũ ⁊ incorruptibile nec videbatur indigere ſubſtentatione ſiue cibo. Scd̃a ſi corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ fuerat ſplendidiſſimũ: qũo diſcipuli eius non cognouerũt euꝫ: ex quo fuit perfecte preſens oculis eoꝝ: quomodo tale obiectũ non imutauit potentias eoꝝ. BARTH.

Quid factũ fuit de cibo aſſumpto a xp̃o poſt reſurrectionẽ.

Queſita tua non poſſunt recedere ab acumine naturalis philoſophie: neqꝫ ſunt parui momenti ⁊ efficacie: tñ dicaꝫ quod ſentio. Ad primum dico: ꝙ lꝫ Chriſtus comederit ⁊ biberit: tñ ex illo cibo aſſumpto nulla fuit facta nutritio neqꝫ augmentatio in corpore Chriſti: ſed cibus ille fuit in elemẽta reſolutus. PHIL. Noſtruꝫ adhuc ſolutũ eſſe non videt̃ argumentũ: ſed ad maius deuenire inconueniens: ⁊ an facile ſolui poſſit neſcio: nam ſi hoc eſſet verum ꝙ illa comeſtio nõ eſſet operatio vitalis: igitur nõ valet argumentũ ad probandũ verã Chriſti reſurrectionẽ de comeſtione eius cum diſcipulis ſuis: hoc videt̃ contra vos. Nam ex hoc ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionẽ comedit cum diſcipulis ſuis: probatur vere reſurrexiſſe a mortuis: qꝺ tamen non eſſet verũ ſi illa operatio nõ eſſet operatio pertinẽs ad vitã. BART. Valde aſtutus videris fili: nec vnq̃ꝫ (cũ dat̃ occaſio) obijcere deſinis ⁊ tui ſublimitatẽ ingenij oſtẽdere philoſophiciſqꝫ inſtare principijs: vt tuũ iaꝫ valeas itellectũ quietũ reddere ⁊ ſincero corde dño deſeruire. Rñdeo ꝙ ad ꝓbandã reſurrectionẽ eius ſunt multa alia argumẽta in euãgelio efficaciora iſto: lꝫ hoc cũ alijs ꝓbet ⁊ ſi nõ p ſe tm̃: vel dicendũ eſt ꝙ illa comeſtio fuit ordinata ad verã nutritionẽ: q: nõ eſt incõueniẽs ꝙ corpus glorioſuꝫ poſſit cõuertere corpus nõ glorioſuꝫ in ſeipm̃: ſicut põt eẽ ſimul cũ corpe nõ glorioſo: nec ſeqtur ex hoc ꝙ illud corpus ſit corruptibile: qa põt aliud cõuertere in ſe: poſſet. n. deus facere corpus glo-

Obiectio.

rioſuz in minima quãtitate:⁊ illud augere ꝑ comeſtionem:nec tñ ali quid corrũperetur de nutrito ⁊ aucto:⁊ hoc quo ad primum.

¶ Quare oculi diſcipulorꝝ a claritate corporis Chriſti nõ fuerunt imutati:q2 nõ cognouerũt eum:veritas quinta. Cap. 5.

A Scõz ꝙ ꝓbat corpus chriſti poſt reſurrectio nẽ nõ fuiſſe lucidũ ⁊ clarꝝ:eo ꝙ cũ eſſet pñs di/ ſcipulis ſuis:oculos diſcipulorꝝ non imutauit: qđ tñ nõ fuiſſet ſi fuit ita ſplẽdidiſſimũ ⁊ clarũ. Rñdeo qm̃ argumentũ eſt difficile ⁊ arduum: iõ primo dicã qđ antiqui doctores de hac dif ficultate ſenſerunt. Dicũt aliqui ꝙ claritas cor poris Chriſti iõ nõ potuit videri ob oculo nõ glorificato:ꝑꝑ īfirmi tatẽ viſus ſiue potẽtie viſiue:⁊ excellẽtiã claritatis eius. PhJ. Se cũda indubitatione poſita obiectio ſeu difficultas ex difficilioribꝰ philoſophice doctrine fundamẽtis exorit:quõ fieri põt vt ſtãte de/ bita diſpõne:ꝓportione:⁊ diſtãtia obiectũ nõ īmutet potẽtiã. Iſta rñſio vꝛ nulla. Nã oculus debilis virtutis poteſt ꝑcipere qđcunqꝫ viſibile:lꝫ nõ apprehẽdat illud:ſicut põt videre ſolẽ lꝫ nõ videat ſi/ cut aqle actu ꝑmanente:põt tñ ꝑcipere oculo carnis licet reuerbe/ ret:⁊ iõ iſta rñſio mihi nõ ſatiſfacit. BARTH. Argumenti effica/ ciã ⁊ virtutẽ te cõcepiſſe aiaduerto ⁊ qꝫ ſit difficile: nec mirũ ſi inter doctores tanta ſit cõtrouerſia:vt vix ſufficiẽs videat rñſio:⁊ iõ ſin/ gulas tibi opiniones recitare volui: ⁊ exponere: vt videas in qua rñſione tuus valeat itellꝰ acqeſcere. Aliq ergo aliter dixerunt ꝙ iõ diſcipuli nõ viderũt claritatez corporis Chriſti:qm̃ beatus põt oc/ cultare claritatẽ corporis ſui ex impio volũtatis aie:a qua redũdat ⁊ influit in corpus illa claritas. Et ſic Chriſtus occultauit claritatez ſuã ne videret. PhJ. Hec rñſio minus mihi ſatiſfecit: non.n.video ꝙ aliqua actio naturalis ſubſit voluntati create. Nulla.n.voluntas creata põt īpedire actionẽ ignis ne agat in aquã ſibi approximatã: poteſt tñ hec amouere abinuicẽ:ſed hoc eſt impedire ꝑ actum vo/ luntatis. Et iõ mihi vꝛ(niſi fallor)ꝙ nulla qualitas actiua que eſt ꝑ/ ciſe corporis ſubſit ipſi anime ſiue eius imperio. Et iõ quicũqꝫ bea/ tus hñs claritatẽ:qñ eſt approximatus paſſo ꝓportionato ſibi ſim/ pliciter vt oculo glorificato vel paſſo aliqualiter ꝓportionato: vt oculo nõ glorificato:neceſſe eſt quantũ eſt ex parte ſui ꝙ immutet: ⁊ ideo hec rñſio non placet. Aliter aliqui dixerunt ꝙ ideo claritas corporis Chriſti non immutauit oculos diſcipulorꝝ:q2 deus de po tẽtia abſoluta hoc fecit:qm̃ ex quo ipſe eſt primum agens coagens

Prima rñſio

Scda rñſio.

Tertia rñſio.

cuilibet creature: quã ipſe nõ agit creatura agere deſinit: poterit atñ fieri vt ad volũtatẽ cuiuſlibet ſancti deus nõ coagat illi claritati: q̃a vult beat⁹: ꝙ ſua claritas nõ videaꝛ: ⁊ ſic põt dici beatus occultare claritatẽ ſuã: nõ ꝙ hoc fiat imediate a volũtate ſua ſed ad impiũ ſue volũtatis deus occultat nõ cooperãdo claritati. PHI. Et iſta rñſio ſit ſubtilr̃ aſſignata: tñ ſalua ſemꝑ alioꝝ reuerẽtia. Dico ꝙ ex iſta rõne ſequunꝛ duo incõueniẽtia. Pꝛimũ ꝙ quoties beat⁹ ſuã vellet occultare claritatẽ miraculoſe hoc deus faceret: pꝫ q: ſi ignis nõ cõbureret lignũ vel ſtuppã ſibi appꝛoximatã: ex hoc ꝙ deus nõ concurrat hoc eſt miraculoſe: pꝫ q: ſic eſſet ſi nõ ꝯcurreret ad cauſandã illã viſionẽ coꝛpoꝛis beati: ⁊ ꝙ quoties non cõcurreret toties miraculũ eſſet. Scd̃o ꝙ deus reſpectu actus volũtatis nr̃e eſſet pꝛĩa cã: ⁊ ſic nõ videreꝛ noſtrũ libeꝝ arbitriũ q̃uo poſſet ſaluari: ⁊ ſic voluntas nõ videreꝛ libera: hec aũt duo. ſ. ꝙ tot miracula ponãtur quoties beati volũt occultare ſuã claritateꝫ. Et ꝙ deus ſit pꝛima cã reſpectu actus volũtatis noſtre in operãdo videnꝛ incõueniẽtia. Pꝛimũ q: nõ eſt ponẽda pluralitas miraculoꝝ ſine neceſſitate. Scd̃m q: volũtas nr̃a nõ eſſet pꝛima cã ſue operationis: ⁊ per ꝯñs ꝙ deus eſſet cã defectiua peccati: eo modo quo petrũ põt hr̄e cãm: quoꝝ vtrũqꝫ videtur falſum ⁊ incõueniens: igitur niſi aliter ſatiſfeceris argumentũ nr̃m adhuc viget: ⁊ intellectus meus nõ quieſcit. BARTHO. Recitatis tot doctoꝝ rñſionibus tibi minime ſatiſfaciẽtib⁹ dicã meam ſuiam: ſaluo alioꝝ melioꝛi iudicio. Et cum tantoꝝ reuerẽtia doctoꝝ dico ꝙ ſicut ſi Adã nõ peccaſſet illi obediuiſſent oẽs creature ad nutũ ex diuina oꝛdinatione ⁊ nõ miraculoſe ſicut ſcribitur geneſeos pꝛĩo: creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrã: ⁊ ſubijcite eam: ⁊ dominamini piſcibus maris: ⁊ volatilibus celi: ⁊ beſtijs vniuerſe terre: omniqꝫ reptili qḋ mouetur in terra: ⁊ per ꝓphetam dĩ: omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues ⁊ boues vniuerſas inſuper ⁊ pecoꝛa cãpi: volucres celi ⁊ piſces maris qui perambulãt ſemitas maris. Et de facto deus eternus oñdit erga multos ſanctos in pñti vita: qb⁹ cr[illegible]ture iſenſibiles ⁊ irrõnales ad nutũ obediebãt: vt pꝫ de Moiſe ad cuius p̃ceptuꝫ aqua manauit de petra in deſerto: ⁊ de Joſue qñ ſol ſtetit ꝑ tot hoꝛas: ſic in nouo teſtamẽto aues obediebãt beato Frãciſco ex diuina oꝛdinatione: ⁊ ignis ſuũ mitigauit caloꝛem ⁊ infinita talia. Sic ergo dico in ꝓpoſito: ꝙ ſicut in ſtatu innocẽtie ex diuina oꝛdinatione omnes creaturę obediuiſſent ei ad nutum ꝓpter coꝝ innocentiam ⁊ ſanctitatem: ⁊ non miraculoſe: ſic poſt diẽ iudicij Deus etern⁹ ex ſua infinita bonitate ex quo illi erunt impeccabiles: quia erũt in gratia confirmati pp eoꝛuꝫ

merita

Quarta rñſio ex ꝓpria intẽtione.

Nota hãc oꝛdinẽ ſiue poſitionem.

merita:oẽs creature obediẽt illis ſecundum imperium voluntatis
coꝝ:⁊ ſic viſio coꝛpoꝛis gloꝛioſi erit in ptãte ⁊ voluntate eorum ita
ꝙ ipſa claritas non immutabit ipſam potentiam viſiuam:niſi volun
tas beati velit:⁊ hoc non miraculoſe:ſed de lege cõi:ſic in ꝓpoſi/
to dicendũ eſt de chriſto ꝙ idõ diſcipuli non viderunt eius claritatẽ
qꝛ claritas coꝛpoꝛis ſui erat ſub imperio volũtatis ſue ex diuina oꝛ
dinatione:⁊ noluit videri ꝓ tunc in tali forma vt adiplerent ſcriptu
re ⁊ myſteria de ipſo ⁊ de ſua reſurrectione. Et ſic pꝫ ad dubium.
PHI. Venit iã hoꝛa in qua reſoluta eſt difficultas nrã quoad iubi
lum ꝑcedentẽ:auditis q̃ facerent ad nr̃e difficultatis ſolutionẽ dicas
igit̃ ſi plꝫ de iubilo ꝯcomitante. MART. Dicã:in ipſo actu aſcen
dendi ꝯcurrit triplex iubilatio humana:angelica:⁊ diuina:circa hu/
manã iubilationẽ dõm eſt pꝛimo de beata virgine Dña nr̃a:q̃ vi/
dens filiũ poſt actionẽ gr̃arũ ex acceptis ab illa obſequijs mutuiſqꝫ
q̃ ſolent inter matrẽ ⁊ filium colloquijs:habita vt decebat venia: in
cipiens eleuari tota mẽte ⁊ coꝛpoꝛe ſiue coꝛde iã ferebat̃ poſt illum
⁊ leuabat̃ ⁊ eleuari videbatur quantũ in ſe erat:⁊ extrahi poſt filiũ
quẽ rogabat dicens illud pꝛophete canticũ:trahe me poſt te fili mi:
e filius dilectus ꝯuerſus ad illã. Venies poſt me mater mea venerã
da:venies qñ dabitur hoꝛa:venies gloꝛioſa ⁊ beata aſcẽdens in ce/
lũ:⁊ ſedebis ad dexterã meã gloꝛia ⁊ honoꝛe ſublimata ⁊ ſuꝑ oẽs
ſanctos ⁊ angelos collocata ⁊ exaltata. Cogita aliquantiſper quod
gaudiũ que iocunditas erat in aĩa illa ſanctiſſima:cum ſit ꝙ illa fue/
rit oĩbus dignioꝛ:⁊ capacioꝛ: feruentioꝛ:⁊ in ſanguine coniunctioꝛ
alijs:⁊ certioꝛ:qui filium fuerant ſecuti:quis cogitare poſſet quanta
in aſcenſione filij fuerit repleta ꝯſolatione:ſi alioꝝ filioꝝ matres dũ
ad dignitates ꝓmouent̃ tantã letitiã tantũqꝫ gaudiũ apꝛehendunt
⁊ hoc in tẽpoꝛalibus ⁊ momentaneis:ſꝫ illa ad regna celeſtia ſuper
omnes ſanctos ⁊ angelos gloꝛificatũ ⁊ exaltatũ videns filiũ:⁊ eter/
naliter in thꝛono diuine maieſtatis regnaturũ:quantã letitiam apꝑ
hendere potuit: Quis poſſet ⁊ mente contẽplari ⁊ cogitare:aut ali
quo dicendi gñe ⁊ verbis in mediũ afferre:ĩpeditur intellectus:hu
mana lingua obmuteſcit:vox oĩs humana ſilet potiuſqꝫ in hec nar/
randa pꝛorumpere velit. Equidem nulli dubium eſt quin tunc ex
peculiari gr̃a nõ tñ mater gloꝛioſa vidit humanitatẽ dilecti filij glo
rioſam: verum ẽt perfectiſſime tunc fruebatur diuinitate: atqꝫ pꝛo
tunc fuerit beata aperteqꝫ viderit ineffabile trinitatis myſterium.
Et vt paucis multa complectar que mater ipſum conceperat:in ſa/
cratiſſimo ventre poꝛtauerat:in maxima ⁊ integerrima virginitate
genuerat: que lactauit:que nutriuit:⁊ in domo Cayphe flagellatũ

Triplex iubilatio concurrit in chriſti aſcenſione.

vidit:⁊ in cruce fixū vulneratū ⁊ mortuū:iam tpe aſcenſionis glorio ſum impaſſibilē ⁊ immortalē conſpexit:⁊ ad dexterā Dei glorioſi electum aſcēdentē. Quis igitur bone iuuenis hanc iubilationē poſ ſet enarrare? Scdo dicimus ꝙ iubilauerunt ēt apoſtoli traddita il lis bñdictione:⁊ iō Lucas ſcribēs dicit. Eleuatis manibus benedi xit eis:quos ſuauiſſime ⁊ iucūdiſſime deoſculabaſ ⁊ bñdicebat eis: deprecās patrē ⁊ orās. Pater ſerua eos a malo:ego pro eis rogo ⁊ nō pro mūdo:o mūde aduerte orat xp̄s nō pro te ⁊ pro diligenti bus te:ſed pro charis amicis diligētib⁹ ſe:qs ergo pro te orare dz. O mūde ſi deus nō orat pro te.ſ.incarnatū ⁊ humanatū verbū:iu bilabamus ergo oēs illa ꝓmiſſione quā fecit nobis (vt ſcribit Ma theus.) Ecce ego vobiſcū ſū vſqꝫ ad cōſumationē ſeculi:iubilaba mus pro glorioſa eleuatione:qua videbamus dilectū magiſtrū nr̄ꝫ ire in celū:quē tantopere fleueramus in cruce poſitū:⁊ iō ſcribitur Actuū meoꝝ ſocioꝝ. Uidētibus nobis eleuat⁹ eſt:in qua eleuatio ne quāta nos ⁊ corporis ⁊ mētis eleuatione : quantoqꝫ gaudio du cebamur:nec ipſe q interfui ⁊ vidi poſſem enarrare vt vellē ⁊ deſy derarē:q quāuis in inſtāti pp corporis agilitatē potuiſſet ad ſedem maieſtatis ſue euolare:pro ſuoꝝ dilectione ⁊ deuotione leui motu voluit aſcēdere:⁊ pro ſue ſancte aſcēſionis certitudine trahebātur tunc corda nr̄a ad ipꝫ : ⁊ quaſi corpora nr̄a:eo mō quo exprimere nō poſſum:ferebātur in celū manibus eleuatis:⁊ verſa ad nos facie dilectos ſuos:cernebam⁹in eo crucis ſignacula:⁊ ꝗ̄diu intueri po tuimus nr̄aꝝ mētiū radios ſimul ⁊ corpoꝝ emittebamus. Necnon ſuauiter poſt eū clamabamus ⁊ dulcius ꝗ̄ Eliſeus poſt Eliā pr̄ mi pr̄ mi currus iſrael ⁊ auriga eius. Leua igiſ oculos tuos o bone iu uenis ⁊ cōtēplare deū tuū in celū aſcendētem:reſpice eū hilariter te reſpicientē:⁊ tā mirabiliter vocantē:vt eum totis viribus ample ctaris:tu igiſ q dño ſūmo intēdis ſeruire:leua oculos tuos ⁊ mecū dicas:o rex glorioſe dñe virtutū:q triūphator hodie ſup oēs celos aſcēdiſti ne derelinquas nos orphanos:ſed mitte ꝓmiſſū patris in nos ſpūꝫ veritatis:vt tibi ſincero corde ⁊ alo feruētiſſime ſeruire va leamus. Preterea iubilauit ſanctoꝝ multitudo ex limbo ⁊ purgato rio eductoꝝ:nā apte ſunt porte celi vltra ſex millia annoꝝ expecta te que fuerāt iāꝫ clauſe:⁊ pro angeloꝝ aſſociatione:quia facti ſunt ci ues ⁊ ſocij angeloꝝ:ita vt iāꝫ nō permittant angeli ab hominib⁹ ſe adorari. Et pro proximi cōiunctione tanꝗ̄ mēbra capitis:tanꝗ̄ fra tres ⁊ cōſanguinei:immo ⁊ quidā tanꝗ̄ parentes ⁊ per aſpectū vir ginis glorioſe dñe noſtre Marie ⁊ noſtroꝝ diſcipuloꝝ dilectiſſimi magiſtri Jeſu noſtri. Scdo cōcomitanſ angeli in ſua obuiatiōe de

portatione et admiratione iubilātes de q̄bus loquitur ꝓpheta in pſalmo. Aſcēdit deus in iubilatione. ſ. ſanctorum angelorum: quos oēs cum ſūma exultatione obuiā ei veniſſe dubitare nō debemus: et quis cogitare valeat quāta fuerit in celis letitia: qn̄ Jeſus nr̄ dn̄s celos aſcēdit: cum oēs angeli atq̄ archāgeli et demū oēs beati ſpiritus ſalua toris mundi humanitatē illā humiliter adorauerūt: et pro tanta victoria de hoſte ſupbiſſimo ſic ſupato gratias egerunt: et quis angelorum multitudinē enumerare queat: cum millia milliū miniſtrabant ei. Et decies centena milia aſſiſtebant illi: et breuiter tunc illi angeli nouum diuinitatis guſtum acceperunt: dum deū guſtant in amoris exceſſu noſtre creature ſuppoſitū per gratie vniōnē hominē deum in quē ipſi per incendiū amoris totaliter tranſſormati: etiā guſtant deū: qd̄ ſumme dulcedinis ferculū nunq̄ potuit in illa patria ſupna guſtari donec p Chriſtū ieſum fuerit illorum guſtibus inſtillatū. Tertio concurrit diuina iubilatio primo ex parte patris et ſpūs ſancti: in nube lucida occurrentis: de quo in actib⁹ apoſtolorum pio ſocij mei q̄nq̄ dixerūt. Et nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum: videam⁹ igit̄ q̄lis fuerit nebula illa ſup quā pr̄ celeſtis deſcēdit: q̄ ſplendida: q̄ preclara: que lucē mūdi ſuſcipere ꝓmeruit. obſcura. n. eſſe nō potuit in aliquo: neq̄ terrea: aut tenebroſa. Dicit. n. Joannes nr̄ ſocius: et tenebre eā nō cōprehenderūt: tenebre. n. lucē guſtare non poterāt: nubes igit̄ illa ſuſcepit Chriſtū: ſ; deus pr̄ recepit filiū: et occurſu quodā pietatis aſcendentē illū cōplectit̄. Ad huius tn̄ rei intelligentiā aduertere debes: q nubes illa nō p̄buit adminiculū p modū vehiculi Chriſto aſcendēti: ſed apparuit in ſignū diuinitatis: ſicut gloria dei in nube ſup tabernaculū appebat. Preterea iubilabat magiſter meus noua et inaudita iubili rōne qn̄ imortalis et glorioſus aſcēdebat in celū gloria et honore coronatus: et ppea in xp̄i perſona loq̄t ꝓpheta dicēs. Notas mihi feciſti vias vite adimplebis me letitia cū vultu tuo delectationes tue vſq̄ in finē. PHIL. Nō potui Bartholomee venerāde nō ſatis mirari: dū in ſua aſcenſione nouo fuiſſe repletū gaudio Chriſtum intellexi: hoc certe veſtris theologicis deciſionib⁹ reipſa repugnare et ad nō minimā deduci incōueniētiā vi. Dic obſecro qūo poterat nouo gaudio repleri Chriſtus in ſua aſcēſione: cū ab inſtāti ſue cōceptionis repleta fuerit illa aīa beatitudine et ſcīa: et p ɔn̄s de oībus cognitis ſuſcepit letitiā: atq̄ quo ad diuinitatē nunq̄ fuit aliqd de nouo. BARTHO. Jam tui vidi intellectus admirationē: nec miror ſi ſupernaturali ignorata doctrina dubitaſti: Imo primo aſpectu manifeſte ex nr̄a oppoſitū doctrīa videbat̄: vt tn̄ locū veritas habeat et a tali qeſcat intellect⁹ admiratio

Diuina iubilatio.

Obiectio notabilis, qūo nouo gaudio gauiſus ē Chriſtus.

Duplex ē bea titudo.ſ.eſſen tialis & acci dentalis.

ne:dicam. Ad huius intelligentiā aduerte: ꝙ duplex eſt beatitudo
ſcilȝ eſſentialis: que ꝯſiſtit in clara ⁊ aperta diuinitatis viſiōe ⁊ eiuſ
dem fruitione: ⁊ accidentalis altera que conſiſtit in alijs rebus quib⁹
bus etiam beati letantur ⁊ gaudēt in patria. Si loquamur de bea/
titudine eſſentiali: ſic dico animā illā ſanctiſſimā ab inſtanti ſue con/
ceptionis ſic fuiſſe ſumme ⁊ perfecte beatam: ſicut poſt aſcenſionē.
Naȝ nō potuit beatitudo illa augeri: aliter non fuiſſet ſumma. Ue/
rūtamē ſi loquamur de beatitudine accidentali: ſic dico animā illā
gauiſam eſſe nō ſimpliciter: ſic ꝙ aliqd de nouo cognouerit quod
p̄ius non cognouerat: quia tunc non habuiſſet ſummaȝ ſcientiam:
ſed ſicut medicus habens ſcientiā de reubarbaro ⁊ non experien/
tiā: ⁊ dum illā herbā ſic in effectu inuenit admiratur: ⁊ pp̄ illam gau
det facta experientia. Sic Chriſtus pōt dici fuiſſe gauiſus dū actua
liter ⁊ in effectu vidit ſe eſſe exaltatum ſuper choros angeloꝝ: ⁊ ꝙ
oēs angeli illi ſubijcerentur: qꝛ talē experientiam tunc habuit in ef
fectu: licet de hoc eſſet certiſſimus. Nam tunc ſcdm̄ humanitatē fuit
ibi: ⁊ non ante aſcenſionem. Tertia iubilatio huius benedicte aſcen

Tertia iubi latio.

ſionis fuit cōſequēs in beata virgine ⁊ nobis diſcipulis tripliciter. ſ.
in dominica diſperſione: angelica cōſolatione: ⁊ mirifica impreſſiōe.
Primo in dominica diſperſione ſtabamus enim oēs ſuſpēſi corde:
⁊ aſcendentē ad celum dn̄m qui corpore nō poteramus: oculis ſal/
tē ſequebamur: ⁊ licet ad videndū ſaluatorē humana viſio deficere/
ret fidei tn̄ deuotio nō defecit: vſqȝ ad nubē. ſ. deductis in Chriſtū
oculis vſqȝ ad celos tn̄ cū Chriſto fidei deuotione eūdē comitaba/
mur: pp̄ea Paulus nr̄ bene dixit ⁊ recte. Fides nr̄a in celis eſt cum
dn̄o. Cū igit̄ maior ſit refectio mētis ꝙ̄ ventris magis refecti fuimus
ſpūali cōſolatione Chriſto in celum aſcēdente: ꝙ̄ corporali viſione
Chriſto in terris pmanēte. Scdo adfuit nobis iubilatio in angelica
apparitione de qua in actib⁹ nr̄is dr̄. Cūqȝ intuerent̄ in celū euntem
ecce duo viri apparuerūt illis q ⁊ dixerūt. Nos aūt eramus admi/
rati ⁊ ſtupore pleni. Cū aūt dr̄. Ecce denotat̄ ſtupor: certe non mo
dicū eramus admirati nō paꝝ ſuſpēſi de diuina erga nos ſollicitu/
dine. Erāt duo qm̄ in ore duoꝝ aut triū ſtat oē verbū. Uiri hoc eſt
angeli in forma viri aſtiterūt iuxta illos familiarius ꝙ̄ in natiuitate:
in veſtibus albis q cādor veſtis noſtre ſolēnitatis indicat ſplendo/
rē. Qui ⁊ dixerunt. Uiri galilei qd admiramini aſpicientes in celuȝ.
PHILO. Quare ſic induti apparuerūt: tā pauci: qa tm̄ duo ⁊ nō
plures: ⁊ tam breui ſermone locuti ſunt angeli. MART. Fortaſ/
ſe ideo taȝ pauci fuerūt ⁊ ad diſcipulos cōſolādos venerūt: ⁊ tā pau
ca locuti ſunt: cuȝ plurima cōſolatione illoꝝ deſolatio indigeret: ne

taꝫ feſtiuis defuiſſent ſolénijs qñ tota illa curia illis infeſtis Chriſto
aſſiſtére occurrit. Uñ côtéplandũ eſt poſt Chriſti aſcéſioné in celis:
decé interfuiſſe dies vſqꝫ ad ſpũs ſancti miſſioné: decé in illis dieb⁹
detentũ in quolibet choro ⁊ ordine angelorũ nouẽ ↄſumptis ⁊ de/
cima ad thronuꝫ diuine maieſtatis puenisse. ſ. patris: ⁊ ppea decima
die miſit ſpũꝫ ſanctũ nobis. Ex quo nulli dubiuꝫ eſt ſingulos ange
lorũ choros cũ pceſſionib⁹: melodijs: ⁊ canticis ſpũalib⁹ pceſſiſſe cuꝫ
ad eos pueniebat: cũqꝫ inde recederet clamabãt dicentes cur apud
homines tantã fecerit moram ⁊ apud nos declinare deſiſtit: ⁊ pro/
pterea cogebant eum dicentes. Mane nobiſcuꝫ domine quoniam
aduesperaſcit ⁊ inclinata eſt dies. Itaqꝫ diebus nouẽ in nouẽ cho/
ris detentus decima vero ſine vlla mora ſpiritũ ſanctũ in adoptio/
nis filios effudit. Et credendum eſt Chriſtũ animas ſecum aſcendẽ
tes per ſingulos ordines ſecunduꝫ merita diſponentem reliquiſſe.
Tertio: mirifica fuit illa iubilatio propter mirificã impreſſioné: cum
enim duo angeli dixerunt nobis quid ſtatis aſpicientes in celuꝫ: illi
demum ad terras oculos declinantes: veſtigia pedum Chriſti con/
ſpexerunt in monte vnde aſcenderat relicta: fuit tunc gaudium: fue
runt ⁊ lachryme pre gaudio effuſe: fuit ⁊ cõpunctio maxima cũ ocu
los ad terras deflexímus: quibus quem adorabamus celi regé de
vite mortalitate quam aſſumpſerat ad paterne glorie ſoliũ aſcende
re cõſpexeramus: tãto ſpectaculo refecti viſis veſtigijs pedũ ſuorũ:
vbi pedes eius ſteterant ex quibus ad celuꝫ euolauerat: que deus
⁊ homo nobis relinquere voluerat: que ⁊ lachrymis multis irriga
ta noſtra ſocietas reliqrat: confeſtim ad Hieruſalé cõuerſa. Audias
libenter bone iuuenis mirabile qd in primitiua eccleſia accidiſſe di/
citur ⁊ eſt notabile. Quidam miles natura nobilis ſed gratia nobi/
lior deuotiſſime ad terrã quã dicimus ſanctã perrexit: premiſſa hu
militer cõfeſſione ⁊ ſumpta cõione ſacratiſſima loca illa viſitare ce/
pit: in ſingulis quibuſqꝫ locis Chriſti opera contéplans. Primo lo
cum viſitauit in quo Chriſtus annũciatus eſt: ibiqꝫ contéplatus eſt
Chriſti humanitaté illius patiẽtiã ⁊ benignitaté: deuotiõis dulcedi
ne lachrymas effundẽs. Inde ad pſepiũ abijt: vbi Chriſtus tam hu
militer cũ matre declinauit: ⁊ hic magno lachrimarũ effuſione terrã
illã rigauit: deoſculãs terrã illam: ⁊ lingua tergẽs pre magnitudine
feruoris deuotionis ſue. Illinc ad iordané vbi nudatus eſt ⁊ bapti
zatus Chriſtus ⁊ noua fuere chariſmatũ dona: ⁊ in illo potauit: ⁊ la
chrimas addidit: ⁊ ↄtéplãs quaſi Chriſtũ a Ioãne baptizari ãgelis
pñtib⁹ cõſpexit. Ingredit ſubinde deſertũ ſolitudinis: ibiqꝫ manẽs
ↄflictum hoſtis ⁊ Chriſti victoriam contéplabatur. Aſcẽdit in mon/

tem tabor vbi preſentibus Apoſtolis ⁊ prophetis transfiguratū cō
tēplatur: ⁊ veluti ſolem rutilare faciem ſuam. Veniensqꝫ ad montē
ſanctum Syon: cenantibus Apoſtolis cum Jeſu vidit dominū con
ficientem ſanctiſſimū ſacramentum: ⁊ diſcipulorū pedes lauare. In-
greditur hortum trans torrentem cedron: ⁊ liqueſcebat cor eius in
feruore deuoto in agonia ⁊ ſudore: rapidaqꝫ crudelitate dominum
capi: ⁊ in Hieruſalem crudeliter duci: ⁊ hinc inde ductum afflictum
conſpicit ⁊ flagellatum: contemplaturqꝫ dñm condemnatum ⁊ cru
cem diri ſupplicij baiulantem: compatiens ⁊ lachrymis multis in iti
nere ſequi videbat. Caluarie montem ꝯſcendēs dominū crucifigi ⁊
in Cruce ſacratiſſimo ſanguine fluente eleuari: Mariamqꝫ doloris
gladio vulneratam: lachrimarum profluuijs: magna cordis amari-
tudine ⁊ compatientis quaſi corporeis oculis cernere videbatur:
replebat lachrymis loca dominici ſanguinis madefacta: viſitat: am-
plectitur: oſculatur ⁊ lachrymis fundit dominicā ſepulturā: cūctis
deniqꝫ dñi noſtri Jeſu chriſti viſitatis locis: ad ſacrum oliueti mon-
tem venit: vnde dñs ad celum aſcendit ibiqꝫ totam mentem oēſqꝫ
corporis ⁊ anime vires ad ſuperna eleuās: flexis genibus proſtra
uit ſe ad pedes dñi Jeſu: hoc eſt ad veſtigia pedum q̄ in celum aſcē
dens reliquerat: ſuperabundantibꝰ lachrymis liquefacto fere cor
de amoris dulcedine: brachijs ⁊ manibus eleuatis in celum dixit:
dulciſſime Jeſu neſcio vbi amplius te querā cōcede mihi queſo ex
dulcedine miſericordie tue vt nunc veniam ad te ⁊ his dictis expira
uit eius animam in amoris ſuauitate. Cernentes autem ſocij ⁊ illius
ſerui hominem illum defunctum dolentes ⁊ lachrimantes peritum
adduxerunt medicum: vt ſcirent an defunctus eſſet: ⁊ que nam fue-
rat ſubite mortis cauſa quem medicus vere mortuum inueniens: in
terrogauit ſeruos ⁊ ſocios de natura: qualitate: ⁊ ꝯſuetudine illius.
At illi dixerunt miles iſte nobilis erat: iocūdus ⁊ amabilis erat: dul
cis, ⁊ feruidus in amore dei erat. Tunc medicus ait. Et ꝑꝑ exceſſiuū
amorem ⁊ gaudium cor eius eſt ſciſſum: apertoqꝫ latere inuentum
eſt cor ſciſſum ⁊ in eo ſcriptū: amor meus Jeſus. Quid igitur ſapiē
tie amator ⁊ rerum naturalium inueſtigator cogitandū nobis eſt: ⁊
tibi preſertim qui tantum principem venerari deſyderas ⁊ illi ſerui-
re: qui vitam eternam intrare expectas: qui viam naturalem ſequēs
multis modis tuum factorem ⁊ creatorem reliqueras: Leua igitur
oculos tuos ⁊ reſpice ſaluatorem ⁊ redemptorem tuum: ⁊ nobiſcū
exclama ⁊ dicas: o Redemptor meus: o pater miſericordiarum: cuꝫ
te non noueram nihil fui: ⁊ ꝑpea cecus erā ſurdus ⁊ inſenſibilis: nec
bonum diſcernebam nec mala fugiebam nec dolorem vulneruꝫ ſen

tiebam:neq̄ tenebras aſpiciebã meas:qm̄ ſine te vera luce fueram:
que illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum:heu
mihi:vulnerauerunt me:⁊ nõ dolui:traxerunt me:⁊ non ſenſi:qa ni
hil eram:qm̄ ſine te vera vita eram:que eſt verbum:per quez omnia
ſunt facta:⁊ ideo hoſtes mei quecunq̄ voluerant in me fecerũt : me
percuſſerunt:me nudauerunt:me vulnerauerunt:me polluerunt: ⁊
occiderunt : quoniam receſſi a te ⁊ factus ſum nihil ſine te : diuiſe/
runt ſibi veſtimenta virtutum : quibus ornaueras me : fecerunt ſi/
bi viam per me:conculcauerunt me:fecibus peccatorum polluerũt
templum ſanctum tuum:poſuerunt me deſolatum ⁊ merore confe/
ctum:ibam poſt eos cecus nudus ⁊ illaqueatus funibus peccatorũ
trahebant me poſt ſe:⁊ in circuitu vitiorum de peccato in peccatuz de
luto in lutum:⁊ ibam abſq̄ fortitudine ante faciem ſubſequentis:ſer
uus eram ⁊ ſeruitutem amabam:cecus eram ⁊ cecitatem deſydera/
bam:vinctus eram ⁊ vincula non horrebam:amarum dulce: ⁊ dul/
ce amarum credebam:miſer eram nec cognoſcebam:⁊ hoc qm̄ ſine
verbo eram:ſine quo factum eſt nihil:per quod oĩa conſeruantur:
ſine quo omnia annihilantur:ego peccaui tu me viſitaſti:ego cecidi
tu me erexiſti:ego ignoraui tu me docuiſti:ego non vidi tu me illu/
minaſti:quo effectum eſt vt tibi eterne deus gratias agerez ⁊ te ver
bum incarnatum ob ineffabilem bonitatem cognoſcerẽ ⁊ toto cor
de ſeruirem tibi.

¶ Dialogus inter Matheũ ⁊ Philoſophũ in quo de decimo ſan
cte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iuxta ſuas ve
ritates ⁊ maximas pertractatur.

Iudei Signa petunt:Greci ſapientiam: Nos
aũt predicamus Chriſtuz crucifixũ.Vix Bar
tholomei collogo finito alius addidit:⁊ adin
uicẽ ſic ſunt collocuti. MATH.Audi philo
ſophe audi: qui dñi noſtri ſubire d̄ſyderas ſer
uitutem:ne te aliquãtulum expectare pigeat.
PHI.Quid eſt:Iam ſatis atq̄ ſuper ſatis de
tanti domini filio:quodq̄ ad obedientiam ⁊ eius mandatorum (ſi
opus fuerit)amplexandam crucem ſufficiat audiuimus: quid vlte/
rius petis.

¶ De vero aduentu Chriſti ad iudicium:veritas prin/
cipalis caput principale ⁊ primum.

Matheus. Nō tm̄ opus eſt ſcire ſummi dn̄i eterniq3 dei filium a mortuis reſurrexiſſe ⁊ glorioſum: impaſſibilē ⁊ immortalē celos aſcendiſſē ⁊ in ſui patris dextera fuiſſe collocatum: ſed ēt glorificata carne in iudicij die ad iudicandū viuos ⁊ mortuos venturum eſſe eiuſq3 regni nullum futurum finem tenere op3 ⁊ firmiter credere: ſi illius ſubire ſeruitutem: ⁊ feliciſſimā eius aulam ingredi deſyderas. PHILO. Quāq3 magna hec dicta ſint ⁊ ardua vireſq3 ⁊ humanū ſuperare intellectum videantur ⁊ transcendere: ⁊ oīs in hoc humana deficiat ſcientia: tamen cum tot ac tanta a ſocijs tuis audiuerim: que prima facie videbantur impoſſibilia: immo cum multa eſſent a me queſita dubia adeo eo℞ reſponſis ⁊ diuinis reuelationibus ita mens noſtra quieuit: vt in illis poſthac dubitare nequeat: liceat tn̄ etiam tibi dubia preponere vt ſolutis dubitationibus non verbis tm̄ ſed veritati credere videamur ⁊ rationib⁹. MATHE. Ne diffidas philoſophe: q̄uis. n. ardua ⁊ magna diuina ſint myſteria ⁊ humanus expaueſcit intellectus: illius tamē ſupernāli lumine cui omnia ꝯdictiones non implicantia poſſibilia ſunt: nota erunt: hilari ergo vultu quicquid volueris pete. PHI. Ueſtra ergo fretus benignitate ⁊ conceſſa venia dicam. Accidit mihi nō parua difficultas ex verbis tuis: qm̄ cum anima noſtra in illo inſtanti quo de corpore exit ſit de facto iudicata. Nam pro illo inſtanti aut reperitur ī peccato mortali: aut in gratia. Si in peccato mortali clarum eſt illā eſſe dānatam. Si in gratia certum eſt eſſe in loco ſalutis: ⁊ per ꝯñs iudicata: ad quid igitur opus eſt vniuerſale iudiciū. Uellem vlteri⁹ ſcire: quot ſint iudicia in quibus aīa noſtra iudicatur. Et quare toties iudicatur: cum ſemel iudicatum non debeat amplius iudicari ⁊ condēnari. MATHE. Non eſt quod dubitas minimum: nam ſapit argutiam intellectus ⁊ ſcientie tue: quam vt modo percepi ſolitus es in cunctis dicendis exercitare tamen non permittam te a me recedere: ſi voluerit magiſter meus ſupernus: niſi abeas reſolutus. Propterea cognoſcas a me tria eſſe iudicia ī quibus aīa rōnalis iudicatur. Primum eſt iudicium in nobis metipſis ſcilicet in anima noſtra in qua aſſidue iudicatur. Secundum eſt coram deo ī quo anima noſtra in quolibet inſtanti iudicatur. Tertiu3 eſt vel erit qn̄ hic dei filius veniet iudicaturus viuos ⁊ mortuos.

Aīa nr̄a in illo inſtāti quo ſeparat̄ a corpore iudicat̄.

Tria ſunt iudicia in q̄bus aīa noſtra iudicatur. Primū iudiciū eſt in nobis metipſis. Sc̄dm eſt coram deo. Tertiū erit in fine ſeculi.

¶ De vero ⁊ perfecto iudicio anime noſtre in ſeipſa veritas ſecunda. Cap. 2.

PRimū Judicium eſt in nobiſmet ipſis:in quibꝰ
anima noſtra infelix aſſidue iudicatur. Nam in
ea ſunt omnia que requiruntur ad verum ⁊ ꝑ
fectum iudiciū. Pro cuius intelligentia eſt no
tandū ꝙ ad rectum ⁊ iuſtum iudicium quinq̧
requirūtur. Uʒ. Judex: Locus iudicij: Reus:
Accuſator: ⁊ teſtis: hec omnia deus in aīa no/
ſtra poſuit vt ſeipſam iudicare poſſit. Locus iudicij eſt in ipſa anima
in qua ſunt oīa que pertinent ad iudicium. Judex eſt intellectus no
ſter: quia ſibi incumbit diſcutere examinare dictare ⁊ ſentētiare: hec
omnia pertinent ad iudicem: ⁊ hec eadem ad intellectum noſtrum:
Reus eſt peccator: ⁊ imediate in anima eſt voluntas ipſa: certe eſt
cauſa immediata defectiua peccati. Nam niſi eſſet ipſa nullum eſſet
peccatum; quoniam nullum peccatum eſt niſi voluntariū. Authoꝛ
igitur ⁊ radix ⁊ fundamentum omnis peccati actualis eſt ipſa volū/
tas: ⁊ ideo ipſa eſt rea. Accuſatoꝛ eſt conſcientia: que manifeſtat om
nia: ſiue bona ſiue mala. Teſtis eſt memoꝛia: que retinet oīa mala fa
cta: ⁊ aſſidue illa ante iudicē repꝛeſentat. Toꝛtoꝛ paratus ad puniē
dum eſt ſindereſis: que continue pungit ⁊ ſtimulat animam noſtrā
de peccatis cōmiſſis. Sic igitur anima noſtra infelix aſſidue iudicat
ante ipſum iudicem ſcilicet intellectum: voluntas noſtra tanq̄ ma
lefactrix ⁊ rea repꝛeſentatur. Conſcientia noſtra contra voluntatem
inſurgit ipſam crudeliſſime accuſando: memoꝛia que omnia mala ⁊
bona retinet ↄtra ipſam teſtificatur. Et ſindereſis tanq̄ toꝛtoꝛ poſt
latam ſententiam ſtimulare: pungere: ⁊ moleſtare non ceſſat vt de
ſuo peccato puniatur. PHJLO. Mira certe ſunt ⁊ alias inaudita
que de rationalis aſſiduo anime iudicio aures perceperunt mee: q̄
ſancta Matthee venerande: ⁊ rationabilia dei iudicia: quando om
nia ad iudicium neceſſaria in anima noſtra eternus poſuit deus: ſed
non tñ bene adhuc terminos poſſum percipere: videlicet quid intel
lectus iſte ſit de quo loqueris: quid ſit conſcientia: quid ſindereſis:
dic obſecro: vt meus tandē quietē intellectus inueniat. MATH.
Dicā ⁊ pꝛimo ꝙ intellꝰs pt capi duplr: vnomō vt eſt ps aīe: ſi ps di
ci pōt: qꝛ cū aīa diuidat in intellꝰ voluntatē ⁊ memoꝛiā: vt ſatis no
ſti ſm veſtrā doctrinā phicam: intellꝰs eſt vna potētia aīe nrē: q hʒ
cognoſcere: diſcernere: diſcutrere: dictare: ⁊ dirigere volūtatē nrā
in opationibus ſuis: ⁊ dictare: decidere: ⁊ ſniare: qd boni ⁊ qd mali.
Et iō merito ē iudex in aīa nrā: qꝛ oīa q̄ ſt in aīa nrā ipſe ingrit diſcu
tit: intelligit: examinat: ⁊ diſcernit: ⁊ ſniat. Alio mō intellꝰs pt accipi
ꝓ habitu ſiue ꝓ notitia habituali ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ. Qui habitꝰ ſicut

Ad perfectū iudicium qui que reqrunt.

Intellectꝰ pōt capi duplici/ter.

tu philoſophe expertiſſime noviſti:non eſt aliud ꝙ̄ q̄dā habilitas ſiue pꝛōptitudo ad facilius ⁊ rectius opaudū:q̄ acqrif ex freq̄ntatis actibus intellectus circa pꝛima pꝛincipia. Cum igitur intellectus meus cognoſcit quod hoc bonum eſt amandum:⁊ iterū hoc bonum eſt amandum:⁊ ſic frequentiſſime cognoſcit hanc veritatē:⁊ ex iſta frequenti ⁊ continuata cognitione eiuſdem obiecti cauſatur in aīa nr̄a talis habitus aut talis diſpoſitio qua intellectus facilius pꝛomptius ⁊ perfectius intelligit hanc veritatē:⁊ talis habitus ſiue notitia habituata vocaf intellectus:verbi cauſa muſicus expertus ex frequentatis actibus ſonandi acquiſiuit quendam habitum quo imediate ſine aliqua pꝛemeditatione ⁊ difficultate optime ſonat:⁊ dī iſta habilitas habitus q: ſicut habens habitum poteſt faciliter exire in actuʒ ita intellectus habens talem notitiam ſic habituatam pōt illud facilius intelligere:ſicut pʒ de muſico:intellectus igitur in pꝛopoſito nō accipitur pꝛo notitia habituata ſiue pꝛo illa diſpoſitione habituali. Sed accipitur pꝛo potentia anime qua anima noſtra diiudicat ⁊ diſcernit:diſcurit:⁊ ſententiat omnia que ad aīam pertinēt ⁊ hoc quātū ad pꝛimum. Quid intelligatur per intellectum. Secundo cuʒ q̄ris quid ſit conſcientia:⁊ quid ſinderesis pꝛo tertio: Ad hoc pꝛimuʒ dico ꝙ conſcientia eſt notitia ꝯcſonis pꝛimoꝝ pꝛīcipioꝝ pꝛacticoꝝ. Ad ſecundum dico ꝙ ſinderesis eſt notitia pꝛincipioꝝ pꝛacticoꝛuʒ. PHJ. Neutrum intellexi bene:dic rogo clarius:hec etenim verba veſtra obſcura ſunt ⁊ nobis incognita. MATH. Parcito nā qualis eſt dubitatio talis debet eſſe ⁊ reſponſio:tua enim dubitatio nō fuit minime difficultatis:ergo ⁊ reſponſio debuit eſſe maioꝛis:tamē obſequar quantū vires valeant:⁊ plenius dicam. Sinderesis eſt aliquid habens actum elicitum ſiue pꝛoductum: neceſſario ſemp tendentem in actum bonū:⁊ reſiſtentem peccato:talis eſt habitus pꝛincipioꝝ:qui ſemper eſt rectus:qm̄ ex rōne terminoꝝ virtute luminis intellectus naturalis ſtatim intellectus acquieſcit illis. Et quantum eſt tunc ex parte intellectus libero arbitrio natū eſt cōcoꝛditer velle iſtis pꝛincipijs:lʒ vt deficit reliqua cā partialis:libere non velit:qꝛ non eſt ibi aliqua neceſſitas:exempli gratia ego habeo iſtam notitiam iſtius pꝛimi pꝛincipij pꝛactici.ſ.ꝙ omne bonum eſt diligendum ⁊ ex iſta cognitione huiuʒ pꝛimi pꝛincipij multoties continuata generatur in intellectu meo quidam habitus ſiue quedā notitia firmata ⁊ habituata:hec aūt notitia.ſ.omne bonum eſt diligendum dicif notitia pꝛimi pꝛincipij:qm̄ intellectus habita notitia terminoꝝ ſtatiʒ acquieſcit:ita ꝙ non habet euidentiam aliunde:nam ſtatim ex quo intellectus percipit bonum ⁊ cognoſcit amoꝛem de neceſſitate dicit

Q̄ō accipif intellectus in pꝛopoſito.

Quid ſit conſcientia.

Quid eſt ſinderesis.

bonum eſt diligendum:q2 obiectum dilectionis eſt bonum:iſta ergo notitia huius p2imi p2incipij.ſ.omne bonum eſt diligendum exiſtens in anima noſtra.ſ.in intellectu: habet quantum eſt ex ſe ſemp actum elicitum ſiue operationē.i.ſemp dictat:regulat:ꝛ dirigit voluntatē ad dilectionē boni:ita ꝙ ille actus ſiue operatio iſtius p2imi p2incipij de neceſſitate ſemper cōtinuatur ab illo habitu ſiue notitia: q2 eſt cā naturalis:ꝛ de neceſſitate ſemper producit effectum ſuum qui eſt dirigere ꝛ docere voluntatem ad bonum diligendum. Et ſi voluntas conſentiret tali dictamini ſiue conſilio intellectus de tali cognitione ſemper actualiter diligeret illud bonum:iſta igitur notitia ſiue habitus ſemper tendit in bonum:q2 ſemper dicit bonū eſt diligendum:bonū eſt diligendū:hoc aūt quod bonum diligatur:bonū eſt:ꝛ ſemper ex conſequenti reſiſtit peccato:q2 oppoſito2um eadē diſciplina ſecundū veſtram doctrinā. Si ergo bonum eſt diligēdū igitur malum eſt odio habendū. Nam ſicut bonum eſt obiectū voluntatis:vt diligatur. Sic malum eſt obiectū eiuſdem voluntatis:vt odio habeat. PhJ. Quid ſinderesis ſit:quod hactenus mihi fuiſſe ignotū confiteo2:tuo mihi diuino lumine ꝗ optime eſt declaratū ꝛ ꝗ plurimos eſſe vereo2 q de ſinderesi loquunt ꝛ quid ea ſit ignorant. Dic ergo quid ſit ꝯſcientia:q2 termini ſunt penitus apud nos incogniti. MATh. Licet hic terminus intellectus alicuius ſit difficultatis:nec notus oībus tñ ad eius declarationē ꝗ facile fieri pōt p2ocedā. Conſcientia bone iuuenis:ꝛ amato2 ſapientie nō eſt aliud niſi notitia ſiue habitus alicuius p2imi p2incipij:que notitia ſemper actualiter dirigit ꝛ docet voluntatem ad bene agendum: ꝛ ad malū fugiendū:qui actus ſiue operatio.ſ.bonum eſſe amandū ſemper actualiter eſſet in effectu:ſi voluntas conſentiret tali conſilio ꝛ dictamini intellectus habentis talem notitiam ſiue talem habitum: pꝫ ergo quid ſit conſcientia. PhJ. Facta ſunt mihi:que difficillima videbantur:facillima:licet a noſtra ſint p2ofeſſione aliena ꝛ ita tuo ſunt ſupernaturali illuſtrata lumine:vt meus amplius nequeat in hoc intellectus dubitare. Dic igiť matthee venerande. Quid ſit ſindereſis. MATh. Et ſi iam de conſcientia expoſita tibi fuerunt facilia: facilio2a ex p2ecedenti cognitione de ſinderesi dicenda fo2e non dubito. Nā ſinderesis non eſt aliud ꝗ notitia ꝯcłonis demonſtrate ſub illo p2io p2incipio p2actico. Nā ex iſto p2io p2icipio p2actico omne bonum eſt diligendum:ſequitur ſummū bonū eſt ſumme diligendū tunc ſub iſta maio2i p2opoſitione ſummo iſtam mino2em. Deus eſt ſummum bonum igitur deus eſt ſumme diligendus: notitia huius ꝯcłonis deus eſt ſumme diligendus dr̄ ꝛ vocatur conſcientia. Sin-

Quid ſit conſcientia.

Nota q̃ło differunt ſinderesis & cōſcientia.

dereſis ergo ꝛ conſcientia non differunt niſi ſicut notitia principij ſi ue principioꝝ ꝛ pſonis ſumpte ſub illo primo principio. Nam oē bonum eſt diligendum di ſindereſis:ꝛ iſta pſo deus igitur eſt ſum me diligendus vocatur conſcientia. Et quelibet iſtarum tam noti tia principioꝝ q̃ȝ notitia pſonis eorundem ſunt quedam veritates infallibiles quieſcentes in anima noſtra:que ſemper tendunt ad bo num:ꝛ reſiſtunt quantū eſt ex parte iſtaruȝ malis ꝛ peccatis:ꝛ ſic pȝ circūſpecte iuuenis ꝛ philoſophe diſerte quid ſit ſindereſis: ꝛ quid conſcientia:quō deus poſuit iudicium in anima noſtra vt ipſa ſe iu dicare poſſit ꝛ condēnare. Itaqȝ peccata mea celare non poſſuȝ qm̄ quocūqȝ vado conſcientia mea mecum eſt:quicquid in ea repoſui ſi ue bonum ſiue malum reſeruat mihi viuo: ꝛ defuncto reſtituet de poſitum quod ſeruandum accepit:ſi male facio adeſt illa:ſi autem bene facere videor:ꝛ ex inde extollor:adeſt illa:viuo adeſt:ſequitur mortuum:vbiqȝ mihi confuſio inſeparabilis pro depoſiti qualitate. Et ſic in domo propria ex propria familia habeo accuſatores iudi ces:teſtes:ꝛ tortores. Accuſat me conſcientia de peccatis cōtra deū ꝛ proximū cōmiſſis q: ob meam ingratitudinem ꝛ miſeriam toties illam ſummā bonitatem offendi:toties ad iracundiam prouocaui: toties aduerſus ad me flagellandū incitaui:ipſum derelinquendo: ipſum blaſphemando:ſua ſanctiſſima mandata tam temerarie tranſ grediendo:ꝛ ob meam imperfectionem toties peccata peccatis ad dēdo:ꝛ tn̄ ſumma bonitas adhuc perfert:adhuc ſuſtinet: adhuc me expectat:vt ad penitentiam reuertar:qm̄ tu dn̄e non vis morteȝ pec catoris:ſȝ magis vt cōuertatur ꝛ viuat. Teſtis eſt memoria mea que aſſidue oīa peccata mea ante oculos mee mentis repreſentat: ꝛ te ſtatur me hec oīa feciſſe:que negare minime poſſuȝ illa.n. ad me cla mant tu nos feciſti. Intellectus veritatem inquirendo diſcutiendo ꝛ examinando me condēnat: eo ꝙ toties qui me creauit:cōſeruat: ꝛ ſuo ſanctiſſimo ſanguine in duriſſimo ligno crucis redemit:crude liſſime offendi. Voluntas que oīa mala perpatrauit ꝛ fecit:tanqȝ fo mentuȝ ꝛ cauſa nutrixqȝ omnis peccati condēnatur. Sindereſis ve luti gladius acutiſſimus ꝛ ſtimulus me mordet:moleſtat: ꝛ cruciat. Oblectamenta mihi ſunt maxima tormēta ꝛ mens plena ꝛ ruminis plena doloribus:que tā diu in peccatis manſit ad te clamat. Quis ſimilis tibi dn̄e quis ſimilis tibi: magnificus in ſanctitate: mirabilis atqȝ laudabilis ꝛ faciens mirabilia:ſero te cognoui lumen meū:erat enim nubes magna ꝛ tenebroſa ante oculos vanitatis mee:ita vt vi dere non poſſem ſolem iuſtitie ꝛ lumen veritatis:propterea ſero te cognoui inuoluebar in tenebris filius tenebrarum: tenebras meas

amabam quia lumen nō cognoſcebam:cecus eram ⁊ cecitatē ama/
ba3:⁊ ad tenebras ambulabā p tenebras:quis inde me eduxit? vbi
eram hō cecus ſedēs in tenebris ⁊ in vmbra mortis:qs accepit ma/
nū meā vt inde me educeret?qs eſt ille illuminator meus?tu es dñe
deus meus:nō.n.querebā ⁊ ipſe queſiuit me:non inuocaba3 ⁊ ipſe
inuocauit me:quis eſt ille dñe deus meus miſericors ⁊ miſerator pa
ter miſericordiarū ⁊ deus totius cōſolationis?tu ſancte dñe deus
meus quē cōfiteor toto corde gr̄as agēs nomini tuo.Nō te q̄rebā
tu me q̄ſiuiſti:nō te inuocabā tu me vocaſti: vocaſti.n.me in nomie
tuo ītonuiſti deſup voce grādi in interiorē aulā cordis mei:fiat lux:
⁊ facta eſt lux:⁊ diſceſſit a me nubes magna: ⁊ liquefacta eſt nubes
tenebroſa que operuerat oculos meos ⁊ vidi lucē tuā:⁊ cognoui
vocē tuā:⁊ dixi vere dñe deus meus tu es qui eduxiſti me de tene/
bris ⁊ vmbra mortis:⁊ vocaſti me in admirabile lumē tuum:⁊ ecce
video:gratias tibi illuminator meus.Et cōuerſus ſum ⁊ vidi tene/
bras in qbus fuerā:⁊ abyſſum tenebroſam in qua iacueram ⁊ con/
tremui ⁊ expaui:⁊ dixi:veh tenebris meis in quibus iacui: veh veh
cecitati illi in qua videre nō poteram lumen celi:veh veh ignorātie
mee qm̄ non cognoſcebā te dñe:gratias tibi ago illuminator meus
⁊ liberator:qm̄ illuminaſti me ⁊ cognoui te: ſero te cognoui veri/
tas antiqua:ſero te cognoui veritas eterna:tu eras in lumine ⁊ ego
in tenebris ⁊ non cognoſcebā te:q2 illuminari nō poteram ſine te:⁊
non eſt lux extra te:quia tu es vera lux:que illuminat omnē homi/
nem venientē in hunc mundū:⁊ anima3 meā illuminaſti cui ſemper
ſit honor ⁊ gloria.PHILO. Non ſine magno mentis ſtupore ⁊
admiratione de anime noſtre quo aſſidue iudicatur iudicio dictu3
eſt:cum deus eternus in illa oīa ad iudicandū neceſſaria concreare
voluerit:ne aliqs ſe excuſare poſſit ignorantia:multa etiam de con/
ſciētia multa de ſinderesi audiuimus. Hic obſecro nūc quō aſſidue
corā deo aīa noſtra iudicatur. ANTH. Mira audiſti fili:ſed his
longe maiora intelliges:ſi tota volueris mētis attētiōe cōſyderare:
q̄ multa p̄cauēdi mala cauſa eſſe poterūt:ſi illa ante oculos hr̄e vo/
lueris.Dicam quid mihi ad propoſitum acciderit.

¶ De iudicio anime noſtre corā deo:veritas tertia. Cap.3.

CUm.n.miſeriam ⁊ infelicitatē anime noſtre cōſydera/
rem:raptus ⁊ eleuatus in dei contēplationē:videba3
oculis mentis mee ſeueriſſimū ⁊ maximum iudicē ſe/
dentem in iuſtitie ſue ſolio ⁊ throno:ante cuius tribu
nal admirabile vnde quaq3 maxima erat multitudo

dominoꝝ:comitum:ducum:⁊ principum:qui ad eius ſeruitia ⁊ laudes erant deputati. Et cum tam mirabilē iudicem cōtēplarer:reus quidā ante eius tribunal eſt preſentatus veluti iudicandus:quibus iuſtiſſimus iudex dixit. Quā accuſationē affertis aduerſus hominē hunc? Qui rñdentes dixerunt hunc inuenimus ciuitatis ſibi cōmiſſe ꝓditorē:⁊ bona ſeruoꝝ dñi ſui auferentē:⁊ ſuum dñm a quo tanta bona recepit abnegantē ⁊ blaſphemantē:⁊ demū illius leges tōtam ⁊ mandata deſtruentē. Et cum iudex quereret quis maleficiorū teſtis eſſet:multi ſane acceſſerunt ſimilia maleficia ab illo perpetrata deponētes:habitis igit̄ teſtium depoſitionibus:iuſtiſſimus iudex condēnauit eū:eo ꝙ eſſ; reus mortis. Cūq; reus morti ſe adiudicatū videret:⁊ tanti iudicis ſeueritatē conſyderaret:totq; bona ⁊ tēpus bene faciendi quod omiſerat:breueq; delectationē quā habuerat eternum ⁊ immēſum ſuppliciū oculis ſuis proſpiceret:tortores ⁊ accuſatores preſentes videret:acerbiſſimos ſtimulos conſciētie ſue ingratitudinis quos habebat: adeo erat mens eius afflicta: ac eius infelix anima cruciata:vt gemitibꝰ inenarrabilibus ⁊ ab intimo pectoris ergaſtulo eductis omnino continere ſe non poſſet. Quem cum viderent adeo afflictū domini qui aſtabant circū pietate ⁊ miſericordia moti dominum ipſorum inſtanter rogare ceperunt:vt ſerui illius miſereretur:⁊ vt gratiam ⁊ benefaciendi tēpus illorum amore donaret: vt ſuam vitam in melius corrigere poſſet ⁊ emendare. Id cum intellexiſſet dominus precibus illorum ⁊ pietate immenſa motus:miſericordiam ſerui habens illoꝝ petitionē clementer admiſit:⁊ tēpus benefaciendi conceſſit:vt vitam corrigeret ⁊ illam in melius emendaret:quod ⁊ factū eſt:vt officioſe viueret: ⁊ in gratia ſui domini permaneret. PHIL. Miro expectabamus deſyderio futura audire: vt iam in principio tui promiſeras colloquij:nunc autē in parabolis locutus es:⁊ in viſionibus ⁊ ſub enigmate:nos in noſtra doctrina ſemper naturaliter ⁊ vere: dic igitur quid voluiſti his verbis ſignificare? MOATH. Ne mireris: ſic decet aliqñ fieri:vt ⁊ auidius ſumant̄ ⁊ maiori expectentur deſyderio ideo aperiatur tibi ianua lucis: ſicut aperietur ianua principis ad quem tendis. Cum iudicium anime noſtre quod aſſidue fit coram deo omnium iudice contemplarer:ad hanc viſionem raptus quaſi corporeis oculis:hec ipſa que dixeram videre exiſtimabam:hic magnus:iuſtus:⁊ ſeueriſſimus iudex qui in ſolio ſue glorie ſedet: ille ē ſummus ⁊ immenſus iudex:prima cauſa: ⁊ principium finiſq; omnium rerum:illa maieſtas infinita:que in ſue glorie throno aſſidet: ad cuius conſpectum erat tanta multitudo principum ⁊ dominorū

quam diximus: aſſiſtit enim illi multitudo ſanctorum virginum: cō/feſſorum: martyrum: apoſtolorum: ⁊ prophetarum: patriarcharū: angelorum: thronorum: dominationum: principatuū: ⁊ poteſtatū: cherubin: atque ſeraphin: ad ſeruiendum ⁊ laudandum iudicem il/lum iuſtiſſimum: deum infinitum: hinc propheta Daniel in mirabi/li viſione ſua raptus vidit tantam angelorum ⁊ ſpirituum beatorū multitudinem ante conſpectum altiſſimi aſtare. Et ideo dixit millia millium miniſtrabant ei ⁊ decies centena millia aſſiſtebant ei: quaſi dicat aliqui beatorum ſpirituum ad ſeruitiū erant deputati: aliqui ad iubilum. Et licet Paulus dicat ꝙ omnes ſunt ſpiritus admini/ſtratores: ⁊ per conſequens vniformiter deſeruiunt: dico ꝙ aliqui angeli velut vltime hierarchie: ⁊ forte ſecunde ſunt ad dominū gu/bernationem ⁊ cuſtodiam deputati: aliqui ad reuelandū diuina ⁊ archana myſteria alijs angelis inferioribus: vt ſunt prime hierar/chie qui nūquam ex cōmuni lege mittuntur: ſed ſeruiunt ad intra. Quādo ergo Paulus dixit omnes ſunt adminiſtratores ſpiritus. Dico ergo ꝙ verum eſt omnes angelos deo ſeruire: vel ad intra vt angeli prime hierarchie: qui imediate ⁊ vicinius a deo illuminati altiſſima ⁊ archana myſteria inferioribus angelis manifeſtant eos il/luminando: ⁊ diuerſa ſecreta patefaciendo: alij autē angeli inferio/res hominibus reuelent: ⁊ illis ex diuina ordinatione ſeruiunt: ⁊ ſic omnes mittuntur: ⁊ deſeruiunt vel ad intra vel ad extra. Cumqꝫ tā mirabilem iudicem contemplarer: ecce reus quidam ante eius con/ſpectum eſt preſentatus: hic enim reus eſt ille infelix peccator: eſt il/la anima paupercula: ⁊ infelix que tanquā digna morte eterna ante thronum diuine maieſtatis a demonijs adducitur: quam veluti di/gnam morte eterna accuſare non deſinunt. Angeli enim mali ad no/ſtrum exercitium a Deo deputati qui nobiſcū ſemper aſſiſtunt om/nia opera noſtra peruerſa: omnia peccata ⁊ demerita quotidie ante conſpectum diuine maieſtatis deportant ⁊ repreſentant: ſicuti ange/li boni ad noſtram cuſtodiā ⁊ iuuamen a ſumma dei bonitate de/putati: omnia noſtra opera bona ⁊ merita apud eundem conſpe/ctum ſolent deportare ⁊ repreſentare: ſicut patet de Thobia pro/pheta cui angelus apparuit ⁊ dixit. c. 12. Manifeſto ergo vobis ve/ritatem ⁊ non abſcondam: vobis ſermonem occultū: quando ora/bas cum lachrymis ⁊ ſepeliebas mortuos: ⁊ derelinquebas pran/dium: ⁊ abſcondebas mortuos per diem in domo tua: ⁊ nocte ſe/peliebas eos: ego obtuli orationem domino. Ego ſum Raphael angelus vnus ex ſeptem qui aſtamus ante dominum. Sicut igitur angeli ſancti ad noſtram cuſtodiam deputati noſtris gaudent bo/

Nota q̄ōo omnes angeli mittuntur.

Nota de angelis prīe & ſecūde hierarchie.

Bona & mala ante cōſpectū dei p angelos preſentantur.

nis operibus ⁊ letantur:illaqꝫ in conſpectu domini repreſentant:vt deus eternus premia digna preferat. Sic angeli mali malis noſtris operationibus letantur ⁊ gaudent illaqꝫ repreſentantes accuſant:⁊ iuſtitiam ab ipſo iudice querentes: vt infelix peccator: infelixqꝫ anima penas perſoluat ſuorum ſcelerum ⁊ peccatorum. Accuſatores igitur ſunt demones infernales preſertim qui nobiſcum aſſiſtunt:⁊ noſtra omnia mala notant ⁊ ſcribunt. Cum ergo demones ante conſpectum domini infelicem animam repreſentant ⁊ vindictam ſcelerum querunt. Dicit illis iudex ⁊ dominus. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Naꝫ licet deus eternus ab eterno in inſtanti indiuiſibili eternitatis cognouerit intuitiue ⁊ perfectiſſime omnia preterita:preſentia:⁊ futura: ⁊ fieri poſſibilia:tamen veluti magnus ⁊ ſupremus dñs voluit ab eterno omnia opera noſtra per angelorum miniſteria ante illius conſpectum repreſentari. Qui infernales demones animam noſtram infeliceꝫ accuſantes reſpondent dicentes. Nos hunc inuenimus ciuitatis ſibi cõmiſſe proditorem:o iuſtiſſime iudex:o veritas ⁊ equitas inobliuiquabilis:hunc ingratiſſimum tantorum beneficiorũ per quem cuncta feciſti:primo ciuitatem:ſcilicet animam illam infelicem quam ad cuſtodiendum ⁊ conſeruandam tradidiſti:quam in tanta innocentia munditia ⁊ ſanctitate creaſti:quam ad tui imaginem ⁊ ſimilitudinem formaſti ⁊ feciſti:quam tuum tabernaculum eſſe cõſtituiſti:manibus inimicorum tradidit:peſſimis immunditijs ⁊ peccatis illam polluit:ſtabulum brutorũ animalium effecit:te deum verum de ſua domo ⁊ templo excluſit:omnibus ſceleribus illam fedauit: hic enim o iuſtiſſime iudex eſt latro ille peſſimus:illud animal voraciſſimum quod ſanguine pupillorum:orphanorum:viduarum:pauperum: ⁊ innocentiũ eſt nutritus:hic per rapinam:furtum:ſimoniam:peſſimã vſuram:varijs modis pauperum carnes diſſipauit:⁊ comedit: ſanguinẽ miſerorũ bibit. Exurge igit̃:exurge rex iuſtiſſime quare obdormis domine:exurge ⁊ iudica animã iſtam infelicẽ: mitte eam in tenebras exteriores ꝑpetuo ⁊ eternaliter cruciandaꝫ. Et ꝙ magis eſt o bonitas infinita:o maieſtas eterna:o benigne deus: quem ſancti angeli aſſidue laudare ⁊ magnificare nõ merent̃ nec valent: quẽ omnes ſancti te deum verum:deum eternum: incõmutabilem incõprehenſibilem:immenſum: incircunſcriptibilem: glorificant ⁊ laudant ⁊ in tua laude pſeuerare non ceſſant:iſta creatura ingratiſſima: iſta idigniſſima:iſta infeliciſſima:te ſũmã bonitatẽ: te ineffabilẽ ſapiẽtiã:blaſphemare:maledicere:⁊ exprobrare nõ ceſſat: ⁊ ꝙ magis ẽ: o vbũ incarnatũ ⁊ humanatũ ꝗ pro igratiſſimo ⁊ ifeliciſſimo petõre

mortem

morte ꝛ paſſionē acerbiſſimā in duriſſimo ligno crucis portare vo/luiſti:qui tuo ſanctiſſimo ſanguine in ligno crucis effuſo redimere voluiſti:te blaſphemare:maledicere:ꝛ vituperare non deſiſtit: q te in ligno crucis ſuis manibus iterum affigeret:ꝛ ſi poſſet iteruꝫ latus tuum aperiret. Ecce qualis retributio:qualis gratiarum actio:ecce quot ſunt crimina ꝛ delicta:ecce quot ſunt improperia ꝛ demerita: pandas igitur iuſtitie vexilla:exigas tormenta ꝛ grauiſſimas penas plectaꝰ ingratiſſima creatura: vt cognoſcat ſua ſcelera ꝛ peccatoꝝ merita. Quid deniqꝫ dicam omnia mandata tua deſtruxit: omnem legem corrupit:calamitates:gulam:pecuniam:vxores:ꝛ filios ꝛ ce tera vana huius mundi tanq̄ꝫ deum adorauit:nomen tuum ſanctiſ/ſimū aſſidue in vanū aſſūpſit:multoties mentiens falſuꝫ iurauit neo menias ꝛ ſolennitates:ꝛ dn̄i ſabbatum non cuſtodiuit:patrem ꝛ ma trem ꝛ verbis ꝛ verberibus ſibi humiliauit: fame ꝛ ſiti qn̄qꝫ perire permiſit:proximū ſuū vulnerauit ꝛ occidit:bona ꝓximi rapuit:vxo rē in adulteriū duxit:ꝛ ꝯ proximū falſuꝫ teſtimoniū dare nō metuit: cunctaqꝫ mala q̄ dici ꝛ excogitari poſſunt infelix iſte perpatrauit:ap pareat igitur iuſtitia tua:ſcriptum eſt.n. iuſtus dn̄s iuſtitiam dilexit: ſeruetur tua lex ſempiterna:ſcriptū eſt ꝛ equitatē vidit vultus eius. Tunc iuſtiſſimus iudex audiuimus quanta aduerſus hominē hunc dicis:inferualis demon an neſcis poſſe nullo pacto iudicari niſi p ap probata ꝛ allegata:neqꝫ ſtandū eſſe accuſatori niſi appareāt teſtes: ex quoꝝ depoſitione iudicātis animus remaneat clariſſimus:ꝛ ex claritate iuſtiſſimꝰ: Itaqꝫ iuſtitiā negare nō poſſuꝫ: Poſſuꝫ tn̄ ꝛ veri tatem expectare: Tunc illi demon certū eſt mihi ſocios meos non exaudiri in iudicio:ſemp.n.partes ſuſpecte danꝰ ꝛ repulſā expectāt ꝛ patiunꝰ:ſed examinentur angeli quos illi in cuſtodiam ab initio ſue natiuitatis dediſti:ex qbus nr̄e cauſe ꝛ accuſationis veritas fiat clariſſima. Et vocatis angelis:ait deus eternus ꝛ iudex iuſtus. Di/cite angeli ad illius cuſtodiam dati: date verum teſtimonium vt ve rum fiat huius rei iudicium:ꝛ quilibet ſuorum operuꝫ recipiat mer cedem iuſtam:ꝛ eadem menſura menſuretur qua menſi ſunt:vobis incumbit onus ꝛ bonorum ꝛ malorum teſtimonia deponendi: qui ad ipſius cuſtodiam fuiſtis deputati. Et ex ijs vnus ꝛ primus ange lus allocutus eſt dominum dicens. O maieſtas ſumma: ꝛ bonitas infinita atqꝫ immenſa pietas. Quid dicam ego: Populum tuū dn̄e humiliauerunt:ꝛ hereditatem tuam vexauerunt:viduā ꝛ aduenam interfecerunt:pupillos occiderunt ꝛ dixerunt nō videbit dn̄s ꝛ nō itelliget deus Jacob. Quid dicā dn̄e maieſtatis tremēde: Quid ni ſi vera iā ꝛ tibi māifeſta: iſti īfelices tue maieſtatis rebelles:h̄ īgratiſ/ Angeli depoſitio.

ſima creatura mihi i n cuſtodiã data de q̃ iudiciũ agit͛:vt alios omit taꝫ. Populũ tuũ electũ pauperes ⁊ innocentes:debiles ⁊ humiles ſua ſuperbia:ſua malitia:ſua iniquitate:ſuis cauillationibus:ſuis inſi dijs: ⁊ deceptionibus:humiliauit ad terram:illos deſpiciens:illos perſequens:illos affligens. Et hereditatem tuam:ſanctos tuos tibi miniſtrantes ⁊ adherentes tibi ſeruientes vexauit: ſua iniquitate il/ los perturbans illis detrahens eos infamans atqꝫ vituperans. Et hereditatem tuam ſcilicet eccleſiam tuam pro precioſiſſimo ſangui/ ne redemptam:atqꝫ fundatam:tuo ſanctiſſimo ⁊ potenti brachio ſu ſtentatam:tua infinita ſapientia gubernatam vexauit:illam depopu lans:eam violans:eam ſuppeditans:⁊ illius bona rapiens: illã de/ honorans:imagines ⁊ inſignia tua extrahens:⁊ vulnerans: fratres monachos ⁊ religioſos tibi ſeruiẽtes vituperans ⁊ interficiens:vir gines ſanctas tue maieſtati dicatas ſine timore ⁊ reſpectu violans: tua ſacrificia impediens:⁊ ideo vt de hac ⁊ alijs q teſtes ſumus ego preſertim vere dicam hereditatẽ tuaꝫ vexauerunt: vt ad loca deſer ta ⁊ inhabitabilia tibi miniſtrantes fugerent: cum plura ⁊ amplius ſufferre non poſſent. Uiduam ⁊ aduenam interfecerunt:⁊ pupillos occiderũt:o iudex iuſtiſſime quid vlterius dicendum:viduã ⁊ adue nã interfecerunt ⁊ pupillos occiderũt:iam factus eſt clamor in ter/ ris magnus:vox ſanguinis viduaꝝ:pauperũ:innocentum:⁊ pupil/ loꝝ clamat de terra:que illoꝝ ſanguine inebriata ⁊ plena cum illis clamans dicens. Judica domine ſanguinẽ illorum qui effuſus eſt ſu per terram. Et dixerunt. Non videbit dñs ⁊ non intelliget deus ia cob. O deus eterne: o deus omnipotentiſſime qui tua infinita eſ/ ſentia vbiqꝫ es:tua infinita potentia vbiqꝫ operaris: tua infinita ſa/ pientia omnia gubernas:tua ineffabili ſcientia omnia ab eterno co gnouiſti:preterita:preſentia:⁊ futura:⁊ fieri poſſibilia:ecce queꝫ ho norem tibi impendit creatura tua quam tantum dilexiſti:quam ſu/ per omnia conſtituiſti:⁊ aliarum creaturarũ dominã feciſti:ecce pu tat te non videre que operatur:que contra tuã immenſam facit ma ieſtatem:contra tuam infinitam bonitatem dicens nõ videbit deus ante cuius conſpectum omnia ſunt nuda ⁊ aperta:antequã fierent: non videbis nec intelliges opera illorũ:qui ab eterno infinita tua ſapientia omnia nouiſti:⁊ in mente diuina produxiſti:⁊ de nihilo fe ciſti:o deus virtutum conuertere reſpice de celo:⁊ vide ac viſita vi neam iſtam quam plantauit dextera tua:o deus virtutum:o virtus infinita gubernans omnia:ſciens omnia: faciens omnia: viuificans omnia:⁊ omnia conſeruans:conuerte iniquitates eorũ ſuper eos: vt ſciant ipſi: quia tu ſolus deus ſuper omnem terram: reſpice de

celo:reſpice de thꝛono gloꝛie tue:reſpice de ſede maieſtatis tue:re/
ſpice de culmine ⁊ altitudine regni tui:⁊ vide:⁊ conſydera hāc crea
turam ingratiſſimam ⁊ eius opera:⁊ viſita hanc vineam:hanc factu
ram tuam:hanc ſimilitudinē ⁊ imaginem tuam:quā feciſti:tam mun
diſſime formaſti tanta innocentia ⁊ decoꝛe : reſpice ꝙ̄ acerbiſſime
tuam offendit maieſtatem:tuum decus: ⁊ bonitatem : tuum hono/
rem:⁊ ſanctiſſimam legem tuam. Et finito pꝛimi angeli teſtimonio Depoſitio ſecunda.
aſſurrexit ſecundus dicens:quid dicam iudex tremende de hac tua
creatura ⁊ factura.Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt.
Non eſt qui faciat bonum non eſt vſq; ad vnum.Sepulchꝛum pa/
tens eſt guttur eoꝛum:linguis ſuis doloſe agebant venenum aſpi/
dum ſub labijs eoꝛum:quoꝛū os maledictione ⁊ amaritudine ple
num eſt:veloces pedes eoꝛum ad effundendum ſanguinem:contri/
tio ⁊ infelicitas in vijs eoꝛum ⁊ viam pacis non cognouerunt : non
eſt timoꝛ tuus ante oculos eoꝛum:⁊ deniq; dominum non inuoca
uerunt:illic trepidauerunt timoꝛe vbi non erat timoꝛ.Et ecce alius Depoſitio tertia.
ex ijs qui ad cuſtodiam hominū dati ſunt angelis non potuit non
dicere que ad rei veritatem dicenda videbantur ꝗ acceſſit:dicens.
Quid de iſta ⁊ alijs infeliciſſimis creaturis:hoc tātum habeo.De/
reliquerunt te domine a te recedendo pꝛopter illarū ſcelera ⁊ pec
cata:blaſphemauerunt ſanctum iſrael : ſcilicet filium tuum ſanctiſſi/
mum ⁊ dominum noſtrum blaſphemantes:alienati ſunt retroꝛſū:
mandata tua ⁊ legem omittentes.Quouſq; percuties eos adden/
tes pꝛeuaricationes.Omne caput languidū:omnes pꝛimates : om
nes barones:comites:rectoꝛes:duces:pꝛincipes:reges: ⁊ denique
omnes magiſtratus:⁊ ſuperioꝛes languidi ſunt: ⁊ infirmi infirmita/
te incurabili.Omne coꝛ merens eſt:omnes ſacerdotes : omnes ec/
cleſie pꝛelati a quibus omnis motus bone operationis debet de/
ſcendere ⁊ emanare:ſunt merentes non meſtitia doloꝛis ⁊ contri/
tionis:non triſtitia ſuoꝛum peccatoꝛū:ſed meſti ⁊ afflicti anxietate ⁊
rerum tempoꝛaliū cupiditate.Et demum a plāta pedis vſq; ad ver
ticem capitis:a minoꝛi vſque ad maioꝛem:a puero vſq; ad ſenem:a
paupere vſq; ad diuitem:non eſt in eo ſanitas:non eſt ei integritas:
non eſt in eo bonitas:non eſt in eo ſanitas animarū.Vulnus:ideſt
plaga patens:⁊ liuoꝛ:id eſt odium occultum:⁊ plaga tumens:ideſt
ambitio non eſt circūligata medicamine:hoc eſt ligamine legis tue:
neq; fota oleo tue pietatis ⁊ miſericoꝛdie:terra eoꝛum deſerta:con
ſcientie eoꝛum deſerte omni diuino cultu:deſerte omni lege:deſer/
te omni bona operatione:deſerte omni diuina gratia : derelicte ab

angelico auxilio plene feris ⁊ monſtris: plene ſerpentibus veneno ſis plene ſpinis ⁊ tribulis: plene tot ⁊ tantis monſtris peccatoꝝ plene tantis immunditijs: ⁊ deniqꝫ vniuerſitate vitiorum. Cum igitur deus eternus angelos ad illius cuſtodiā conſtitutos ſic teſtificātes audierit: ⁊ deponētes: de peccatis illius anime in felicis: ſtatuit animam illā ad eternam dānationem ⁊ mortē condēnare. Uerūtamē priuſqꝫ ad ſententiā deueniſſet ſic veluti turbatus ⁊ cum ſeueritate magna alloquitur dicens. O ingrata ⁊ infelix anima: o ceca ⁊ demens facta: quam excuſationem de his peccatis poteris inuenire: quibus tanto tempore inuoluta perſeueraſti: vocaui te per patriarchas: ⁊ per prophetas: vocaui te per apoſtolos: ⁊ euangeliſtas: vocaui te per tot linguas predicatorū: ⁊ renuiſti: extendi manus meas flagellando te peſte ⁊ fame. Euaginaui gladium plenum ſanguine flagellando te crudelliſſimis bellis que omnes viue voces fuerunt mee apud aures tuas ⁊ noluiſti audire: noluiſti aſpicere ⁊ conſyderare: deſpexiſti conſilium meum: ⁊ increpationem meam neglexiſti. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſanabo cum vobis aduenerit quod timebatis: cum ſuperuenerit repentina calamitas ⁊ interitus: quaſi tempeſtas ingruerit: quando veniet ſuper te tribulatio ⁊ anguſtia: tunc inuocabis me ⁊ non exaudiam: mane conſurges ⁊ non inuenies me: eo ꝙ exoſam habuiſti doctrinam meam ⁊ timorem meuꝫ non ſuſceperis: nec acquieueris conſilio meo: ⁊ detraxeris vniuerſe correptioni mee. Comedes igitur fructus vie tue tuiſqꝫ conſilijs ſaturaberis. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis: plena diuitijs: iuſtitia habitabat in ea nunc autem homicide: ꝓpterea heu ego cōſolabor ſuper hoſtibus meis ⁊ vindicabor de inimicis meis: ⁊ conuertaꝫ manum meam ad te. Animaduertēs infelix anima ad mortem iudicata: iam iam ſententiā expectandā: nec non ſeueritatem tanti iudicis cum conſyderaret: tot ⁊ tanta bona ⁊ bene faciendi tempus quod omiſerat: breuem ⁊ momentaneā oblectationem quam habuerat: cumqꝫ proſpiceret infinitum ⁊ eternū ſupplicium: accuſatores demones inferni ad ſententiam excitantes: tortores paratiſſimos: preterea angelos ſue cuſtodie datos contra eam teſtificantes: ⁊ ſue cōſcientie ſtimulos atqꝫ ingratitudinis acerbiſſimos: quorum erat conſcia: adeo erat mente afflicta infelix anima: vt lachrymas ⁊ gemitus innumeros continere non poſſuꝫ. Qd cum viderent qui aſtabant ad ſummi iudicis ſeruitutem ⁊ ad illius laudem deputati ſemper angeli: archangeli: patriarche: prophete: apoſtoli: martyres: confeſſores: ⁊ virgines: ceteriqꝫ ſpiritus beati

Seueris iudicijs redargutio.

Depcatio ſanctoꝝ pro aie liberatione.

pietate ⁊ miſericordia moti ſummam bonitatem illam inſtantiſſime rogare ceperunt: vt ſuper ſeruum miſericordiam non negaret: ⁊ illi compateretur. Hinc virgines ſancte ſuam integritatem ⁊ virginitatem deo repreſentant: vt per ipſorum merita illi compateretur. Hinc confeſſores auſteritatem vite ⁊ penitentiam oſtendunt: vt illius miſereatur. Hinc martyres ſancti ſanguinem recentem ⁊ diuerſorum ſuppliciorum genera que illius amore paſſi ſunt demõſtrãt. Exinde apoſtoli ſancti nuditatem indigentie ⁊ euangelicã paupertatem: ⁊ theſaurum meritorum repreſentant. Accedunt prophete qui claritatem ſue ſcripture intelligentie ad ſpiritum propheticum a deo illis datum cõmemorant. Adueniunt patriarche qui promptiſſimam obedientiã ⁊ humilitatem deo narrant. Angeli archangeli ⁊ omnes chori angelici ſuam integritatẽ innocentiaȝ ⁊ maximũ preliũ quod cum lucifero habuerint ⁊ ſui amore ſuperauerũt annũciant. Et inter omnes ſanctos electos ipſa puriſſima virgo que theſauruȝ meritoꝝ ad diſpenſandas gratias poſſidet: brachia: pectus: ⁊ vbera: ⁊ virgineum ventrem ſuo dilecto filio demoſtrat. Et demum filius dei patris verbũ humanatũ: manus ligno affixas: latus vulneratum ⁊ apertum: caput cum ſpinis coronatũ: pedes in duriſſimo patibulo affixos: ⁊ ſanguinẽ ſuum innocentiſſimuȝ quem pro noſtra ſalute effudit in cruce repreſentat: vt illius anime infelicis miſereatur ⁊ compateretur dicens. Pater clementiſſime: pater piiſſime: bonitas infinita: memento quoniam huic creature miſertus es: qa caro eſſet: ⁊ ſic hanc carnẽ fragilem ⁊ mortalẽ erũnis plenã ⁊ calamitatibus me aſſumere feciſti: nũc aũt eterne pater: licet hec creatura ingratiſſima ſit eterno ſupplicio digna: licet tot peccata cõmiſerit: tamẽ ſapientiſſime pater adhuc viator eſt: ⁊ non in termino ⁊ ſuã vitã emendare ⁊ corrigere poteſt: ⁊ tibi ſummo deo patri meo eterno ſeruire. Quamobrem piiſſime ⁊ benigniſſime pater cõpatere ſeruo tuo: vt penas eternas valeat euitare. His ſanctiſſimis pcibꝰ placatus eſt dñs: ⁊ pietate motus ⁊ miſericordia: tpꝰ benefaciendi donauit peccatori hoc eſt ꝙ ſocius Paulus dicit. Aduocatũ habemus apud prẽȝ dñuȝ nſm Jeſuȝ chriſtuȝ: ⁊ ipſe interpellat pro vobis: non pro nobis tm̃: ſed pro toto mundo. O peccatores ⁊ mũdi amatores: o miſeri mortales ⁊ ceci ſectatores mũdi ponite põite añ oculos mentis veſtre hũc ſeueriſſimũ iudicẽ: accuſatores demones infernales: ⁊ ſanctos angelos ꝓ vos teſtes: tot ⁊ tanta peccata corã deo quotidie repreſentantes: penas quas quotidie meremur: ſummã dei ſuperni benignitatem ⁊ piiſſimi domini nos expectantis ⁊

tam benigniſſime inuitantis:⁊ relinquite mundū:⁊ diabolum ⁊ pō‑pas eius:videte huius vite deceptionē ⁊ fallacias:videte mundi inſidias:qm̄ finis illius ⁊ illoꝝ qui mundū diligunt mors eſt ⁊ ſuppliciū ſempiternum:vtinam hanc gratiam haberent infelices anime in īfer no cruciate:quibus ſi daretur tempus reconciliationis diuine:⁊ pe nitentie quod aliquo precio potuiſſent emere:oē aurum omne ar‑gentum ⁊ omnia huius mundi bona exponerēt:⁊ pro nihilo habe rent:vt modicum temporis conſequerentur:in quo penitentiā age re poſſent:o ſi quis apponeret aures ⁊ voces ad gemitus:⁊ damna toꝝ lachrymas ſentiret:certe:certe intelligeret illos dicētes:o vos felices ⁊ beati:qui tempus habetis penitentiam agendi:qui crucia‑tus eternos euadere poteſtis:⁊ errorum penitentiaȝ agere:veh no bis infelicibus:veh miſeris nobis:qui tēpus agendi penitentiaȝ nō habemus:vtinam poſſemus penitentiam agere:vtinam in mundo adhuc eſſemus:quod ſi contingeret amicos cōſanguineos:patres: ⁊ matres:argentum: ⁊ aurum : delitias mundi ⁊ omnia bona de‑relinqueremus : ⁊ ad loca deſerta ⁊ aſperrima accederemus : die noctuque carnes ⁊ corpora noſtra maceraremus : delicias ⁊ volu ptates fugeremus : ad hoc vt has penas ⁊ infinita mala euadere ⁊ euitare poſſemus. Eia fratres mei:eia querite:querite dn̄m dum in ueniri poteſt:hoc eſt dum paratus eſt ad vos exaudiendum:anteq̄ȝ veniat hora mortis:anteq̄ȝ veniat hora iudicij:in quo non daf am‑plius miſericordie tempus ⁊ pietatis ſed vēdicte:inuocate ergo dū prope eſt:dum paratus eſt ad vos exaudiendum : derelinquat im‑pius viā ſuam ſcilicet vitia ⁊ peccata:⁊ vir iniquus cogitatiōes ſuas odio occulta ⁊ ſcelera:⁊ reuertatur ad dominū (vt ait propheta) ⁊ ad miſericordiam eius:⁊ ad deum noſtrum:q: multus eſt ad igno‑ſcendum. Non enim vie mee vie veſtre:neq; cogitationes mee co‑gitationes veſtre dicit dominus:ac ſi diceret cogitationes humane ſemper machinantur malum poſt offenſam habitam ; non ſic cogi‑tationes mee:ſed ſicut exaltatur celum a terra ſic exaltātur vie mee a vijs veſtris ⁊ cogitationes mee a cogitationibus veſtris:quia nō eſt voluntatis mee mors peccatoris:ſed magis vt conuertatur ⁊ vi uat ⁊ ad illam poſſit peruenire patriam eternam. PHILO. Non ſine magno mentis ſtupore ⁊ alienatione audiuimus q̄ȝ magna ſint dei iudicia ⁊ magna eius iudiciorum abiſſus:quibus humanus ob‑ſtupeſcit intellectus ⁊ humana omnis confunditur ſapientia ⁊ apud deum ſtulticia reputatur. Cum ergo dictum ſit in precedentibus de iudicio quod eſt in nobiſmetipſis in quo anima noſtra cōtinue iu‑

dicatur. Et de iudicio quod fit coram deo apud quem accuſatur ⁊
aſſidue iudicatur anima infelix: reliquum eſt vt de tertio ⁊ vltimo
iudicio quod erit in nouiſſimis diebus dicatur: hoc eſt quando fili⁹
dei vt dixiſti veniet iudicaturus viuos ⁊ mortuos in carne glorifi/
cata ⁊ illius regni non erit finis. Uerum tamen ad dominũ tendo ⁊
ad principem noſtrum: ſed priuſq̃ ad illum accedaꝫ: auditis ijs que
mihi propoſuiſti non poſſum non dubitare expectans reſolutionẽ
illorum vt clarius ⁊ libentius perueniam ad illius ſeruitutem: ⁊ in
multis dicendis occurrunt hec. Primo an tale iudicium vniuerſale
ſit futurum: cum videatur non tantum rõnibus naturalibus repu/
gnare: verum etiam veſtre ſacre ſcripture contradicere. Et nõnulli
publice audent illud negare. Secundum dubium: ſi tale vniuerſa/
le iudicium ſit futurũ: quomodo erit ordinatum ⁊ diſpoſitum. Ter
tium ⁊ vltimum qũo executioni demandatum. Quod aũt quantũ
ad primũ dubium videatur repugnare rõnibus naturalibus: pꝫ: qꝛ
ſecundum nr̃am doctrinam philoſophicam que corrumpuntur ſe/
cundum ſubſtantiam non redeunt eadem numero: ſed ſpẽ. Prete/
rea arguitur per rationem: qꝛ totum requirit vnionem partium: er/
go ⁊ idem totum eandem vnionem: verbi cauſa ſi idem homo deꝫ
reſurgere: requiritur vt eadem anima numero eideꝫ corpori nume
ro vniatur. Nam ſi eſſet alia anima numero vel aliud corpus nõ eſ/
ſet idem homo numero. Ergo requiritur eadem vnio: quia ſunt ea
dem extrema numero: ſed non redibit eadem vnio: quia eſt interru
pta: interruptum non reddit idem: qꝛ ſi reddit ideꝫ: idẽ iteratio erit
ſed iteratio repugnat identitati: quia iteratio ponit numerum: iden/
titas aũt priuat ergo ⁊c. Preterea ꝙ repugnet veſtre ſacre doctri/
ne: videtur manifeſte. Nam eccleſiaſtes. 3. c. ait. Unus ẽ interitus ho
minum ⁊ iumentorũ: ſed iumenta non reſurgẽt: ergo nec homines.
Preterea Job. 14. ait. Homo cum dormierit nõ reſurget: donec at
teratur celum non euigilabit. Sed celum nunq̃ atteretur: cum ſit
incorruptibile ergo nunq̃ erit reſurrectio hominis. Tertio dicunt
multi iudicium vniuerſale non eſſe futurũ: qꝛ multa videntur ſequi
inconuenientia: ⁊ videntur multa manifeſte falſa ⁊ impoſſibilia. Tuꝫ
primo quia Joã. 12. ſcriptum eſt. Nunc iudicium eſt mundi. Si igi/
tur nunc iudicium eſt mundi: ergo non erit aliud: cum non ſit ponẽ
da pluralitas ſine neceſſitate ſcd̃m nr̃am doctrinam philoſophicaꝫ.
Preterea nau. 3. c. Non puniet dominus bis in iudicio in id ipſum.
Et rõnabile quidem quia ſemel iudicatus ⁊ condemnatus non de/
bet amplius iudicari ⁊ condẽnari. Tunc arguitur ſic iudicium vni⁹
cuiuſq; eſt qñ morit: igit nullũ aliud iudiciũ erit qꝛ tunc bis iudica/

retur in idipſum. Preterea ſententia non mandatur executioni niſi poſt iudicium:q: fruſtra ſequeretur iudicium poſt executionem ſententie. Sed dãnati erunt dãnati ante diem iudicij:patet quia in hora mortis quilibet iudicatur ad penas eternas vel ad ſtatum beatitudinis:ergo non erit aliud iudicium quia tunc eſſet fruſtra. Preterea probatur ꝙ non omnes iudicabuntur : ⁊ per conſequens non erit iudicium vniuerſale. Nam in pſalmo ſcriptum eſt . Non reſurgent impij in iudicio ergo non iudicabuntur : ⁊ Matheus vt audiuiſſe memini .19.c. dixit. Chriſtus diſcipulis ſuis:⁊ tu quoqꝫ noſti. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes duodeciꝫ tribus iſrael:ergo vos non iudicabimini.

¶ De neceſſitate futuri iudicij veritas quarta. Cap.4.

MAtheus. In multis dubitaſti:in quibus non ſine debita ⁊ ſufficienti cauſa ad dubitandũ motus fuiſti:⁊ erant que omnium mentem preſertim diſertorum virorũ qualis tu es merito ⁊ animũ mouere poterant:ſic.n.preſagiebaꝫ futurum eẽ:ſed qm̃ in dubitatis multe ſunt ⁊ varie reſponſiones doctoꝝ diuerſa ſentientium ⁊ varia:illis poſtbabitis ad ea que ipſe ſentio ⁊ que magis neceſſaria videntur dicenda perueniam:⁊ primo ꝙ iudicum vniuerſale de neceſſitate eſt futurum: in quo omnes mundi nationes iudicabunt ⁊ licet via naturali hoc haberi ⁊ intelligi non poteſt:vt magiſter dilectus meus ait. De die aũt aut hora nemo ſcit neqꝫ in celo angeli neqꝫ filius dei:niſi ſolus pater. Dicitur aũt bone iuuenis filium dei neſcire:non ꝙ ipſe non cognouerit diem ⁊ horam futuri iudicij : vt verba illa videntur ſonare:cum filius dei ⁊ noſter magiſter omnia cognouerit que ipſum diuinum verbum ſecundum diuinitatem cognouerit:nec propterea ſequitur ex hoc ꝙ comprehendit ipſaꝫ diuinitatem ſecundum humanitatem : ſed filius dei dr̃ neſcire horam iudicij ĩ quantuꝫ non facit nos ſcire:⁊ ſic intelligendum eſt hoc mei magiſtri dictum. Et quid mirum ſi non poſſumus via naturali ſcire diem futuri iudicij? Cum mere ⁊ ſimpliciter a voluntate diuina dependeat? cuius velle nos ignoramus:⁊ via naturali ſcire non poſſumus:tamen illa prima cauſa.ſ.deus eternus cuius ſapientie non eſt numerus:cuius potentie nõ eſt finis:qui omnia fecit in numero: põdere:⁊ menſura:qui in ſupfluis non abundat: nec deficit in neceſſarijs:licet cognitionem diei ⁊ hore futuri iudicij nõ dederit: quoniã

Naturaliter ſciri non põt dies futuri iudicii.

Nota qũo intelligitur filiũ dei neſcire diẽ futuri iudicii.

non fuerat opus:tñ bene declarauit vniuerſale iudicium futurũ eſſe. Quod autem vniuerſale iudicium ſit futurũ vt facilius tibi innoteſcat omiſſis alijs quibus probari poterit rõnibus:triplicez oſtendã. Primã:via patrum ꝛ prophetarum. Scdam:via magiſtri mei ꝛ ſociorũ. Tertiã:via eccleſie ꝛ doctorũ. Et vt eo ordine procedaz quo hec oĩa poſita ſunt aggredientes primã pte dicimus futurũ iudiciũ vle probari teſtimonio patrũ ꝛ prophetarũ: vñ iudic.19. c.ait Veh genti inſurgenti ſup genus meũ dñs.n.oipotens iudicabit in eis: in die iudicij viſitabit illos. Et Eſaias.11.c. Nõ ſm viſioné oculorum iudicabit:neqz ſm auditum auriuz arguet:ſz iudicabit in iuſtitia pauperes:ꝛ arguet in equitate pro manſuetis terre. Et idem.13.c.ait Ecce dies domini veniet crudelis ꝛ indignatione plenus ꝛ ire ꝛ furoris ad ponendũ terram in ſolitudine:ꝛ peccatores eius cõterẽdos. ꝛ Iohelis.2.c. Conterentur oẽs habitatores terre: qꝛ veniet dies dñi:qꝛ prope eſt dies tenebrarũ ꝛ caliginis:dies turbinis ꝛ nebule. Et ſophonie prio. Iuxta eſt dies dñi magnus:iuxta ꝛ velox minis: dies ire dies illa:dies tribulationis ꝛ anguſtie dies calamitatis ꝛ miſerie:dies tenebrarũ ꝛ caliginis:dies tube ꝛ clangoris ſuper ciuitates munitas:ꝛ ſuper angulos excelſos ꝛ tribulatio hominis: ꝛ ambulabunt vt ceci qꝛ dño peccauerunt:ꝛ effundetur ſanguis eorũ ſicut humus:ꝛ corpora eoꝝ ſicut ſtercora:ſed ꝛ argentum eoꝝ ꝛ aurum eoꝝ non poterit liberare eos in die iudicij: ꝛ in die ire dñi: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra:quia conſumationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram. Patet ergo veritas futuri iudicij vniuerſalis:via ꝛ authoritate patrum ꝛ ꝓphetarũ. Secundo dico ꝛ probo iudiciũ eſſe futurũ: via ꝛ authoritate magiſtri mei ꝛ diſcipulorũ eius:ꝛ ſociorũ meorũ vnde magiſter meus cuz argueret ciuitates in quibus virtutes magnas fecerat:dicebat: Veh: veh tibi corozaim veh tibi bethſaida:quia ſi in tyro ꝛ ſidone facte eſſent virtutes:que facte ſunt in te:ſiue facte ſunt olim in vobis:in cilicio ꝛ cinere penitentiam egiſſent:verum tñ dico vobis:tyro ꝛ ſidoni:remiſſius erit q̃z vobis in die iudicij. Et iterum ait vt ſcribit ſoc⁹ meus. Viri Niniuite ſurgent in iudicio ꝛ ꝯdemnabunt generationem iſtam:quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Predicauit inſuper magiſter meus dilectus futurum eſſe iudicium vbi poſt parabolã de bono ſemine ſeminato ꝛ zizanijs exortis:tandez ſic exponit. Qui ſeminat bonũ ſemen eſt filius hominis:ager aũt eſt mundus:bonũ aũt ſemen hi ſunt filij regni:zizanie aũt ſunt filij neq̃: inimicus ãt qui ſuperſeminauit ea eſt diabolus:meſſis aũt ꝯſumatio ſeculi eſt:meſſores ꝟ angeli. Sicut ẽ colligunt zizanie ꝛ igne cõburunt;

ſic erit in conſumatione ſeculi mittet filius hominis angelos ſuos ⁊ colligent de regno eius omnia ſcandala:⁊ eos qui faciunt iniquitatem:⁊ mittent eos in caminum ignis:⁊ erit fletus ⁊ ſtridor dentiuꝫ. Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ:qui habet aures audiendi audiat. Quid dicent amplius increduli:vbi tam validiſſima ⁊ fide digna de futuro iudicio audiuntur teſtimonia:o pertinaces peccatores:o vermiculi debiliſſimi:credite credite futuꝝ eē horrendum iudicium:non ſunt locuti prophete:non Apoſtoli:non deniqꝫ magiſter meus dilectus verba mendacij:qui veritatem tātopere dilexerunt:vt pro illa etiam mori non recuſarent: o ſomnolenti: o pigerrimi ⁊ ventri dediti:recordamini de primo aduentu Jeſu chriſti filij dei de quo per tot annoꝝ milia proclamatū eſt veniet veniet ad redimendum populum:ad ſaluandas gentes:⁊ tandem venit: ⁊ que fuerant de eo predicta per ſcripturas tandem compleuit: proclamat igitur ſcriptura de ſecundo aduētu:⁊ ſic loquitur. Preterea bone iuuenis eſt firmiſſime tenendum ꝙ veniet: veniet inquam fortis ⁊ terribilis:excelſus:⁊ glorioſus:in maieſtate:ad humiliandū ſuperbos:ad reprimendum luxurioſos:ad arguenduꝫ auaros: ad cō demnandum deniqꝫ peccatores ceteros ſempiternis cruciatibus. Quid agit igitur ſterilis anima: cur dormit: cur iudicium horribile venturum ⁊ iudicem ſic acerbe cōminantem non timet: cur peccata non corrigit:non dimittit:non emendat: Quō igitur apud tantū iudicem audebit adeſſe ⁊ tam iuſtiſſimū: Propterea apocalipſis.14. c. Joannes exclamat:vt apud omnes vox ſua ſit clara ⁊ ſatis manifeſta. Audiui angelum voce magna clamantem : timete deum ⁊ date illi gloriam ⁊ honorem:quia venit hora iudicij eius :timeant igitur infimi ⁊ humiles viri ⁊ puelle:timeant primi ⁊ principes orbis terre rectores:timeant milites ⁊ doctores:timeant philoſophi ⁊ gubernatores:timeant preſidentes:timeant principes ⁊ duces:timeant īperatores ⁊ ſancte eccleſie pontifices ⁊ rectores:clamat.11. Joānes timete deum oēs:timete deum:qꝛ veniet ⁊ non tardabit. Tertio ſatis plene probari poteſt futurum eſſe iudicium vniuerſale:via eccleſie ⁊ doctorum:ipſa namqꝫ eccleſia in vtroqꝫ ſymbolo tam Apoſtolorum ꝙ̄ patrum venturum chriſtum ad iudicandum confitetur : ⁊ hic ſeptimus eſt fidei articulus:hinc auguſtinus eccleſie doctor.20. c. de ciuitate dei ſic ait. Tenet omnis eccleſia chriſtum de celo eſſe venturum:ad iudicandum viuos:⁊ mortuos:hinc Hieronimus ad heliodorum de contēptu mundi. Veniet dies illa qua corruptibile hoc ⁊ mortale induat incorruptionem ⁊ imortalitatē: beatus ſeruus quem dominus inueniet vigilantem:tunc ad vocem tube paue

bit turba cum populis:tu gaudebis cum iudicaturo dño: lugubris mundus immugiet:⁊ tribus ad tribus pectora ferient: potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabunt:exibit cum prole ſua venere:tunc ignitus iupiter adducetur:⁊ cum ſuis ſtultus plato diſcipulis ⁊ hoc ſi fuerit dãnatus:Ariſto argumẽta non proderunt:tũc tu ruſticanus exultabis ⁊ gaudebis ⁊ dices: ecce crucifixus meus Deus meus:ecce iudex qui aduolutus pãnis in preſepe vagijt: hic eſt operarij ac queſtuarie filius:hic matris geſtatur ſinu:hominiſqꝫ deus fugit in egyptum:hic veſtitus coccineo ſpinis coronatus: hic magus demonium habens appellatus:cerne manus iudee quas fixeras:vide corpus an idem ſit quod nocte ſuſtuliſſe diſcipulos dixeras. Et idem ait. Aderit illa dies:in qua facta noſtra quaſi in quadã tabula picta demoſtranda ſunt. Quis contradicere poterit: aut quis audebit authoritati tam probatiſſime repugnare: iam audiuimus probatiſſimas doctorum voces que terribile dei iudicium cõminantur futurum. Non igitur letentur non ſecuri viuãt qui in hac vita non puniuntur:non ſunt vane ſcripturarum voces:que peccatoribus maleſacientibus aſſidue mala nunciant. Hinc ſapiens. Veh vobis viri impij qui dereliquiſtis legem domini. Et apocalipſis.ix.c. Audiui vocem vnius angeli per medium celum voce magna clamantem ⁊ dicentem veh:veh:veh habitantibus in terra.i.iniqs peccatoribus ⁊ malis hominibꝰ:o humana temeritas: o deteſtabilis ⁊ periculoſa confidentia eorum:qui in ſua malitia dei iudicium non formidant:o peccatores inſenſati ⁊ amẽtes cogitate aliquamdiu qđ acturi eſtis:quid reſponſuri:dum cognoſcetis nullã fore vobis virtutem aut aſtutiam potentiam qua poteritis iudici venturo obſiſtere in extremo iudicio:conuertimini ad penitentiã ut valeatis in numero electorum eſſe. Ecce manifeſtum eſt bone philoſophe triplici via ⁊ authoritate prophetarum:Apoſtolorũ:⁊ doctorum iudiciũ vniuerſale venturum eſſe ⁊ futurum. PHILO. Tribus futurum modis vniuerſale accepimus iudicium:q ordine ⁊ adducti fuerunt ⁊ ordinati:tamen qa vt iam dixi philoſophi ſumus ⁊ noſtra philoſophica ac naturalia ſequentes principia rationibus magis adheremus ꝙ authoritatibus:ideo ſi que ſunt rationes ĩ mediũ ne pigeat adducere:vt illis:quibus allicitur ⁊ nutritur:intellectus acquieſcat meus:nec prepoſita graue ſit argumenta ſoluere:non.n.parũ apud nos difficultatis continere videntur ⁊ concludere. MAXIM. Naturalibus te allici rationibus audiuimus:⁊ nutriri:⁊ nos per nature principia velle ad vniuerſale futurum iudicium probandũ procedere:vt illis tuus facilius acquieſcat intellectus. Dictum eſt ſi recte

recolis futurum iudicium vniuerſale via naturali probari non poſſe: cum illud ſit ſimpliciter ⁊ abſolute in voluntate ⁊ poteſtate Dei: cuius velle nos naturaliter loquẽdo ignoramus: tñ vt boneſtis petitionibus tuis obſequar libentiſſime efficiam quod bortaris. Naꝫ licet a priori demonſtrationis via procedere non poſſimus topice tñ ⁊ probabiles rationes non deerunt. Teneas igitur fore iudiciũ multis rõnibus. Prima cõgruũ eſt oẽs malos ſeparari ab omnibus bonis. Non.n.malus cõmunicat cum bono niſi ad boc vel vt malus corrigatur: vel vt per euꝫ iuſtus exerceatur: ſed veniet finalis determinatio: vbi nec boni finaliter exerceantur: nec mali corrigãtur: igitur congruum eſt ferre finaliter generalem ſniam: in qua ſeparatio illa generalis appareat iuſta: ⁊ ſic generale iudicium. Secunda congruentia ſeu ratio: quia in ſecretis iudicijs que fiunt latẽt perſonas ſingulas: ⁊ licet ſit iuſtitia non tñ omnibus manifeſta. Rationabile igitur eſt vt deus babeat vniuerſale iudicium: in quo manifeſtetur vniuerſaliter iuſtitia ſua ꝙ in particularibus iudicijs deus exercuit. Tertia rõ ⁊ congruentia: ſicut res ſunt a primo efficiente ita reducũtur ad primũ vt in finem: ſed preter ſpeciales exitus rerum a deo ꝓ illa operatiõe de qua dicit magiſter meus. Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operor: fuit vnus exitus vniuerſalis in prima reruꝫ creatione: ergo a ſimili preter ſingulares productiones congruit vnam eſſe finalem reductionem in ſuum finẽ: ⁊ per conſequens ad vnam finalem ſententiam diſcretiuaꝫ qꝛ mali non reducunſ. Quarta rõ ⁊ melior: quoniã preter boc ꝙ vnuſquiſqꝫ aſcribitur regno vel carceri: tota multitudo preuiſa ad regnũ dꝫ aliqñ determiari ad poſſidendum illud. Et tota alia multitudo relinqui in carcere: vt ſic ſit ſequeſtratio duarum familiarum ſeu duarum ciuitatum: licet ergo ſingulariter nunc iſte nunc ille aſcribatur regno vel carceri: tñ congruum eſt eſſe aliquod iudiciuꝫ generale per quod tota multitudo preuiſa ad regnum mittatur ad regni poſſeſſionẽ: ⁊ tota reliqua vt decet carceri detur. Preterea eſt futurũ vlẽ iudiciũ: vt immenſa miſericordia dei manifeſtetur in premiandis iuſtis: qꝛ ſemper premiat vltra condignum ⁊ punit citra cõdignum. Et ſua infinita iuſtitia ſimul coniuncta cũ maxima miſericordia in peccatorũ punitione: qm̃ vt diximus ſemper citra condignum punit: vt ſic notum ſit omnibꝫ in iudicio exiſtentibus: quõ ſua bonitas atqꝫ iuſtitia in beatorũ premia ⁊ damnatorum punitionem latiſſime ſe extendat. Tum ẽt quia licet anima pro illo inſtanti quo exit de corpore ſit ad vitam eternã iudicata: vel ad penas eternas: tñ congruum eſt ꝙ ſicut ſimul cum corpore in bac vita merebatur vel demerebatur: ita ẽt ſimul cum

Prima cõngruentia.

Secũda congruentia.

Tertia cõgruentia.

Quarta congruentia.

Quinta cõngruentia.

Sexta cõgruẽtia ſatis rationabilis.

corpore

co:po:e ſuum habeat p:emiū ⁊ coniuncta co:po:i maio:i afficiatur leticia. Et hoc nō pōt eſſe in iudicio particulari qn anima de co:po re educit. Eſt igitur opus fo:e iudiciū vniuerſale: in quo aīa ⁊ co:pus ſimul habeāt mercedē ⁊ maio:i afficiantur meſticia ⁊ dolo:e: ⁊ nihil impunitū remaneat: qđ maxime expediens diuine iuſtitie videtur. Hec patēt de veritate vniuerſalis iudicij quo ad rōnes ⁊ cōgruentias. PHIL. Auditis tuis ⁊ rōnibus ⁊ cōgruentijs non niſi diuinitus reuelatis: ad futuri vniuerſitatē iudicij facientibus: nō minima ſum leticia affectus ⁊ gaudio: ſed in vnico adhuc videtur verbo difficultas conſiſtere: naturalibus enim rationibus vniuerſale ꝓbari iudiciū nō poſſe dixeras: mihi aūt (niſi fallo:) multis poſſe naturalibus p:obari rationibus videt ⁊ ſic p:obatur. Deſyderiū naturale ſecundū noſtram doctrinā non poteſt eſſe fruſtra: ſed homo habet deſyderium naturale ad ſemper eſſe. Et iſtud deſyderiū poteſt eſſe notum per naturalem rationem. Et ꝙ illud non ſit impoſſibile: igitur erit generalis reſurrectio: ⁊ per conſequens vniuerſale iudicium. Mino: p:obatur. Nā non fugitur aliquid naturaliter niſi virtute naturalis deſyderij vel timo:is ad aliud: ſed naturaliter fugit homo mo:tem vt patet per experientiam. Patet etiā p Paulum tuum ſocium dicētem. Nolumus ſpoliari ſed ſuperueſtiri: hoc autem totum notum eſt ratione naturali ergo ⁊c. P:eterea naturaliter notum eſt: ꝙ beatitudo naturaliter appetitur: vt patet per noſtram doctrinam tā de beatitudine generali q̄ ſpeciali. Sed notum eſt per rationē naturalē beatitudinem non poſſe eſſe niſi ſempiternā: ergo notum eſt per rōnem naturalem hominē eſſe natum ad perfectionē ſempiternā. P:eterea mo:ientē vita ipſa deſerit: ſi beata: aut ergo nolentem deſerit: aut volentem: aut neutrum. Si nolentem deſerit quomodo eſt beata vita: que ita eſt in voluntate ꝙ non ſit in poteſtate: Si autem volentē: quomodo vita beata erat quam noluit qui habebat: Si dicas neutrum nec nolle nec velle: ſed nec illa beata eſt vita: que talis eſt vt quem beatum facit amo:e eius indigna ſit. P:eterea: naturaliter notum eſt ꝙ tota ſpecies nō caret ſuo fine qn illū in aliquo indiuiduo cōſequat: ſed naturalr notū eſt beatitudinē eſſe finē ſpeciei humane: ergo naturaliter eſt notū hominē poſſe cōſequi illū. Sed non pōt ꝯſequi illū in vita iſta p:opter multas miſerias concomitantes eam (vt ſunt iſta) varietas fo:tune: infirmitas co:po:is: imperfectio ſcientie: ⁊ virtutis inſtabilitas: ⁊ defatigatio in exercēdis actibus perfectis: ita ꝙ nulla operatio licet in p:incipio ſit delectabilis pōt continuari qn ſit tediosa:

Obiectio de futuro iudicio ꝙ uia naturali demoſtrari poſſit.

Et notum eſt per rationē naturalē operationē beatificā nō eſſe ſtudioſam:nec pōt baberi a ſola anima ſeparata: qm̄ in hoc bō non cōſequitur finē ſuum:ergo babebitur in alia vita a toto coniuncto. Preterea notū eſt per rōnem naturalē: ꝙ oīs ſpecies que eſt de integritate vniuerſi eſt perpetua:q2 totū integrum eſt perpetuū: ſed bomo eſt ſpecies perfectiſſima ſaltē inter iſta inferiora: ſumus eni3 nos quodāmodo finis oīu3 ſc͂d3 noſtrā doctrinā ergo ⁊c.hec dixi ſe volui. MATH. Cui video ingenij vebemētiā ⁊ tuoꝝ robur argumentoꝝ:⁊ virtutē:nec tn̄ pbiloſopbica ſequendo principia:ſed ēt ſacrā aſſumēdo ſcripturā cōtra nos concludere niteris:naturalibusq3 ⁊ ſupnaturalibus vniuerſale rōnibus:⁊ autboritatibus ꝓbare iudicium ⁊ non niſi cū difficultate ſolui poſſunt:non ꝓpterea ego recedā ab bis que pro illoꝝ ſolutione:iudicio meo:⁊ dici poſſunt ⁊ teneri. Et primo ad primu3 cum arguitur de deſyderio naturali. Dico ꝙ omne medium ſumptu3 a deſyderio naturali eſt inefficax. Quia ad efficaciā eius oporteret oſtendere vel potentiā naturale3 in natura ad iſtud:vel ꝙ apprebenſio quā ſtati3 ſeqtur iſtud deſyderiū ſi eſt actus elicitus ſit apprebēſio recta vel nō erronea. Et boꝝ primū eſt idē cū cōcluſione que concluditur ex deſyderio naturali. Scd̄m aūt difficilius vel minus notū illa cōcluſione. Et approbationē cum dī ꝙ deſyderiū bominis naturale eſt ad imortalitatem. Dico ꝙ illa ꝓbatio cōcludit eque de quocūq3 bruto. Et ſi dicas ꝙ noſter pbiloſopbus dicit ꝙ melius eſt in omnibus eſſe q̄3 non eſſe. Rn̄deo ꝙ iſta autboritas eſt ad oppoſitū:quia eque cōcluderetur in bruto ſicut in bomine. PHI. Contra q2 adbuc vī argumentum manere in robore ſuo: q2 fugiens naturaliter vnū oppoſitum nō fugit niſi ꝓpter amorē alterius oppoſiti. Modo aūt bomo naturaliter fugit mortem:ergo naturaliter diligit ſemper eſſe. MATH. Ex argumento ſeqtur ꝙ cum fugiat mortem pro nunc:ergo amat vitam pro nūc:⁊ ſic de quolibet nunc ſignato:ſed nō ſeqtur ergo pro infinito. Ad illud aūt ſocij mei Pauli.ſ.nolumus ſpoliari. Dico ꝙ nos nolimus inſpirati ſiue certificati per fide3:⁊ vtiq3 nolumus naturaliter:ſic ꝙ iſtud nolle eſt ſcd̄m naturalē inclinationem: ſed nō eſt notum ſcd̄m rōnē naturalem ꝙ iſtud nolle ſit ſcd̄m inclinationem naturalē. Ad ſcd̄m de beatitudine. Rn̄deo ꝙ verū eſt de beatitudine: non ſolū in vniuerſali:ſed ēt in ſpeciali appeti naturaliter ab boīe:ſ3 non eſt notū naturali rōne ꝙ ipſa in particulari:que.ſ. cōſiſtit in illo quo nos credimus illam ꝯſiſtere:appetitur naturaliter ab bomine: oporteret.n.eſſe notū per rationē naturalem ꝙ ille actus nobis eſt

Nolle expoliari non eſt notū ſcd̄m rationem naturalem.

conueniens tanq̄ finis. Cum aūt probas ſcd̄m veſtrā doctrinaʒ ꝙ beatitudo non tantū in generali ſed ēt in ſpeciali naturalr̄ appetit. Rn̄deo amator ſapiētie ⁊ dico ꝙ ēt illa ratio beatitudinis quā vos philoſophi reputatis ſpecialē: que.ſ.conſiſtit in ſpeculatione altiſſimarū cāꝝ perfectiſſima poſſibili homini eſt valde ratio vniuerſalis: in ſpeciali aūt deſcendēdo philoſophus non videt̄ proceſſiſſe vltra ſpeculationeʒ perfectiſſimā in vita iſta: vnde philoſophus inquiſita illa beatitudine hominis ſubdit oportere ⁊ corpus ſanū eſſe ⁊ cibū ⁊ famulatum eſſe non tn̄ exiſtimandū multis ⁊ magnis indigere felicem: ergo felicitas illa ſpecialis quam nos ponimus: quoniam ponimus ſpeculationē homini poſſibilē longe perfectior eſt quacūqʒ poſſibili ſibi in uita iſta: non eſt naturaliter nota eſſe finis noſter. Nec naturaliter notum eam naturaliter appeti a nobis tanq̄ fineʒ. Cum vlterius arguitur beatitudinem non poſſe: niſi ſempiternam eſſe: dabitur illud membrū ab illo: qui tenet beatitudinem humanā poſſe haberi in vita preſenti: ſcilicet ꝙ volens admittit eam: q: debʒ ſecundum rectam rationē velle conditionem propriam nature ſue. Recta autē ratio oſtēdit iſti non habenti fideʒ: vt videtur ſibi: ꝙ cōditio nature ſue eſt mortalitas tam anime q̄ corporis. Et ideo debet velle ſicut vitam amittere: ita ⁊ beatitudinem. Et cum dicis nō eſt vita beata: que non erat amata ab habente: verum eſt: ſi non eſſet amata pro quando eſſet poſſibilis ⁊ conueniens illi amanti: ſed ſic eſſe conuenientem per rationem naturalem non eſt notum. Ad aliud argumentū de cognitione finis ⁊c. Dico bone iuuenis ⁊ philo. ꝙ notum eſt hominem poſſe conſequi finem ſuum in aliquo indiuiduo: ⁊ per conſequens beatitudinem in illo gradu: in quo notum eſt beatitudinem eſſe finem hominis. Et cum dicis hoc eſſe impoſſibile in vita iſta: dicitur ꝙ impoſſibilitas illa nō eſt nota in vita iſta per rationē naturalem. Et cum adducis infortunia: infirmitateʒ corporis: imperfectionem virtutis ⁊ ſcientie. Reſpōdeo ꝙ hec omnia repugnant perfecte felicitati: qualem notum eſt competere intelligentie: ſed non qualem notum eſt competere homini. Ad quartum dico ꝙ illa ſpecies perpetuabitur in vniuerſo per ſucceſſioneʒ indiuiduorum: quam poneret philoſophus per generationem cōtinuam. Non autē continuabitur per vitam alicuius vel aliquoruʒ in ſpecie. Ex his apparet quante ſint gratie referende miſericordie creatoris: qui nos per fidem certiſſimos reddit in his que pertinēt ad finem noſtrum: ⁊ ad perpetuitatem ſempiternam: ad que ingenioſiſſimi ⁊ eruditiſſimi quaſi nihil poterant attingere: patet ergo

quod dicendū erat ad tua argumenta pꝛepoſita. Cum vlterius ar/gumentaris ꝙ iudicium vniuerſale non ſit futurum: quoniã vnus eſt interitus hominis ⁊ iumentoꝛum ⁊c. Dico ꝙ Salomon fuit in iſto libꝛo contionatoꝛ nunc allegans pꝛo parte ſtultoꝛum: nunc re/ſpondens ſcōm ſententiã ſapientiū. Et illud dictum eſt contionan do pꝛo ſtultis: ⁊ quod ſit verum: patet q: contradicit illi ſentẽtie ca pitulo vltimo. Ibit homo in domum eternitatis ſue: ⁊ finẽ loquẽdi omnes pariter audiamus. Deum time: ⁊ mãdata eius ſerua hoc eſt omnis homo: patet ergo ꝙ hoc non fuit de intentione Salomo/nis ꝙ vnus eſſet interitus hominis ⁊ iumentoꝛū. Ad ſecundū argu mentum: cum dicitur homo cū doꝛmierit non reſurget: donec at/teratur celū non euigilabit ⁊c. Reſpondeo ꝙ licet celum nunquã atteretur quantum ad ſubſtantiam: tamen atteretur quantum ad influentiam in iſta inferioꝛa generando ⁊ coꝛrumpendo: quia poſt diem iudicij ceſſabit iſta influentia: vel poſſet dici ꝙ Job loquitur de illo celo de quo loquitur Petrus ſocius meus in canonica ſua. Celi caloꝛe ſoluentur ꝙ non intelligitur niſi de celo elementari. Ad aliud philoſophi. Dico ꝙ ibi diſtinguit circulationem in coꝛ/poꝛibus celeſtibus a circulatione incoꝛruptibilibus: quia ibi ſubſtã tia non coꝛrumpitur niſi per motum. Et ideo redit eadē non ſicut accipiens eſſe per iſtum motum: ſed fit pꝛeſens eidem parti per mo tum reducentem: ſed circulatio in iſtis inferioꝛibus: eſt ſecundū coꝛ ruptionem foꝛme ſubſtantialis: ⁊ reductionem eius. Et ideo non ſic redit idem numero. Ad vltimum cum dicitur ꝙ non redibit ea/dem vnio numero quia interrupta eſt: ergo nec idem coꝛruptum. Reſpondeo ꝙ vnio poteſt capi dupliciter: vno modo pꝛo relatio/ne partium vnitarum ad inuicem: alio modo pꝛo paſſione que non manet niſi in inſtanti reſurrectionis: ſi accipiatur pꝛo relatione par tium vnitarum. Sic dico ꝙ redibit eadem vnio. Et cum dicitur ꝙ illa vnio fuit interrupta. Dico ꝙ interruptum poteſt redire idem numero: ⁊ non tantum abſolutum: ſed ⁊ reſpectus ſi extrema eius redeãt eadē numero: credo. n. beatã Mariã habuiſſe eandem rela tionē ad filiū poſt paſſionē quã habuit ante Chriſti paſſionem: ⁊ tñ fuit interrupta. Et in moꝛte Chriſti pp deſtructionē termini. Et in moꝛte Marie, pꝑter deſtructionē fundamẽti. Ad cetera argumẽta tua: cum dicis iudicium vniuerſale non eſſe futurum pp illud magi/ſtri mei dictum. Nunc iudiciū eſt mūdi. Dico ꝙ magiſter meus lo quitur de iudicio quo demon infernalis iudicabat expelli ex hoc mūdo quē poſſidebat: licet tyrãnice ꝑ merita paſſionis magrī mei: ⁊ non

Celum attere tur quãtū ad influẽtiã, nō tñ quantū ad ſubſtantiam.

Vnio pt capi dupliciter.

Non tñ cor ruptū abſolu tum pt redire idē numero, ſed etiã reſpe/ctus.

Qūo intelli/gitur authori tas Chriſti.

⁊ non loquitur de iudicio vniuerſali. Et hoc eſt quod ſequitur in il
lo euangelio poſt illa verba. Nunc princeps mundi huius eiicietur
foras. Ad ſecundum de Naū propheta. Cum dicebat non puniet
dn̄s bis in idipſum. Et ad illud Auguſti. in quo quem inuenerit vl/
timus eius dies in eo inueniet vltimus ſeculi dies. Si igitur iudiciū
vniuſcuiuſqꝫ eſt in mortis articulo: ergo non erit aliud. Ad hoc Di
co ꝙ dominus non puniet bis in idipſum: quia lꝫ vnuſquiſqꝫ in quā
tum perſona priuata iudicatur: ⁊ finaliter quando eſt in termino vie
ſibi prefixe: ſed in quantum eſt pars familie deputate pro aula: vel fa
milie deputate pro carcere iudicabitur cum alijs iudicio finali: vel
aliter dici poteſt ꝙ licet anima pro illo inſtanti quo exit de corpore
ſit iudicata ad vitam eternam; vel ad penas eternas: non tamen ſe/
quitur quod idem bis iudicetur: quia in iudicio vniuerſali: non tan/
tuꝫ quantū ad animam: verū etiā quantum ad corpus iudicabit: qꝛ
diuine iuſtitie conuenit premiare ⁊ dare vnicuiqꝫ ſecundū ſua meri/
ta ⁊ demerita. Et ſicut in hoc mundo anima ſimul cum corpore me
rebatur ⁊ demerebatur. Ita conueniens eſt vt totuꝫ premietur vel
puniatur. Et ideo q̄uis anima in hora mortis ſit ſimpliciter ſenten
tiata ad vitam eternam: vel ad penas eternas: non tamen quantum
ad illam gloriam accidentalem quam habere debet cum fuerit cum
corpore coniuncta. Et ſimiliter de pena quam anima dānata habe
bit cum corpore coniuncta. Et ideo licet anima ſit iudicata in hora
mortis: non tamen quantum ad hoc ſcilicet ad gaudium ſiue gloriā
accidentalem: ſeu penam: nec quantum ad doteꝫ corporis. Et ideo
non bis iudicatur: ⁊ hoc quantum ad dictum prophete ⁊ auguſti.
Preterea cum dicitur in pſalmo. Non reſurgent ipij in iudicio ⁊c̄.
Dico verum eſt quo ad vitam eternam: ſed ad mortem eternam i/
pij reſurgent: iuxta illud machabeorum dictum eſt antiocho ſibi au
tem reſurrectio ad vitam non erit: quia ampliori pena punientur.
Et ad illud euangelij. Sedebitis ſuper ſedem iudicantes duodeci
tribuꝫ iſrael. Et ad illud Grego. ſimul. Reſpōdeo ꝙ in iudicio erūt — In iudicio q̄t
quattuor ordines: vnus illorum qui iudicabunt ⁊ non iudicabun/ — tuor erunt or
tur. Ad hoc dico quod perfecti quantum ad diſceptationem pre — dines.
cedentem ſententiam non iudicabuntur: ſed nec ipſi nec alij iudi/
cio pertinente ad eos vt priuatas perſonas: ſed in eo quod di/
citur venite benedicti patris mei percipite regnum: omnes filij re/
gni iudicabuntur iudicio vniuerſali: vt heredes illius regni. Si/
militer infideles quantum ad diſceptationem premiam non iu/
dicabuntur iudicio generali: ſed in illo ite maledicti in ignem eter/

num. Et ipſi alij pro quibus prolata eſt diſceptatio iudicabuntur in cõi vt membra carceris. Et tunc accreſcet aliquod gaudiũ vnicuiqʒ electo vltra illud quod habet in iudicio particulari: qꝛ quilibet gaudebit de integritate ciuitatis. Et accreſcet aliqđ ſupplicium cuilibet dãnato vltra ſupplicium particulare ſibi taxatum: qꝛ repletio carceris vnũquemqʒ incarceratuʒ anguſtat. Sed pro ampliori notitia eſt notandũ ꝙ iudicium poteſt accipi quinqʒ modis ſiue cõpetere quinqʒ modis. Primo modo ex ordinata potentia ſeu poteſtate. Et ſic iudicabit tota trinitas. Secũdo modo delegata poteſtate ⁊ ſic iudicabit magiſter meus inquantum homo. Hinc ſocius meus Joannes in apocalipſi ait. Aſpicieb ã in viſione noctis: ⁊ ecce cum nubibus celi quaſi filius hominis veniebat: ⁊ vſqʒ ad antiquuʒ dierum peruenit ⁊ in cõſpectu eius obtulerunt: ⁊ dedit ei poteſtatẽ ⁊ honorem ⁊ regnum: vt oẽs populi ipſi ⁊ lingue ſeruient. Et poteſtas eius poteſtas eterna: que non auferetur ⁊ regnum eius qđ nõ corrũpetur. Tertio modo aſſeſſoria dignitate. Et ſic iudicabũt viri perfecti: qui erunt ꝓpter perfectionem meritoꝝ ſuorum aſſiſtẽtes iudicii: ideo magiſter meus iudeis dixit de nobis: ideo ipſi iudices veſtri erũt. Quarto modo approbatione. Et ſic iudicabũt omnes electi omnes. n. approbabunt iudicis ſniam: vnde. ſocius meus Joãnes in apocalipſi ait. Audiui quaſi vocẽ turbarum multaruʒ in celo dicentiuʒ alleluya: laus: honor: ⁊ gloria deo noſtro: quia vera ⁊ iuſta ſunt iudicia eius. Quinto modo comparatione: quia minus mali iudicabunt peiores. Et ſic ſumitur iudiciũ in authoritate pᷣcallegata de Niniuitis: ⁊ ſic patet quantum ad. pꝛimum quod querebatur: videlʒ qualiter iudiciũ vniuerſale omnino eſſe futurũ. Quantum ad ſecundũ principale: cum. queritur quomodo tale iudicium erit ordinatum ⁊ diſpoſitum. Dicã bene inuenis: ſed pro huius intelligentia ⁊ declaratione eſt notandũ: ꝙ ad perfectum iudiciũ quinqʒ requiruntur principaliter: ſcilicet Judex: Reus: Locus iudicij: Accuſator: ⁊ Teſtis. Primo ergo in hoc iudicio adueniet iudex: ſcilicʒ dei filius: magiſter meus chꝛiſtus (vt ipſe ait.) Filius. n. hominis vẽturus eſt cum gloria patris ſui cũm angelis ſuis: ⁊ tunc reddet vnicuiqʒ ſcđm opera ſua. Angeli autẽ deferent ante eum lignũ ſiue vexillum crucis ⁊ oĩa inſtrumenta paſſionis eius miraculoſe reformata. PHJ. Dic queſo o Mathee: quõ veniet iſte iudex: mira. n. ſunt que audiui: que apud nos philoſophos videnť incredibilia. MATHE. Quõ iudex veniet: ſocius meus Joãnes dum raptus fuiſſʒ ad diuina myſteria ⁊ archana celeſtia videda ſcribit. Unde in apo-

Iudicium pt competeť alicui quinque modis.

Ad pfectũ iudiciũ quinqʒ reqruntur.

talipſi ait. Uidi ⁊ ecce nubē lucidā: ⁊ ſuper nubem ſedentem ſimilē filio hominis: habentē in capite ſuo coronam aureā: ⁊ in manu ſua falcē acutā. Et idem ecce veniet dominus in ſanctis milibus ſuis fa/cere iudiciū contra oēs: ⁊ arguere impios de operibus impietatis eoꝝ. Et licet poteſtas ⁊ iudiciaria authoritas iudicādi pertineat im mediate ad totā trinitatē: ſiue ad deum: tamē tota trinitas dedit au thoritatē iudicandi homini Chriſto: hinc magiſter meus ait. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. Et Joānes ſocius meus ait. Pater omne iudicium dedit filio. Sancti autē apoſtoli ſocij mei iu dicabunt ſimul cum Chriſto: nō vt principales ſed vt aſſeſſores. Et hoc eſt ꝙ Salomon ſpiritu ſancto afflatus dixit ſapientie. c. 3. Judi/cabunt nationes ⁊ dominabuntur populis. Et magiſter meus dile ctus cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedem iudicantes duodecī tribus iſrael. PHJL. Dic queſo o Mathee qd intelligitur pro duodecī tribubus iſrael: ⁊ pro duo decim apoſtolis. MATH. Pro duodecim tribubus iſrael: ⁊ per duodecī apoſtolos itelligitur vniuerſitas iudicādoꝝ: ⁊ oēs electi. Et iō ſocius meus Paulus ait. An neſcitis qa angelos malos iudi/cabimus. Alij aūt qui non fuerunt ita perfecti tn̄ ſaluati ſunt iudica/bunt reprobos ſentētia approbationis: qr approbabunt ſententiā iudicis. Hinc ſocius meus Joannes ait. Audiui vocem turbarum multarum in celo dicentiū: laus: honor: ⁊ gloria: dn̄o deo noſtro: qr vera ſunt iudicia eius: ⁊ hoc modo iudicabunt omnes electi. Di cuntur etiam minus mali iudicare peiores ſiue deteriores ratione maioris ſceleris pertractati. Et ſic intelligitur illud magiſtri mei di ctum viri Niniuite ſurgent in iudicio ⁊ condēnabunt generationē illam. PHJL. Dic queſo nunqd oēs reſurgentes videbunt iudicē equali modo: cum ſit ꝙ erunt in equali diſtātia ⁊ proportione ob/iecti ad potentiam. MATH. Dico ꝙ nullus de reprobis videbit diuinitatē Chriſti per viſionem claram ⁊ apertam. Quia ſi dānati clare ⁊ diſtincte viderent Chriſti diuinitatē: tūc in illa viſione eſſent beati (vt ait ſocius meus Joannes.) Hec eſt vita eterna vt cogno/ſcāt te verū deum: ſed hoc eſt impoſſibile: ⁊ ideo nō videbunt eius diuinitatē. Tamen dānati cognoſcēt per ſigna certiſſima ⁊ effectus manifeſtos ꝙ Chriſtus eſt Deus: ⁊ omnipotens ⁊ videbunt huma nitatē eius: ex qua tamen viſione non recipiēt aliquam delectatio/nem ſed maximam triſtitiā ⁊ penam: quia oculus infirmus offendi/tur videndo lucem maximam: ⁊ apparebit eis tam terribilis: vt po/tius vellent ꝙ infernus obſorberet eos q̄ʒ illius vultū intueri ⁊ ſen tentiam expectare. De viſione autē diuinitatis habetur Eſaie. 26.

capi. vbi dicitur. Impius non videbit gloꝛiam domini. De viſione autē humanitatis glorioſe inquit idem: loquens ipſe domino Jeſu de reprobis. Videant ⁊ confundantur: ⁊ ignis hoſtes tuos deuoret: econtra autem apparebit electis vultu placabili ⁊ iucūdiſſimo: qui beati videbunt oculo mentali diuinitatem Chꝛiſti in ꝓpria foꝛma ſiue eſſentia hoc eſt ꝙ Eſaias ait. Regē in decoꝛe ſuo videbūt ⁊ hoc quantum ad iudicem. Scđm qđ requiritur ad iudicium: eſt ꝙ reus ſit pꝛeſens: ideo omnes erunt pꝛeſentes iudici iudicaturo ⁊ citabuntur ad iudicium ſacro euangelio atteſtante: mittet angelos ſuos cum tuba ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius a quatuoꝛ ventis a ſummis celoꝛum vſq₃ ad coꝛum terminos. PHIL. Dic obſecro Mathee in quo loco ſurgent moꝛtui in die iudicij.

In quo loco reſurgēt moꝛtui. MATH. In illis locis vbi erit pars pꝛincipalis coꝛpoꝛis tempoꝛe reſurrectionis: ſiue a pꝛincipio fuerunt ſepulta coꝛū coꝛpoꝛa: ſiue alibi tranſlata. Si aute₃ illo tēpoꝛe continget partes coꝛpoꝛis pꝛincipales eque eſſe in diuerſis locis: vt ꝗa medietas capitis ⁊ medietas coꝛdis ⁊ omniu₃ alioꝛum membꝛoꝛum: ſit in vno loco: ⁊ alia in alio loco: reſurgent in illo loco qui erit minus diſtans a loco moꝛtis vel iudicij: tamen abſolute ⁊ vniuerſaliter loquendo de lege cōmuni reſurgent in illo loco in quo moꝛtui ſunt ⁊ ſepulti: quod pꝛobatur per Ezechielem. 37. c. dicentem. Ecce ego aperiam tumulos veſtros: ⁊ educam vos de ſepulchꝛis veſtris. Pꝛo cuius declaratione eſt notandū ꝙ tuba non erit cauſa noſtre reſurrectionis: ſcilicet efficiens: ſed tantum erit cauſa inſtrumētalis. PHILO. Dic ergo quomodo fiet iſta reſurrectio: mira enim videntur nobis ⁊ naturalis ſuperare uires: ⁊ de facili a nobis non poſſe cognoſci. MATHE. In deſcenſu Jeſu Chꝛiſti magiſtri mei ad iudicium iubebit partes quaſcūq₃ coꝛpoꝛum moꝛtuoꝛum recolligi per myſteriu₃ angeloꝝ: ⁊ ex illis puluerib⁹ recollectis pꝛecipiet coꝛpoꝛa refoꝛmari ⁊ refoꝛmatis aīas vniri: ⁊ hoc fiet miraculoſe: quoniā virtute creata fieri non poteſt. PHILO. Nondum meus quieuit intellectus: nā circa ea que dixiſti videlicet ꝙ omnes ad iudicium vocabūtur multe mihi occurrunt difficultates: ⁊ diuerſa exoꝛiuntur dubia. Pꝛimū

Obiectio. quia nullus iuſtus debet vocari ad iudicium: quia ſocius tuus Joānes dicit. Qui credit in eo non iudicabitur. Secundo nullus infidelis veniet ad iudicium: quia ibi ſequitur. Qui autē non credit ia₃ iudicatus eſt. Tertio nec paruuli qui nihil boni aut mali opati ſunt: quia non poſſunt de bono aut malo cogitari ſeu condēnari: quia fruſtra eſſet iudicium. MATH. Tunc ex ſacra ſcriptura exoꝛiuntur obiectiones: que multis facere videntur negocium: bꝛeuiter tamen

ad ea reſpondeo. Pro cuius declaratione eſt notandum q in iudicio conſyderanda ſunt duo. Primū diſcuſſio pro meritis ꝛ demeritis. Secundū retributio pro malis ꝛ bonis operibus. Quantū ad primum ſcilicet quo ad retributionem omnes iudicabuntur etiam angeli tam boni q̄ mali: boni enim angeli quāuis ſuā habeant beatitudinem eſſentialem: tamen pro miniſterio quod nobis exhibuerunt habebunt aliquam beatitudinem accidētalem. Similiter mali angeli recipient ſi quid pene deeſt eis. Similiter reprobi homines recipient ſupplementum ſuarum penarum: quia in anima ꝛ corpore erunt puniti: q non ſit in morte ꝛ augumentabuntur eorum ſupplicia poſt iudicium. Ex quo ſequitur q dānati nunquam vellent eſſe futurum iudicium. Et per oppoſitum beati maxime expectant illud: quia vt diximus eorum gloria ſaltem accidentalis augetur. Et ſimiliter pena dānatorum vt diximus. Et hec eſt ratio quare in iudicio debent omnes apparere tam boni q̄ mali angeli ſiue homines. Cum ergo dicis qui credit non iudicatur. Reſpondeo pro cuius intelligentia eſt notandum: q aliqui iudicabūtur ꝛ peribunt: vt illi qui aliqua bona habuerunt permiſta ſuis malis: ſed mala in morte preualuerunt: ideſt in peccato mortali mortui ſunt. Aliqui non iudicabuntur ꝛ peribunt: vt illi qui fundamento fidei caruerunt. Et hoc loquendo poſt publicationem euangelij. Aliqui autē iudicabuntur ꝛ ſaluabuntur: vt hi quorum merita fuerunt permiſta malis ꝛ denique in gratia deceſſerunt. Aliqui non iudicabuntur ꝛ ſaluabuntur: vt ij quorum merita fuerūt ita perfecta: vt nullis malis fuerunt permiſta: aut pauciſſimis: tamen per penitentiam fuerūt purgata: vt ſunt viri perfecti: ſiue ſancti ꝛ puri: decedentes abſque peccato originali: ſimiliter ꝛ angeli ſancti. Quando ergo dicitur qui credit non iudicatur intelligitur de perfectis quo ad diſcuſſionem: quia nulla habent mala diſcutienda: non autem quantum ad retributionem. Et cum dicitur qui non credit iam iudicatus eſt. Dico q intelligitur de infidelibus quo ad diſcuſſionem: quia tam horrenda peccata ſua erunt q diſcuſſione non indigebunt: tamen ſurgent in iudicio punitionis. Et ſequitur neque peccatores in conſilio iuſtorum: ſcilicet ſententia approbationis: tamen ſurgent in iudicio coram iudice approbationis vt puniantur. Et ſic patet quantum ad dubia: ꝛ ſecundum q requirebatur ad iudicium: ſcilicet rei repreſentatio. Tertium q̄d requiritur eſt locus iudicij. PHI. Dic queſo in quo loco dñs iudicabit ꝛ cōgregabuntur omnes gentes. MAGTHE. Dicam in valle Joſaphat. Sic. n. deus loquitur p os

Duo ſunt ī iudicio cōſyderanda, diſcuſſio & retributio.

Dānati nū̄q̄ uellēt eſſe futurū iudiciū.

Nota hāc diſcuſſionē & pceſſum.

De loco iudi cii.

Johelis pꝛophete .c.3. dicens. Aducam oẽs gentes in valle Joſa phat: ⁊ diſceptabo cum eis. Pꝛo cuius intelligentia eſt notandum: ꝙ magiſter meus non deſcendet in valle Joſaphat: ſed ſuper mon tem oliueti: de quo in celum aſcendit ⁊ reſidebit in aere in thꝛono fulgidiſſimo in loco alto: vt ab oibus poſſit videri: parum citra locū in quo apoſtoli eum dereliquerunt: homines aūt ꝯgregabuntur in valle Joſaphat: cui pꝛeeminet mons oliueti: ⁊ quot in illa valle poterunt eſſe: tot erunt ibi: alij circa vallem: aliqui pꝛopinquius: ali qui remotius: electis tñ exiſtentibus ad dexteraꝫ iudicis non in ter ra: ſed in aere iuxta illud ſocij mei pauli. Rapiemur cum illis in nubi bus obuiā chꝛiſto in aera: ſed perfecti eminenter ⁊ magis pꝛope iu dicem erunt: repꝛobi vero ſtabunt in terra ad ſiniſtram iudicis: licet aliqui dicant ꝙ magis congruum eſt: ꝙ chꝛiſtus iudicando ſtet in aere ſuper montē oliueti q̄ ſuper locum in quo paſſus eſt: quia paſ ſus eſt in foꝛma infirma: ſed iudicabit in foꝛma gloꝛioſa: ſicut ⁊ aſcen dit. Dicitur aūt ꝙ iudicabit in valle Joſaphat: quia Joſaphat inter pꝛetatur locus iudicij. Et ſic patet quantum ad tertium quod req rebatur ad futurū iudicium. Quartum quod requiritur in iudicio eſt accuſatoꝛ: quia nō dꝫ iudex condemnare aliquem niſi coꝛaꝫ eo ſit accuſatus. PHILO. Mira nobis expoſita videntur: ⁊ enarrata: cum deus eternus ſumma ſit ſapientia: immo ipſius ſcientia idem ſit quod deus: ante cuius conſpectum oia nuda: clara ſunt: ⁊ aperta: quid ergo opus eſt teſtibus. MATH. Diuina ignoꝛantibus my ſteria: ⁊ nature tm̄ veſtigia ſequētibus pꝛimo aſpectu eſſe videntur abſurda: ſed veritate cognita ois ab humana mēte vmbꝛa diſcedet. Pꝛo cuius declaratione eſt notandū: ꝙ licet deus ab eterno in in ſtanti indiuiſibili eternitatis perfectiſſime ⁊ intuitiue ſine diſcurſu no uerit omnia pꝛeterita pꝛeſentia ⁊ futura ⁊ poſſibilia fieri: ⁊ per con ſequens cum omnia ſint nuda ⁊ aperta ante faciē dei (vt dixiſti) nō indiget accuſatoꝛe ⁊ teſte quantum eſt ex ſe: tñ quia non ſufficit ꝙ crimina ſint nota iudici: ſed opus eſt vt ſint nota in foꝛma iudicij: qꝛ iudex debet iudicare ſecundum allegata ⁊ appꝛobata. Et ideo in vniuerſali iudicio erunt accuſatoꝛes: ſumma igitur dei pꝛouidentia faciet venire accuſatoꝛes qui erūt quatuoꝛ. Pꝛimus erit pꝛopꝛia cō ſcientia: hic Hiere. exclamat. c.2. Arguet te malitia tua. Et Paulus ſocius meus ait teſtimonium redente illis conſcientia coꝛum: tunc i conſcientia cuiuſcunqꝫ patebunt omnia ſcelera: ⁊ qui penitentiā nō fecerunt de peccatis ſuis in conſpectu totius mundi confundentur: quia peccatum dicet vnicuiqꝫ tu me feciſti: opus tuum ſum ſemper

Quatuor erūt accuſatores i iudicio.

tecum ero. Scđs accuſator erit ſacra ſcriptura: erunt ⁊ prophete ⁊ predicatores. Unde ſocius meus Joannes ait. Eſt qui vos accuſat Moiſes ⁊ lex moiſi. Tertius erit celum cum omnibus creaturis: hinc Job. 20. c. ait. Reuelabunt celi iniquitatē eius: ⁊ terra conſurget aduerſus eū: vnde in die iudicij contra peccatores celum dicet: ego lucem ipſi miniſtraui ad ſolatium: aer dicet ego dedi omne genus auium ad ſolatium ⁊ obſequium: aqua dicet ego oē genus piſcium dedi ad eſum: terra dicet ego panem ⁊ vinum dedi ad nutrimentum: quapropter ignis dicet in me comburatur: aqua dicet in me ſubmergatur: aer dicet in me ventilet terra dicet a me abſorbeatur: infernus dicet a me diglutiatur. Quartus accuſator erit demon infernalis: hinc ſocius meus Joannes apoca. 12. ait. Diabolus accuſator eſt fratrum qui accuſabit eos ante conſpectum dñi dei noſtri ſed inter ceteros demones accuſantes erūt quinqȝ. Primus demō erit lucifer: qui trahet poſt ſe omnes reges: principes: duces: comites: Imperatores: ac milites prauos: ⁊ oēs alios iprobos. PHJ. Mirabile dictū Mathee: quod modo audiui cum ſint angeli ſeparate ſubſtantie omnino immateriales: ⁊ incorporei ⁊ conſequenter nullo modo colorati: cum ſecundum doctrinā noſtrā ſenſus ſe vſqȝ ad rei ſubſtantiam non profundant. MATH. Ne adeo ignaros nos eſſe credas ⁊ a veritate alienos: vt ſubſtantias omnino immateriales atqȝ in eſſentia ſiue ſubſtantia ſeparatas a ſenſibus putemus cognoſci poſſe. Dico ergo ꝙ apparebūt in corpore horribili aſſumpto nigerrimo: ⁊ accuſabunt dictos improbos ante iudicem dicentes tu me ꝑꝑ ſuperbiam de celo ꝓieciſti equiſſime iudex: ecce oēs iſti nequiſſimi legem ⁊ precepta tua contempſerunt: pupillos ⁊ viduas interfecerunt: vt ſuperbie ſue vacarent ⁊ ſatiſfacerent: tu autē in Euangelio dixiſti. Qui ſe exaltat humiliabitur ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur: ergo humilia eos vſqȝ ad profundum inferni: quia iſti principes ⁊ reges non ſecundum iura fecerunt immo pupillos ⁊ viduas calumniauerunt ⁊ vexauerunt: iuſtitiam vendiderunt: ⁊ omne malum contra rectam iuſtitiam fecerunt: ergo uindica eos: tunc iudex magiſter meus voluet ſē ad ſanctos prophetas ⁊ apoſtolos ſocios meos dicens. Dicatis quid decretum ſit a ſancto ſpiritu meo de iſtis: tunc ſurget Ezechiel propheta dicēs ego prophetaui. 22. c. Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effūdendum ſanguinem: patrem ⁊ matrem contumelijs affecerunt: aduenam calumniati ſunt: pupillum ⁊ viduam contriſtauerunt: ſanctuaria mea ſpreuerunt: ⁊ ſabbata mea polluerunt: viri detractores fuerūt in te: ⁊ ſcelus operati ſunt in medio tui. Propterea ecce ego cō/

gregabo vos in medio Hieruſalem congregatione argenti ⁊ eris: ⁊ ferri:⁊ ſtamni:⁊ plumbi in medio fornacis ⁊ ſuccendam in ea ignes ad conflandu3:in igne furoris mei conflabimini in medio eius vt cō flatur argentu3 i medio fornacis. Quibus dictis dicet magiſter me° vultu terribili lucifero ⁊ ſatellitibus eius ſeparate eos ad ſiniſtram partem. Et ſic fiet. Secundo veniet alius demon qui vocatur mamon ducens ante ſe malos aduocatos:notarios:procuratores:iudices:poteſtates:⁊ oēs officiales malos:⁊ dicet: equiſſime iudex ꝯ iſtos eſt non ſolum lex tua ſancta euangelica ſed etiam lex imperialis ⁊ humana:eos condēnat: quia ꝯ omnes illas leges fecerunt vt expreſſe in multis legibus eorum continetur:⁊ Eſaias propheta dicet:adimpletū eſt quod dixi. Qūo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij: iuſtitia habitauit in ea:nunc aūt homicide argentum tuum verſum eſt in ſcoriam:vinum tuum myxtum eſt aqua: principes tui infideles:ſocij furum:omnes diligunt munera:ſequuntur retributiones:pupilli non diiudicant: ⁊ cauſa vidue non ingredit̄ ad illos:propter hoc ait dominus deus omnipotens exercituum:heu conſolabor ſuper hoſtibus meis:⁊ vindicabor de inimicis meis:⁊c̄. Adducet quoq3 iſte demon oēs malos mercatores ⁊ vſurarios contractus malos facientes:aromatarios ⁊ vendentes venalia q̄ male fecerunt ⁊ cum illis peccatis decefferunt:cōtra quos ſurget Amos propheta dicens:erit in die illa dicit dominus ⁊ tremiſcere faciā terram ⁊ conuertam feſtiuitatem veſtram in luctum: ⁊ oīa cantica veſtra in planctum:preterea adducet iſte demon luſores ⁊ blaſphematores contra quos ſurget Dauid propheta. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum ⁊ in retributionem ⁊ in ſcandalum:obſcurentur oculi eorum ne videant:⁊ dorſum eorum ſemper incurua. Effū de ſuper eos iram tuam ⁊ furor ire tue comprehēdet eos: adducet quoq3 iſte demon omnes qui proximos deceperūt:⁊ qui crudeles contra pauperes fuerunt: contra quos allegabit illud tu equiſſime iudex dixiſti:in qua menſura menſi fueritis remitietur vobis:iſti mē dacijs:periurijs proximos deceperunt:⁊ crudeles erga pauperes fuerunt:nolentes eis facere elemoſinas ⁊ in neceſſitatibus ſubueni re:ergo crudeliter contra eos proferas ſententiam. Et contra eos ſurget meus ſocius Paulus dicens. Ego dixi ꝙ nullus auarus poſſidebit regnum dei:quibus omnibus auditis dicet magiſter meus Sicut beati ſunt pauperes ſpiritu:ita maledicti ſunt auari voluntarie vel facto:ſepara eos ad partem ſiniſtram ⁊ ſic fiet. Tertio veniet alius demon qui vocatur aſmodeus ligatos adducet omnes luxurioſos; inceſtuoſos:ac fornicatores:adulteros ⁊c̄. dicens equiſſime

iudex tu dixiſti in preceptis tuis non mechaberis:nec concupiſces rem proximi tui:qđ iſti nullatenus ſeruare voluerunt:hinc ezechiel ait. Unuſquiſq; in proximum ſuum operatus eſt abominationem ⁊ ſocer nurum ſuam polluit nefarie:frater ſororem ſuam oppreſſit:iđ diſpergam te: ⁊ deficere faciam immundiciam tuam a te: adducet quoq; iſte demon omnes mulieres vanas: ⁊ inhoneſtas: ornatas more meretricio:contra quas ſurget Eſa.dicens. In die illa auferet a vobis dominus ornamentum calciamentorum ⁊ lunulas:⁊ torqs: ⁊ armillas:⁊ murenulas:⁊ annulos ⁊ gēmas:in aure ⁊ in fronte pendentes: ⁊ mutatoria ⁊ pallia ⁊ linteamia ⁊c.preterea adducet oēs gule deditos:omnes quoq; ebrioſos:qui ſunt cauſe luxurie:contra quos ſurget ſocius meus Paulus dicens. Jam dixi omnis fornicator: aut immundus non habebit partem ⁊ hereditatem in regno Chriſti ⁊ dei. Quibus omnibus auditis dicet magiſter meus demonijs. Quantum in delicijs ſuis fuerunt tantum eis date tormentū ⁊ luctū:⁊ ponite ad ſiniſtram partē. Quartus demon qui vocať belzebu:adducet oēs hereticos:ſciſmaticos:incātatores:maleficos ⁊ ſortilegos ⁊ dicet:equiſſime iudex tu precepiſti ꝙ vnum deū adorarent:⁊ non facerent ſculptilia:aut maleficia:iſti oppoſitū fecerunt ⁊ ſacram ſcripturā depravare ſtuduerunt. Eccleſiā tuā ⁊ fidem ꝯtaminauerunt. Quibus magiſter meus dicet iſti ſunt lupi rapaces:fures:⁊ latrones:qui nō ſunt ingreſſi ꝑ hoſtium in ouile ouiū: ſicut debebāt ideo ſeparate eos:⁊ ducite in ſiniſtrā. Quintus demō veniet q vocatur becbmet:q ducet oēs malos clericos:pſbyteros:epiſcopos:archiepiſcopos: cardinales:ſummos pōtifices:⁊ oēs ſimoniacos:⁊ dicet eqſſime iudex tu elegiſti eos ī eccleſia tua:vt facerēt fructus:iſti aūt hypocrite in veſtimētis ouiū ambulantes diſſipauerūt eccleſiā:poti⁹ q̄ edificauerūt. Tunc exurget Ezechiel dicēs. Ueh paſtoribus paſcentibus ſemetipſos:nōne greges paſcuntur a paſtoribus:lac comedebatis:⁊ zonis operiebamini:⁊ quod craſſum erat occidebatis:gregem aūt meum non paſcebatis:qđ infirmū fuit non conſolidaſtis:⁊ quod egrotum non ſanaſtis:⁊ quod fractum nō cōſolidaſtis:⁊ quod abiectum eſt non reduxiſtis ⁊c.ecce ergo ego requiram gregem meum de manu eorum: item adducet iſte demon oēs monachos ⁊ monachas ⁊ falſos religioſos: ꝯtra quos ſurget Dauid dicens. Quare tu enarras iuſtitias meas: ſcilicet predicando bona que non facis:⁊ aſſumis teſtamentum meum ꝑ os tuū: ſcilicet indigne communicando. Tu vero odiſti diſciplinam:ſcilicet regulam tuam. Et proieciſti ſermones meos retrorſum:ſcilicet cōtumaciter inobediendo. Si videbas furem currebas cū eo.ſ.pauper-

tatem non obſeruando. Et cum adulteris portionem tuam ponebas.ſ.votum caſtitatis violando. Os tuum abūdauit malitia:diſcordias ſeminando. Et lingua tua concinauit dolos:dignitatem vſurpando. Sedens aduerſus fratres tuos loquebaris murmurando: ꝛ aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalum: detrahendo: ꝛ bonum in malum conuertēdo. Hec feciſti:ꝛ tacui vſqꝫ huc exiſtimaſti iniqꝫ ſub velo religionis ꝙ ero tui ſimilis conſentiens malis tuis: arguam te iudicando. Quibus auditis dicet magiſter meus hi prolixius iudicium accipient:qꝛ fuerunt magis ingrati:eos ad ſiniſtram ponite. Poſtea veniet demon cuiuſlibet peccati author ante iudicē quemlibet ſingulariter accuſans:tunc recitabuntur verba profeſſionis noſtre:ꝛ obijciet nobis quecunqꝫ fecimus:ꝛ in quo loco peccauerimus:ꝛ qua hora:ꝛ quid boni in illa hora facere poteramus: ꝛ ſi tales inuenti fuerimus:exultabit ille nequiſſimus agens talēꝫ cauſam:dicet.n.equiſſime iudex iudica eſſe meum per culpam: qui eſſe noluit tuus per gratiam:tuus eſt per naturam:meus per miſeriam: tuus per paſſionem:meus per perſuaſionem: tibi inobediens fuit: mihi obediens:a te accepit immortalitatis ſtolam a me criminoſaꝫ hanc quā indutus eſt:tuam veſtem dimiſit: cum mea huc aduenit: omnia que huc attulit:mea eſſe video:mea cōcupiuit:meus eſſe voluit:ꝛ ideo mecum puniri debet:heu heu:hone iuuenis poterit neꝫ quis aperire os ſuum:o infelices:o ſcelerati peccatores:agite agite penitentiam:leuate capita veſtra:conſyderate futurum iudicium:in quo omnia facta veſtra ſubtiliter examinabuntur. Quinto ꝛ vltio examinabuntur teſtes:quorum primus erit angelus cuiuſcunqꝫ:vñ angeli erunt cum iſtis teſtificantes quantuꝫ adminiſtrauerunt a deo miſſi. Secundus teſtis erit filius indiſciplinatus contra patrem: ꝛ filius ſpūalis contra patrem ſpūalem:ꝛ temporalis contra temporalē eo ꝙ propter ipſum ſunt in opprobrium. Tertius teſtis erit clamor pupillorum:orphanorum:ac viduarum:ꝛ oppreſſorum: de quibus ſapiens ait:tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt:ꝛ qui abſtulerunt labores eorum. Videntes aūt timebunt timore horribili ꝛ mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis:dicent eſ intra ſe penitentiam agentes:ꝛ pre anguſtia ſpiritus gementes:hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum:ꝛ in ſimilitudinem improperij:nos inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam ꝛ finem illorum ſine honore:ecce quō computati ſunt inter filios dei:ꝛ inter ſanctos ſors illoruꝫ eſt. Quartus erit magiſter meus ꝛ paſſio eius:vnde crux Chriſti contra te orabit: Jeſus p vulnera ſua contra te allegabit:cicatrices contra te colloquentur:claui

Qui erunt teſtes i iudicio.

de te conquerentur:dicturus eſt.n.magiſter meus peccatoribus in
iudicio.Ego.n.homo de limo terre manibus meis te formaui: ⁊ in
paradiſum meum quod non merebaris collocaui:ſed tu me iuſtaq;
mea contemnens deceptorem ſequi voluiſti:vnde iuſta pena dam/
natus infinitis ſupplicijs deputatus es.Poſtea tui miſertus carnē
aſſumpſi in terra degens:inter peccatores habitaui: contumelias ⁊
verbera propter te ſuſtinui vt te eriperem:colaphos ⁊ ſputa ſuſcepi
vt te honorarem:acetum cum felle bibi vt dulcedinem paradiſi de
guſtares:ſpinis coronatus:Cruci affixus:lancea vulneratus:ſum ꝓ
te mortuus:in inferno eras poſitus ad inferna deſcendi vt te ad pa/
radiſum reducerem:tartara adij:vt in celis regnares:agnoſce ergo
impietas humana quãta pro te pertuli : ecce liuores quos pro te ſu
ſcepi:ecce clauorum foramina quibus affixus ſum cruci:ſuſcepi do/
lores tuos vt te ſanarem ſuſcepi penam tuam:vt tibi darem gloriaꝫ
ſuſcepi mortem vt vitam haberes eternam:o miſeri mortales quid
reſpondebitis dño deo nr̃o iudicaturo:o infelices quid potuit face
re amplius dominus deus tuus:o fili dei patris:o charitas immen
ſa:o ſapientia infinita:quid amplius facere potuiſti pro iſta ingrata
creatura:heu miſer heu infelix:quid reſpondebis iudici? quis aduo
catus tuus erit? Ad quem ſententiam appellabis? cum cuncte crea/
ture contra te exclamabunt? cum iudicem potentiſſimum equiſſimũ
paratum ad iudicãdum videbis? cui omnia ſunt clara ⁊ aperta? heu
heu:tunc non valebunt argumenta tua:non aſtutia tua:non lingua
tua:non pecunia tua:non deniq; malitia tua:tũc erit tempus puniẽ
di ⁊ premiandi:⁊ non amplius tempus penitentiam agendi ⁊ miſe/
rendi:ſed tantum iuſtitie ⁊ vindicte:heu ſi tunc eſſet tempus penitẽ
tie:ſi tunc eſſet tempus emendationis:tunc omnia bona mundi face
re vellemus:tunc cuncta bona huius mundi daremus:tunc ad de/
ſerta ⁊ ſquallida loca accederemus:tunc radicibus herbarum ac aq̃
in ieiunio ⁊ planctu contenti eſſemus:⁊ voces ac lachrymas vſq; ad
ſydera mitteremus:o miſeri:o infelices:o mortales:o ceci:o ſtulti ⁊
tardi corde ad credendum in omnibus que loquti ſunt prophete:
quare non timetis futurum iudicium? quare non conſyderatis ſeue
ritatem diuine iuſtitie? quare non corrigitis vitam veſtram? quid igi
tur facitis? quid tempus amittitis? quid boni operamini? nolite ex/
pectare diem ⁊ horam mortis:nolite expectare diem iudicij:qr tunc
non erit tempus penitentie:tunc inutiles erunt lachrime:ſed diuina
iuſtitia te condemnabit.Hinc ſocius meus Paulus exclamat. Fra/
tres hora eſt nos ꝺ̃ ſomno ſurgere: hora eſt de peccato ſurgere:ho
ra eſt noſtra peccata corrigere:noſtra mala cognoſcere ⁊ flere:vt di

gni inueniamur in conſpectu altiſſimi in horrendo iudicio:⁊ ſic patꝫ
bone iuuenis quantū ad illa que requiruntur ad iudiciuꝫ. Quantū
ad tertium ⁊ vltimum dubium ⁊ queſitum:cum querebas q̄uo tale
iudicium erit executioni demandanduꝫ. Reſpondeo:pro cuius rei
intelligentia eſt notandum:ꝙ ad executioneꝫ futuri iudicij tria per
ordinem obſeruabuntur. Primū erit iuſtorum allocutio. Secundū
damnatorū condēnatio. Tertium inferni ſigillatio. Primo enim lo-
co:in iudicio erit iuſtorum collocutio:que lingua que vox poterit
exprimere:q̄ꝫ dulciter:q̄ꝫ ſuauiter ineffabilis dei bonitas loquetur
ſanctis ſuis. Nā hilari vultu:facie ſerena:voce ſuaui vertet ſe ad eos
⁊ maxime ad reuerendam matrem ſuam dicens:o dulciſſima mater
⁊ totius mundi imperatrix que me genuiſti:lactaſti:⁊ nutriſti ⁊ mul
tos labores pro me ſuſtinuiſti:o diſcipuli ⁊ ſecretarij mei: qui predi
cationibus totum mundum ad me traxiſtis:o vos martires:qui cor
pora veſtra diuerſis ſupplicijs pro me expoſuiſtis : ⁊ vos virgines
ſacre:que pro me ſanctam ⁊ illibatam virginitatem:vt mihi placere
tis obſeruaſtis:⁊ vos o religioſi qui mundum reliquiſtis:⁊ in ſancta
religione perſecutionem paſſi fuiſtis ⁊ me ſecuti fuiſtis:⁊ vos o pre-
dicatores qui nomen meum coram gentibus ⁊ populis manifeſta-
ſtis:obiurgātes vitia ⁊ peccata:mundum illuminādo vita ⁊ doctri
na pariter ⁊ exemplo:⁊ vos o penitentes qui ob amorem mei vitā
emendaſtis:⁊ quia benedicti eſtis a patre a ſpū ſancto ⁊ a me venite
ergo benedicti mei:o mellifluum verbum venite:o amabilis ⁊ mel
liflua locutio:quid melius:quid dulcius:quid beatius q̄ꝫ ab eo vo
cari qui eſt ſummum bonum:poſſidete paratum vobis regnum a
conſtitutione mundi:o quale regnum:o quale dominium:non cer-
te terrenum:non tranſitorium ſed eternū ſemper ⁊ ineffabiliter per
manſurum:quod continet in ſe bonum : conſyderet ergo vnuſquiſqꝫ
veſtrum:q̄ꝫ ſuauia:q̄ꝫ dulcia ſunt verba iſta:o quantum gaudiū:quā
ta letitia erit tunc in mentibus eorum:impoſſibile eſt igitur cogita-
re:multo magis exprimere:tunc angeli ſuauiſſimis vocibus canta-
bunt ante thronū dñi dei ſui:o qualis melodia quale tripudium:o
quanta ſuauitas tunc erit in illa ſancta ſocietate:vbi tot angelorum
cantus vbi preſentia deitatis:vbi omnes ſancti ⁊ dei electi :conſyde
ra o bone iuuenis. Secundo eſt damnatorū condemnatio:vnde li
cet deo eterno omnia ſunt nuda ⁊ aperta:⁊ per conſequēs nullius
indigeat conſilio:tamen vt ſanctos ⁊ electos ſuos honorificet ante
ſententie promulgationem petit conſilium dicens:quid vobis vide
tur mater mea ⁊ electi mei de his qui a ſiniſtris ſunt : videte eorum
ſcelera:eorū opera: eorum vitam;⁊ tunc virtute diuina oīa eorꝫ ſce-
lera ⁊

Tria per ordinē obſeruabunt in futuro iudicio.

lera ⁊ peccata erūt manifeſta omnibus hominibus ad eoꝝ cōfuſio/
nem:vnde quidā propheta ait:manifeſtabo pudenda tua:⁊ oſtēdā
gentibus nuditatē tuā:ita ꝙ omniū peccata ego videbo : ⁊ ſic qui/
libet cognoſcet peccata omniū alioꝝ:veꝝ eſt ꝙ licet peccata electo
rū manifeſtāda ſint in iudicio:tn̄ non erit ad eoꝝ confuſionē : qa de
illis penitentiā egerūt:⁊ manifeſtabit̄ immēſa dei miſericordia: que
tam benigne illis pepercit:ſed peccata dānatoꝝ manifeſtabunt̄ toti
mundo ad eoꝝ confuſionē:dicet ergo magiſter meus iſti fuerunt
ſemper mihi rebelles:contradicentes:⁊ inobedientes cōtempſerūt
me:⁊ mandata mea:beneficia mea nō cognoſcentes : ⁊ gloriā meā
pro nihilo habuerunt:duri:obſtinati:amplexi ſunt mundum: ⁊ con
cupiſcentias eius:adherentes diabolo ⁊ pompis eius:odio habue
rūt me:patrē:⁊ ſpiritū ſanctū ⁊ oēm virtutem: dic ergo mater mea
quid tibi videtur faciendū:tunc beatiſſima Dei genitrix dicet dul
ciſſime fili iſti male ⁊ peſſime vixerunt:vt eorum opera oſtendūt ad
cōmendationem tue iuſtitie proferenda eſt ſententia contra eos: vt
ſine fine in inferno eternaliter puniantur:⁊ hanc ſententiam confir/
mabunt omnes apoſtoli:martyres:cōfeſſores:⁊ virgines : ⁊ deniqꝫ
oēs electi:dicentes iuſtiſſime deus oīno oēs iſti ſunt in inferno de/
trudēdi:quid igitur facient miſeri peccatores ⁊ infelices quādo ma
ter miſericordie feret cū omnibus ſanctis ⁊ electis contra eos ſentē
tiam:quis pro illis orabit:ad quem ꝯfugient: heu qꝛ nullus erit in
defenſione eoꝝ:⁊ tunc magiſter meus vertet ſe cōtra eos facie tur/
bata:voce horribili dicēs:diſcedite a me:qꝛ ſicut fuiſtis in mūdo ſe/
parati a me ꝓpter ſcelera veſtra : ſic eternaliter eritis ſeparati a me
qui ſum ſummum bonum: gaudium : ⁊ letitia ſempiterna : ⁊ poſtea
ſubiunget:maledicti a me maledicti a patre meo:⁊ ſpiritu ſancto : ⁊
a toto creaturarum ordine:⁊ addet in ignem eternum qui paratus
eſt diabolo ⁊ angelis eius:ipſi ſeparent vos a me : vt maledictos ⁊
excommunicatos : ⁊ mitto vos in ignem eternum cum diabolo ⁊
ſocijs eius:quibus in mundo ſeruire voluiſtis: O Deus omnipo/
tens q̄ rigida erit illa ſententia:q̄ dura:q̄ ſeuera:erga miſeros dā/
natos:o infelices peccatores:quid facietis: quando ꝯ omnium celi
⁊ terre contra vos iratū videbitis:o quātus pauor:o quātus do/
lor:o quātus luctus:o obſtinati peccatores:o ceci:o dati i reprobū
ſenſū: videte videte q̄ horribilis erit ⁊ pro vobis amariſſimꝰ dies
iudicij:cū.n.iudei cū armis facibꝰ ⁊ laternis Chriſtū magiſtrū meū
capere vellet vnum verbū dixit:ego ſum:quod verbū tanti timo/
ris induxit in eos:vt velut mortui caderent in terram: ſi igitur tam
horribile fuit verbum eius qui erat iudicaturus:quid erit in iudicio

tum illam amariſſimam ⁊ ſeueriſſimam ſententiam contra dãnatos dabit:o mortales leuate capita veſtra:conſiderate ſeueritatẽ futuri iudicij:prolata igitur ſententia miſeri dãnati tantũ horrorem:tantũ terrorem habebunt ꝙ pre dolore perculſi ⁊ perterriti percutient pectora ſua facies ⁊ capita:⁊ vlulabunt clamabũt ⁊ dicẽt:heu:heu: heu:cur nati ſumus:veh nobis quia peccauimus : veh nobis quia duri fuimus:heu maledicta dies conceptionis noſtre:maledicti ſint nutritores noſtri:maledictum ſit totum tẽpus vite noſtre : cur non ſuffocati fuimus in vtero matris noſtre:o quanta erit eorũ triſtitia: o quantus dolor:o quanta afflictio : cum viderint ſe eſſe ſeparatos a maieſtate diuina:a conſortio ſanctorum:a ſocietate electorum:q2 ſeparabiť filius a patre:filia a matre:frater a ſorore:amicus ab amico:illi ad gloriã:iſti ad penam:illi ad gaudium:iſti ad triſtitiam : illi cantantes:iſti plorãtes:illi liberi:iſti compediti:ecce q̃ꝫ doloroſus: q̃ꝫ lachrymoſus erit eoruꝫ diſceſſus. Tertio eſt inferni ſigillatio:abſorbeat dicet deniqꝫ terra:aperi os tuũ:⁊ iſtos peſſimos ⁊ ſceleratiſſimos peccatores ſimul cũ oĩbus demonijs:quo dicto aperiet ſe terra vſqꝫ ad ꝓfundũ inferni. Et illico omnes demones ⁊ dãnati cadẽt in fornacẽ infernaleꝫ : tunc claudeť ⁊ ſigillabitur terra pariter ⁊ infernus in quo demones cũ dãnatis cruciabũtur:electi vero Chriſto p̃cedente cantãtes ⁊ pſallẽtes in paradiſi gloriã intrabũt : ibunt ergo dãnati in ſupplicium eternũ:iuſti autem in vitam eternaꝫ viuẽtes cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Dialogus inter Iacobũ alphei ⁊ Philoſophuꝫ in quo de vndecimo ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iuxta ſuas veritates ⁊ maximas pertractatur.

IUdei ſigna petunt:Greci ſapientiã. Nos auteꝫ predicamus Chriſtũ crucifixuꝫ. Cum ergo tot ⁊ admirãda ⁊ inaudita de ſumi principis filio philoſophus ĩtellexiſſeť:quaſi extra ſe raptus ⁊ eleuatus ⁊ nõ minimo abſortus ſtupore principis aulã quaſi amore ebrius ingredi feſtinabat : ſed vix finito de vniuerſali iudicio Mathei collogo Iacobus alphei affuit:qui cum ſic eſt allocutus. IACO. Tam celeri diſcedis curſu:⁊ principis aulã ingrederis:ſiſte gradum:⁊ greſſus tuos cõſydera:ſapientis.n.eſt futura ꝓſpicere:oĩa cũ cõſilio facito:⁊ poſt factũ te nõ penitebit:quare attonitus: ⁊ taciturnus diſcedis: PHIL. Quid adhuc nobis ſupeſt audire : nõne tot inaudita

ſufficiunt myſteria; heu qa meus pre admiratione intellectus con/ funditur: ⁊ tot tantaqꝫ ſupernaturalia contemplari ſecreta non ſuffi cit: ita ne principis aulam introire volentibus impedimenta obijciū tur. JACO. Tibi impedimento non ſumus: immo vt ſine impedi/ mento ſummi aulam principis ingredi poſſis hec dicimus: niſi enim diſtincte que ad illius ſunt ſeruituté neceſſaria cognoueris: nequa/ quā tua illi grata erunt obſequia: eſto igitur vigilans: ⁊ attende: di/ ligenterqꝫ quid acturus ſis conſydera. PHILO. Sunt licet ⁊ ma gna ⁊ alta que hactenus audiui: tamē ob dn̄i mei amorem vt illius videre faciem ⁊ aulam ingredi valeam: libentiſſime omnia perferre ſtatui. Dic Jacobe venerande quid ſupereſt dicendum. JACO. Ne mireris philoſophe ſi omnem humanam rationē philoſophi/ cāqꝫ doctrinam que dicturus ſū; ſuperare videbuntur: diuina enī; ſunt arcana ⁊ in ſolius dei voluntate recondita: nec omnibus nota myſteria. Dico ergo ꝙ non tantum opus eſt ſcire ⁊ firmiſſime cre/ dere deum patrem eternum vnicum habere filium ſibi per omnia: equalem ⁊ perfectum: vt a noſtris te ſocijs audiſſe arbitror. Verū etiam habet aliam perſonam ſibi coequalē qui ſpiritus ſanctus ap/ pellatur: eſtqꝫ in omni perfectione equalis cum patre ⁊ filio: ⁊ pro/ cedit ab vtroqꝫ: qui ſcilicet pater: filius ⁊ ſpiritus ſanctus licet ſint tres perſone perſonaliter: realiter ⁊ diſtincte tamen ſunt vna eſ/ ſentia: vna natura: vna ſubſtantia: omnino indiuiſibilis: omnino im/ partibilis hec ⁊ ſingulariſſima: ⁊ ſic pariformiter quelibet perfectio que eſt in vna perſona eſt in alia: ⁊ ſic eadem voluntas: idem intelle ctus: eadem ſcientia: eadem charitas: eadē bonitas que eſt in patre numero eſt in filio ⁊ ſpiritu ſancto: ⁊ econtra ⁊ ſic de omnibus alijs perfectionibus. PHILO. Mira enim ⁊ magna Jacobe veneran de dixerunt ſocij: hec autem que paulo ante dixiſti incomparabilia ſunt: ⁊ omnem penitus humanum videntur intellectum tranſcēde/ re: ⁊ ab omni philoſophica doctrina remota ⁊ aliena eſſe ⁊ impoſſi bilia: multe enim mihi occurrunt difficultates: quare obſecro vt du bitata audias ⁊ ſoluas: vt ⁊ meus acquieſcat intellectus ⁊ tanto va/ lea; domino deſeruire ⁊ primo ſic. Non eſt ponēda pluralitas ſine neceſſitate hoc eſt fundamentum noſtre doctrine modo autem nō videtur neceſſarium ponere tantam pluralitatem perſonarum: ſuffi cit enim vna ſola perſona in diuinis ad perfectionem ⁊ neceſſitate; vniuerſi: ⁊ per conſequens omnes alie perſone eſſent fruſtratorie: ⁊ vane: patet quia quelibet perfectio que eſſet in ſecunda perſona: ſi eſſet: eſſet in prima: aliter prima non eſſet ſummum bonum: ⁊ per cō ſequens non eſſet deus: ⁊ ita nihil perfectionis deeſſet in vniuerſo:

ſi ſecunda perſona non eſſet: quia ſubtracta ⁊ admota vna perſo/
na: nibil perfectionis deeſſet in prima: aliter vt diximus. non eſſet
deus. Et ſi diceres o Jacobe ꝙ non ſub eodẽ modo quicquid pꝛ/
fectionis eſt in vna perſona: eſt in alia. Dico ꝙ hoc nibil eſt qꝛ quę/
ro: aut iſte modus habendi dicit aliquam perfectionem aut non: ſi
ſic ergo eſt in pꝛima perſona: ſi non pſona in qua nõ eſt iſte modus
eſſendi: non eſſet ſimpliciter perfecta: ⁊ per conſequens non eſſet
Deus. Si non dicit aliquam perfectionem: ergo ſtat argumentuꝫ:
ꝙ non manente ſecunda perſona: nibil perfectionis deeſſet in pꝛi/
ma: ⁊ per conſequens non eſt ſimpliciter neceſſaria ſecunda perſo/
na in diuinis: ⁊ ideo non eſt ponenda. Secundo quia eſſentiale: ⁊
accidentale ſecundũ noſtrã doctrinã diuidunt totuꝫ ens. Jta ꝙ om
ne ens aut eſt eſſentiale: aut accidentale. Quicquid ergo eſt in ali/
quo: aut eſt eſſentiale: aut accidentale: ideſt aut eſt idem eſſentiali/
ter cum illo: aut idem accidentaliter. Sed quicquid diſtinguit per/
ſonas non eſt accidentale eſſentie: quia nibil ſibi accidit: ergo eſt
ſibi idem eſſentialiter: ſed quod eſſentialiter eſt ideꝫ eſſentie: multi/
plicato illo multiplicatur eſſentia. Si ergo ſunt plures pſone: ſunt
plures eſſentie: cõſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊ antecedens. JB: e
niter dico ꝙ non poſſunt eſſe plures perſone in diuinis: quia cum
quicquid ſit in eſſentia diuina ſit idem eſſentialiter cuꝫ eſſentia: quia
nibil poteſt ibi eſſe accidens: cum dicat imperfectionem: ſequitur ſi
illud per quod diſtinguuntur perſone eſt idem eſſentialiter cum eſ/
ſentia diuina: multiplicato illo multiplicitur eſſentia: cum ſint idem:
⁊ per conſequens ſi eſſent tres perſone: eſſent tres eſſentie: ⁊ tres
dij: conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊ antecedens: vt dictum eſt:
multa alia eſſent dicẽda: que bꝛeuitatis cauſa pertranſeo. JALO.
Philoſophicis mirifice fundamentis inniteris quibus eternuꝫ deũ
trinum non eſſe conaris oſtendere: ſed nibil concludunt: ſunt enim
que inquiris ſupernaturalia: nec humanis ſubijciuntur aut viribus
aut ſcientijs: ideo ſapientie amatoꝛ a philoſophica opus eſt doctri/
na recedere: ⁊ ſenſibilium fugare fantaſmata: ⁊ ſuperioꝛa ſequi ac ſu
pernaturalia: non enim niſi per reuelationem ſciri hec poſſunt: qua
pꝛopter naturalia ac philoſophica ſequens pꝛincipia in erroꝛeꝫ po/
tius quã in veritatem deduceris: mere ergo ⁊ ſimpliciter deum tri/
num eſſe ⁊ vnum creditum eſt: quod humana ꝓbari rõne non põt.
PHJL. Cum quanta animi tui admiratione ſupꝛa humanam eſſe
rationem trinitatis myſteriuꝫ audiuimus ⁊ ſic pꝛius facte pꝛocede/
bãt rationes: te tamẽ loquente videntur concludere: quod ſi ita eſ/
ſet non mibi tantũ: ſed alijs quoqꝫ ꝓdeſſe poſſe plurimũ gaudereꝫ.

Nonne ipſe deus qui per te eſt trinus ⁊ vnus eſt vltimus finis no-
ſter in quo noſtra conſiſtit beatitudo? Si ergo eſt vltimus finis no
ſter: ergo poteſt naturaliter cognoſci. Nam ſecundum noſtram do
ctrinam dignificanda eſt natura: quantum dignificari poteſt: nec eſt
ei aliqua imperfectio attribuenda: niſi appareat manifeſta neceſſitas
nec aliqua perfectio ab ea negāda: niſi appareat manifeſta repugnā
tia. Nunc aūt nulla videtur neceſſitas ponendi aīam noſtram non
poſſe cognoſcere vltimum finem ſuū: ergo non debet ſibi attribui
talis imperfectio: immo maxime īpfectionis eſſet: cū entia coꝛrupti
bilia ⁊ viliſſima poſſunt virtute pꝛopꝛia acquirere vltimū ſuū finē:
⁊ anima noſtra q̄ eſt tante excellentie ⁊ dignitatis: pꝛiuetur tali virtu
te ⁊ pfectione. Nam potentia viſiua poteſt cognoſcere ſuum obie-
ctum ⁊ vltimū finē: ſiue lumine ſupernaturali quod ab ipſa anima
negatur: non videtur rationabile. Scitis quid noſtra doctrina pꝛo-
clamat: ꝙ natura nō abundat in ſuperfluis: nec deficit in neceſſarijs.
Et ideo ſi natura dediſſet ſtellis motum pꝛogreſſiuū: dediſſet oꝛga
na neceſſaria ad motum pꝛogreſſiuum: qꝛ non deficit in neceſſarijs.
Cum igitꝰ anima noſtra oꝛdinetur ad beatitudinē: tanq̄ ad vltimū
finem: que beatitudo conſiſtit in deo: qui per te eſt trinus ⁊ vnus: er
go nāliter cognoſcit deum trinum ⁊ vnum: aliter fruſtra facta eſſet
aīa noſtra: ⁊ nā defeciſſet in neceſſarijs: ſi ſuū finē non poſſet nāliter
acquirere. Preterea hec queſtio ⁊ nr̄a opinio ne videatur a caſu ⁊
foꝛtūa dicta: rōnibꝰ roboꝛatꝰ ⁊ ꝯfirmatꝰ. Et pꝛio ſic oīs potētia hn̄s
aliquid cōe pꝛo pꝛio obiecto nāli: pōt in quolibꝫ ꝯtento ſub illo ſi-
cut in per ſe obiectū nāle: hoc pꝫ p exemplum de potētia ⁊ obiecto
viſus: potentia .n. mea viſiua poteſt videre coloꝛem: ⁊ oēs ſpēs colo
ris. Et ſic in alijs potentijs: ⁊ ſuis obiectis adequatis: ⁊ ratio eſt: qꝛ
obiectū pꝛimū ⁊ adequatū potentie: non exceditꝰ a potētia: nec exce
dit potētiā aliter nō eſſet aedquatū hoc eſt dictū: ꝙ potētia viſiua: ⁊
coloꝛ ita ſe habēt: ꝙ potētia viſiua adeo cognoſcit coloꝛē: ꝙ nō po
teſt cognoſcere aliq̄d aliud. Et coloꝛ ita cognoſcitꝰ a potētia viſiua:
ꝙ nō pōt cognoſci ab aliqua alia potētia ſenſitiua. Et ſic ſunt adeq̄
ta: qꝛ ex nullo latere ē exceſſus: ⁊ ſic pꝫ maioꝛ: ſꝫ ens in quātū ens: ē
obiectum adequatū intell'S noſtri ſcḋꝫ Auicē. ergo intellectus no-
ſter poteſt intelligere quodcūqꝫ ꝯtentum ſub ente: ⁊ maxime deum
glorioſū: qui eſt maximū ⁊ ſummū ens. Preterea cognitio vltimi fi
nis: puta dei trini aut eſt pꝛactica aut ſpeculatiua: nō datꝰ mediū in-
ter pꝛacticum ⁊ ſpeculatiuum: ſed quelibet iſtarū pōt haberi ex pu
ris naturalibus: quia ſecundum noſtram doctrinā diuiditur ſcientia
ſpeculatiua: i mathematicā: phyſicā: ⁊ methaphyſicā: ⁊ pbatꝰ: ꝙ nō

Quibꝰ ratio-
nibus deū eē
trinū philo
ſophi nitūtur
pbare.

Quid ſit ob-
iectū adequa
tum.

ſa ⁊ roboratum teſtimonijs: vere enim ceci ſunt ⁊ cecorum duces: in tenebris ambulant: nec quo vadant ſciunt: dicunt ergo iudei ꝙ hec omnia contradicunt ſacre ſcripture: vide quid adducunt in teſtimonium contra nos Deutero. 6. c. Audi iſrael deus deus noſter deus vnus: non ergo tres ſunt perſone diuine: ſed tm̄ vnus deus eſt. JAꝆO. Ne philoſophe mireris quoniam ſicut antiquitus prophetico pleni erant ſpiritu ⁊ dn̄i populus ⁊ deo dilectus vocabantur: nūc autē odio obcecati ⁊ inuidia in ignorantie tenebris iacēt ſupernaturali priuati lumine ⁊ in dei odio perſeuerant. O iudei videte ⁊ leuate capita veſtra ecce appropinquat redēptio veſtra. Non enim tres deos ſed vnum eſſe deum eternum incōmutabilem: infinitum: immenſum: interminabilem: licet tres ſint diuine perſone. Nec ſine magno myſterio Moiſes ille magnus ibi ter nomē dei poſuit: niſi vt diuinarū trinitatē perſonarū diſtincte inſinuaret: in dictione aūt vnus q̄ꝫ imediate ſubiūxit: innuit tres perſonas diuinas nō tres deos: ſed vnū eſſe deū: vt ſupra dictum eſt. Nō ergo trinitas perſonaꝝ diuine nature repugnat: ꝙ aūt in verbis Moiſi per triplicatuꝫ nomē dei tres diuine ſignātur perſone: pater: videlꝫ filius: ⁊ ſpiritꝰ ſanctus: hoc vos iudei minime negare poteſtis: cuꝫ rabbi Simeon Johay filius in libro qui zabo: dicitur ſuper textuꝫ hunc ita dicat. Audi iſrael ait Rabbi Jbba. Hic eſt o iſrael antiquus יהוה ideſt deus qui eſt principiū omniū rerum: antiquus antiquorum ortus radicum: ⁊ omnium rerū perfectio. Et dicitur pater אלהנו elohenu: id eſt deus noſter: profunditas fluminoꝝ: ⁊ fons ſcientiaꝝ q̄ procedūt ab illo p̄re: ⁊ filius vocat̄ יהוה Deus. Hic eſt ſp̄us ſanctꝰ q a diuerſis ꝓcedit. Et ſic vocat̄ mēſura vocis: vt vnum cū alio cōcludat ⁊ colliget: neqꝫ .n. alius ab alio diuidi pōt. Et ꝓpterea ait: שמע Scema ideſt cōgrega iſrael hunc patrem: ⁊ filiū: ⁊ ſp̄ūm ſanctū: ⁊ fac vnaꝫ eſſentiā: vnamqꝫ ſubſtātiā: q: quicquid eſt in vno eſt in alio: totus fuit: totus eſt: totuſqꝫ erit hec ille. Ait etiam ibidem Rabbi Simeon hoc archanum filij non reuelabitur vnicuiqꝫ quouſqꝫ veniet Meſſias: q: tunc vt dicit Eſaias repleta erit terra ſcia dei ſicut aque mare operientes: hec ille. Multi ēt alij per nomē dei ter in eodē textu poſitū: ipſam diuinarum perſonarū trinitatē ſignificare voluerunt: ſed quia tantum myſteriū a ſolo meſſia reuelandum erat: illud explicare ſibi nō licere dixerūt: vt per rabbi Menahem Rakenad in libro zohar ſuper eodem Deuteronomij textu liquido pꝫ. Audite o iudei Eſaiam exclamantē ⁊ dicentē. c. 6.

hoc eſt ſanctus: קדש קדש יהוה צבאות מלא כל הארץ כבודו ſanctus: ſanctꝰ:

Deus exercituū plena eſt omnis terra gloria eius:in eo enim q̄ dicit ter ſanctus:tres perſonas diuinas expreſſe deſignat : quod per Rabbi Simeonē Iohay filiū:⁊ per Rabbi Ionathan vnielis filiū ſuper textum hunc aperte moſtratur. Nam Rabbi Simeon ſic hebraice ait. קדש זה אב קדש זה בן קדש זה רוח הקדש idest ſanctꝰ: hic eſt pater : ſanctus hic eſt filius:ſanctus hic eſt ſpiritus ſanctus. Rabbi vero ionathas ita caldaice ait. קדש אבא קדש ברא קדש רוח הקדש idest ſanctꝰ pater: ſanctus filius : ſanctꝰ ſpūs ſanctus.Et ſi iudei dicāt hoc nō hēri nullo mō in Ionatha. Dico q̄ verū eſt in ijs libris:quos nūc frequētius in manibꝰ hn̄t. In illis hoc nō habet:cū maiores eoꝝ deleuerint:⁊ ī eo loco ita ſcripſerūt:ſicut in libris quos poſt modū ſcribi cōtigerit cōtinet. In vetuſtiſſimis tn̄ libris:q rariſſimi ſunt:ita ꝓrſus habet vt ego dixi:⁊ non nulli fide digni q ꝓprijs oculis viderunt:mihi retulerūt: ſcđm ergo doctores p̄dictos p hoc qđ ter dicit ſanctus in p̄dicta authoritate trinitas pſonaꝝ inſinuat in diuinis.Et p hoc q̄ tantū ſemel ponitur nomē tetragāmaton īmediate qđ eſt יהוה iehoua id eſt deus p qđ diuina eſſentia importatur clare innuitur tres illas perſonas:non tres:ſed vnum eſſe deum. Propterea veteres illi Talmudiſte:qui huius archani omnino ignari non erant:ſtatuerūt tam iſta Eſaie verba:q̄ȝ illa Deuteronomij.Audi iſrael deus deus noſter deus vnus:ab vno quoq; iudeoꝝ bis ſaltē in die : mane ſcilicet ⁊ veſpere dicerentur:qđ apud eos hucuſq; ſeruatur : vt dum iudei hec verba ore pronunciāt:⁊ diuinarū perſonarū trinitatē: ⁊ diuine eſſentie vnitatē:ſicut verba illa deſignant.Ita ſe corde credere ꝓteſtātur.Et ideo deus eternus per os prophete clamare nō deſinit. Audi popule meꝰ legē meā o popule meꝰ olī electus:qbꝰ ex ſpāli priuilegio legē donaui:q̄draginta annis vos paui ī deſerto: tot dona ⁊ priuilegia ꝯtuli:quē populū electū vocabā:qbus meſſiā ex ſtirpe eoꝝ repromiſſi:audite:audite legē meā:nō corticē tm̄: non ſupficiem tantū:ſed ſecretiora colligite:medullitus pōderate: veritatem inquirite auribus ſcilicet cordis non tm̄ ſonitū verborum: non tm̄ ſtrepitum labiorum:ſed toto affectu:tota intentione: tota aīa:totis viribus:percipite legem dei veſtri:qui veſter dicebatur per ſpecialem gratiam:per filiorum adoptionem:Audite audite prophetam dicentem.Si populus meus audiſſet me Iſrael:ſi in vijs meis ambulaſſet pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:⁊ ſuper inimicos eius miſiſſem manus meas.Et ideo Eſai.ait : cognouit bos poſſeſſorem ſuum:⁊ aſinus preſepe dn̄i ſui:Iſrael aūt me nō cogno

Trinitatis fideles teſtes.

nit:⁊ populus meus nõ intellexit:veh genti peccatrici: populo gra
ui iniquitate:ſemini neq̃:filijs ſceleratis:audi quid ſequit: dreliquerunt dñm:blaſphemauerunt ſanctum Iſrael:alienati ſunt retrorſum
quouſq̃ percutiam vos addentes preuaricationes:oẽ caput lãgui
dum:⁊ omne cor merens a planta pedis vſq̃ ad vertice non eſt in
eo ſanitas:vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tumens non eſt circumligata me
dicamine:neq̃ ſota oleo:terra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuccẽ
ſe ſunt igni ⁊ deuorabunt coram uobis alieni ſubſtantiam veſtram.
Et quare quia deum factorem veſtrum qui operatus eſt ſalutem in
medio terre non cognouiſtis:iõ exclamat. Audite popule me⁹ ⁊c.
PhI. Quis adeo durus ⁊ cor habens marmoreum:qui tot diui
nis teſtimonijs ⁊ prophetaru oraculis non credat:credo igitur ac
tota mente trinitatis ſanctiſſime myſterium confiteor.

¶ Dialogus inter Simonem ⁊ philoſophum in quo de duodeci
mo ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo
iuxta ſuas veritates ⁊ maximas pertractat.

Iudei ſigna petunt:Greci ſapientiam: Nos aũt predicamus Chriſtum crucifixum. Auditis q̃ Iacobus alphei dixerat de patre:filio:⁊ de ſpiritu ſancto preſertim ab vtroq̃ procedente; ⁊ tres perſonas ad inuicem diſtinctas vnum eſſe Deum omnino indiuiſibilem: ⁊ impartibilem plene quietus ex omni capite ⁊ reſolutus eſſet philoſophus:ecce Simon volẽs aliquid addere preter ea que ab alijs dicta fuere:rem non parui momenti que inter chriſtianos debet ad plenũ obſeruari ⁊ credi ⁊ firmiter teneri ſubiunxit:⁊ ſic adinuicem ſunt collocuti.

¶ De communione corporis myſtici veritas prima ⁊ maxima. Caput principale ⁊ primũ.

Simon. Vehemens efficatia:⁊ exceſſiuum principis aulam ingrediendi te tenet deſyderium: expecta aliquantulum:tuoſq̃ greſſus conſyde ra:nunquid fruſtra tot tibi ſocij mei dixerunt: ex quo principis ſeruitute ſubire deſyderas: nondum enim omnia ad principis ſeruitutem neceſſaria perfecte audiſti. PhILO. Quid

nobis deeſt ⁊ supereſt dicendum? SIMON. Quid? Adhuc in via ſum⁹ non in termino ⁊ niſi omnia perceperis ⁊ fueris inſtructus: principis adire ianuam non poteris: nec tua illi grata erunt obſequia: non ergo credere ⁊ ſcire deum trinum eſſe ⁊ vnum in ſubſtantie vnitate eſſentie: ⁊ nature ſufficit: ſed ſummopere eſt neceſſarium credere: ⁊ firmiſſime tenere: in myſtico dilecti magiſtri noſtri corpore ſanctorum cõionẽ: ita ꝙ omnia que operantur ⁊ fiunt in myſtico corpore membris cõicantur adinuicem: ⁊ fiunt omnibus in gratia exiſtentibus cõia: quibus ſpiritualiter nutriũtur ⁊ dei exiſtunt filij. PHI. Neqꝫ potui te intelligere in fiña: neqꝫ in proprijs terminis: propterea obſecro me doceas: ⁊ clarius patefacias hec que breui ſoluere poteris. Primo quid ſit iſta cõmunio ſanctorum quam dicis. Secũdo quõ reperitur in iſto corpore myſtico totius eccleſie militantis inter omnes. Tertio quõ fit iſta communicatio in tali corpore: quibus exolutis facilius ⁊ benignius vt ſoles: vt poſſiꝫ iam iter inceptũ peragere: non credo mihi vlterius dubitandum. SIMON. Ne philoſophe mireris ſi percipere nequis: ⁊ ignoras terminos: hec.n. magna ſunt ⁊ diuina ⁊ paucis nota myſteria: nec niſi diuino interpoſito lumine ad eorũ poteris cognitionẽ peruenire: ⁊ licet ſatis prolixa ſit materia: paucioribus tñ ob tui gratiaꝫ quantũ fieri poterit me expediam. Pro huius intelligentia ⁊ declaratione eſt notandum: ꝙ iſta cõio poteſt capi ⁊ de facto accipitur dupliciter: vno modo pro ſacra cõione corporis ⁊ ſanguinis dilectiſſimi mei magiſtri: quam ipſe inſtituit: ⁊ quilibet ei deſeruiens debet firmiſſime credere ⁊ indubitanter tenere: ⁊ loco ⁊ tempore illam ſanctiſſimam cõionem accipere: que eſt cibus: ⁊ potius anime noſtre: ſine qua ſtante oportunitate: non poteſt bene viuere imo nec ſpiritualiter viuere: quia ibi continetur vere realiter corpus ſanctiſſimũ: ⁊ ſanguis Jeſu chriſti: ⁊ oĩa que ipſum corpus concomittantur. Secundo modo pro ſacra cõione meritorũ: que fit in eccleſia militanti: eo ꝙ omnis operatio meritoria cõis eſt oĩbus exiſtentibus in gratia: ⁊ de illa omnes participant. De iſta ſecunda cõione loquitur Paulus Apoſtolus cum dicit. Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autẽ membra non eundem actum habent. Ita nos multi ſumus: alter alterius membra in Chriſto Jeſu dño noſtro. PHILO. Quid paulus dicat: dic obſecro clarius: vt intelligam. SIMON. Libentiſſime faciam: vult dicere Paulus ꝙ qualis proportio reperitur in corpore noſtro materiali ⁊ miſto: talis ſimilitudo ⁊ proportio reperiť in corpore myſtico Jeſu Chriſti ⁊ ſpũali. Unde ſicut in corpore materiali ſunt diuerſa membra eidem corpori cõiuncta: que mẽbra nõ

Cõmunio pt accipi dupliciter.

eundem actum: ſiue operationem habent: ſed diuerſas operatiões: que tñ omnes eidem corpori deſeruiũt: pz q2 alia eſt operatio oculorum: alia aurium: alia oris: alia manus: alia pedũ: ⁊ ſic de alijs: ⁊ oẽs iſte operatiões ſunt neceſſarie corpori materiali: quia ſi eſſet ſine aliqua ipſarum operationum non eſſet perfectum. Sic in corpore myſtico Jeſu Chriſti ſcʒ in ꝯgregatione fidelium chriſtianorũ ſunt varij ⁊ diuerſi chriſtiani: qui chriſto tanꝗ capiti vt membra adherent per gratiam. Et omnia iſta membra ſcʒ oẽs iſti chriſtiani qui chriſto adherent per gratiam: non eundem actum ſiue operationem faciũt ⁊ habent: ſed per diuerſas operationes ipſi capiti chriſto deſeruiũt: aliqui deſeruiunt chriſto caſtitatem obſeruãdo: aliqui in ſanctiſſima virginitate dño ⁊ Jeſu chriſto ſeruiendo: aliq in auſteritate vite corpus ſuum macerando: aliqui in feruore martirij perſeuerando: aliq in ſanctiſſima ⁊ arctiſſima paupertate: ⁊ nuditate chriſtum ſequẽdo: aliqui in ſanctiſſimo matrimonio cũ fidelitate maxia perſeuerãdo: aliqui in ſpiritu ⁊ intelligentia ſcripturarum operam dando: aliqui in ſanctiſſima humilitate ⁊ obedientia chriſto placendo: aliqui ſanctiſſimam integritatem innocentie: quam ab ipſo ꝯditore in ſua pria creatione acceperunt cũ maxima vigilantia cuſtodiẽdo: aliqui in varijs ac diuerſis operationibus deo placendo. Et ſicut membra corporis materialis magis intrinſece ⁊ minus intrinſece adherent corpori: ſiue aliqua mẽbra ſunt nobiliora ꝗ alia: ⁊ magis intrinſece adherent corpori ꝗ aliqua alia: ⁊ operationes vnius partis ſunt magis neceſſarie ꝗ alterius vt pz: q2 cor magis intrinſece ⁊ magis neceſſario requiritur ad perfectionẽ ⁊ eſſe corporis ꝗ manus: ⁊ epar eſt magis neceſſarium ꝗ pes vt patet: q2 ſine manu: ⁊ ſine pede corpus viuens eſſe poteſt: non tamen ſine corde ⁊ epate: ⁊ per conſequens operationes iſtarum partium ſunt magis neceſſarie imo ſimpliciter neceſſarie ꝗ operationes manuũ ⁊ pedum ⁊ ſimilium. Sic in corpore myſtico Jeſu chriſti ſunt diuerſa membra: tñ illa mẽbra ſic ſe habent ꝙ aliqua ſunt nobiliora ꝗ aliqua alia ⁊ magis perfecta ⁊ magis intrinſeca ipſi corpori: ⁊ maxime capiti Jeſu chriſto: ⁊ operationes vnius membri ſunt digniores ⁊ gratiores in corpore myſtico Jeſu chriſti ꝗ alique alie. Et ideo ſicut in corpore materiali ẽ ordo inter membra ſcdm diſpoſitionẽ corporis: ſic etiam erit ordo in corpore chriſti myſtico ſcilicet chriſtianorum. Unde aliqui ſunt adeo vniti ⁊ coniuncti cũ nro capite Jeſu chriſto: quod neceſſario ⁊ imobiliter illi adherent: ⁊ ab eo ſeparari non poſſunt. Et ſic ſunt angeli ſanctiſſimi in illa ſuperna ciuitate collocati: q vt aliqui dicunt ⁊ merito: ꝓcioſiſſimo ſanguine ⁊ merito agni imaculati fuerunt ꝑſeruati: qui

Cõgregatio fideliũ in gra exiſtentiũ uocatur & ẽ corpus miſticũ.

Sicut iter mẽbra corporis materialis datur ordo ſic & corpis miſtici ieſu xpi.

Nota de mẽbris ſpãlib9 q̃õ adherẽt capiti .ſ. xpo.

uari:qui per grãz ⁊ gloriam conſumatã agno immaculato poſt matrem ſanctiſſimã imediatiſſime adherent. Et ſic incipiendo a primo choro angelorꝫ.ſ.ſeraphin q imediate ante oĩs alios angelos xp̄o adherent. Scḋo cherubin. Tertio virtutes. Quarto ptãtes. Quinto principatus. Sexto dñationes. Septio throni. Octauo archãgeli. Nono angeli:qꝛ ſcḋm eorũꝫ merita ⁊ dignitates magis ⁊ minus deo appropinquant:⁊ vicinius ipſum contemplantur. In ſcḋo choro ſunt angeli ſancti:qui chriſto tanq̄ꝫ dilectiſſimo magiſtro adherent:eo q꞊ ipſum perfectiſſime imitati ſunt:⁊ preter oĩs vt dictum eſt Maria mater ſanctiſſima. In tertio choro ſunt ſancti martires:q per ſanguinis effuſionem ipſum agnum immaculatum ſunt imitati: ⁊ ſibi immobiliter adherent. In quarto choro ſunt confeſſores:qui per penitentiã ⁊ auſteritatem vite carnem ſuam propter chriſtũ macerauerunt. In quinto choro ſunt virgines ſancte:que ſuam virginitatem vſqꝫ in finem propter chriſtum conſeruauerunt. In ſexto choro ſunt vidue ſancte ⁊ matrimonio ꝯiuncte:que virginitate recuperata:quantum ad intentionēꝫ eo modo quo poſſibile fuit dño placuerunt. Et deniqꝫ ſunt patriarche ⁊ prophete:qui oĩs in ꝯſpectu altiſſimi per ſpūm propheticum:⁊ prōptiſſimã obedientiãꝫ dño ſeruierunt:hij oĩs ſunt membra corporis chriſti in illa celeſti patria triumphanti:⁊ deo neceſſario ⁊ imobiliter ⁊ intrinſece adherent ſine fine gaudentes:lꝫ iſtam immobilitatem ⁊ neceſſitatē ⁊ adherere habeant:ab ipſo capite Jeſu chriſto:cum per gratiaꝫ ab eo illis collatam ei adhereant:⁊ non habeant illã a ſeipſis. Scḋo dico q꞊ ordinate adherent mēbra in corpore myſtico Jeſu chriſti in eccleſia militanti:qui lꝫ adhereant capiti.ſ.chriſto per gratiam:non tamen imobiliter ⁊ neceſſario:ſed mobiliter ⁊ contigenter illi adherent:ſicut lapis exiſtens in ſuperficie terre:non imobiliter ⁊ neceio adheret centro terre:ſed a pedibus perambulantium: nunc huc atqꝫ illuc impellitur. Sic dico miſer ⁊ infelix viator non neceſſario ⁊ imobiliter adheret chriſto per gratiam:ſed nunc eſt ei cōiunctus per opus patientie ⁊ feruorem amoris:nunc eſt ab eo diuiſus per impatientiam ⁊ indignationem:nunc eſt ei vnitus per ſanctam humilitatem: nunc ſeparatus per ſuperbiam:nunc ei vnitus eſt per carnis macerationē nunc ſeparatus per guloſitatem:nunc eſt ei coniunctus per ſanctaꝫ caſtitatem:nunc ſeparatus per carnalitatem:nunc eſt ei coniunctus per proximi dilectionem:nunc ſeparatus ꝑ odium:nunc ꝯiūgitur ei ꝑ perfectam dei dilectionem:nunc auertitur ab eo per odiū : o vita fallax:⁊ erumnis plena:o anima infelix in hoc mari magno ⁊ ſpatioſo poſita : que tot ⁊ tantis agitatur fluctibus: ⁊ vndis perturbatur:

Bñ nota d̄ ordine mēbroꝝ corpis miſtici eccleſie militantis & triūphantis.

que tot laqueis ⁊ telis demonum aſſidue moleſtat:heu qꝛ vndiqꝫ mihi mala:vndiqꝫ tela volant:vndiqꝫ pericula:quocunqꝫ me vertor nulla ſecuritas:nulla trãquillitas:nulla proſperitas adeſt: ⁊ ideo qꝛ viator eſt:qꝛ peregrinus eſt ⁊ aduena in hoc mundo mobiliter ⁊ cõtingẽter adheret corpori myſtico chriſti:eccleſie militantis ⁊ pugnãtis. Tamen inter membra iſtius corporis dantur gradus ⁊ ordo. Aliqui enim ſunt corpori myſtico coniuncti ſcilicet chriſto per gratiam magis intrinſece ⁊ magis perfecte:aliqui aũt non ſic. Et ideo aliqui ſunt vniti ⁊ coniuncti cum capite per grãm (licet mobiliter) ꝑ euangelicam paupertatem ⁊ nuditatem chriſtum ſequentes: aliqui pre nimio feruore ⁊ charitate martirium pro deo ſuſtinere cupientes. Aliqui aũt carnem ſuam per auſteritatem vite ⁊ penitentiã macerantes. Aliqui aũt ſanctiſſimã virginitatẽ pro chriſti amore inuiolabiliter obſeruantes. Aliqui aũt in ſacratiſſimo thoro ⁊ matrimonio deo ſeruientes. Aliqui aũt vitam celibem ducentes ⁊ inter oĩa iſta membra dantur gradus ⁊ ordo ſicut per ordinem diximus:gã de cõi lege ſemper illi quos ordinatim poſuimus:ſunt chriſto in ꝑfectione ⁊ gratia propinquiores. Et ſic pꝫ de ordine membroꝝ corporis chriſti myſtici. Tertio dico ꝙ licet membra corporis materialis diuerſa ſint atqꝫ diuerſas habeant operationes illorum:oẽs ſũt cõmunes ⁊ deſeruiunt toti corpori:⁊ maxime pꝫ de cibo qui aſſumitur ad ſubſtantiam aliti ſiue nutriri:ꝙ oĩa membra corporis participant de illo nutrimẽto. Unde licet cibus maſticetur a dentibus:guſtetur a lingua:deglutiatur a gutture:⁊ recipiatur a ſtomacho:non tñ ſola iſta participant illum cibum:ſed oĩa alia: vnde fit diuiſio illiꝰ ſanguinis qui acquiritur ex illo nutrimento:per oĩa membra ad reſtauratiõe deperditi:ſcðm exigentiam ⁊ neceſſitatem membrorũ: ita ꝙ quodlibet membrum ſumit:⁊ participat de illo cibo:⁊ hoc qꝛ ſunt corpori coniuncta ⁊ vnita. Unde ſi manus mea (quod abſit) eſſet diuiſa a corpore:non ſumeret nutrimentum de cibo aſſumpto a corpore:quia eſſet diuiſa ab illo. Sic eſt in propoſito de corpore myſtico Jeſu chriſti.ſ.de congregatione fidelium:qui ſunt cõiuncti ⁊ vniti cum chriſto tanqꝫ capite per gratiam ⁊ charitatem:oĩs bona operatio meritoria que fit ab vna perſona cõicatur alteri:que etiaꝫ eſt in gratia ⁊ eꝫ ⁊ quare hoc:quia ſunt coniuncti ⁊ vniti in gratia ⁊ charitate cum chriſto vt iam dixi. Tñ licet illud meritum quod ab vno fit:omnibus proſit:tñ nulli dubium ꝙ ſcðm proportiõe ⁊ rectitudinem diuine iuſtitie:magis prodeſt operanti qꝫ alteri:ſicut cibus corporalis magis ⁊ ꝑfectius vĩ participari ab epate qꝫ a pede ⁊ a corde qꝫ a manu:qꝛ ſunt membra principalia:⁊ particulariter ma/

gis operantur ad perfectioꝛem digeſtionem:ſic erit dicendū de coꝛ
poꝛe myſtico:p3 quō intelligit ſnīa Pauli apoſtoli:ꝙ ſicut ī vno coꝛ
poꝛe multa membꝛa habemus ⁊c̄. Secundo quō ſit illa participa/
tio ob omnibus fidelibus ex qualibet bona operatiōe dummodo
ſit in gratia. Et tertio quid ſit iſta cōio. Et hec de cōione que fit in
coꝛpoꝛe myſtico Jeſu chꝛiſti in militanti eccleſia ait nec non de cele/
ſti patria triumphante dicta ſufficiāt. PHJLO. Mira ⁊ alias inau
dita non ſine ſupernaturali lumine de militanti ⁊ triumphanti myſti
ci chꝛiſti coꝛpoꝛis eccleſia:diligenterq3 ⁊ attente cōſyderaui:⁊ quaſi
mentis oculis raptus celeſtia dei arcana contēplabar: qn̄quidē er/
go pꝛimo modo dicta tam benigne voluiſti nobis exponere. Nūc
de ſacra ſacramētali cōione:de qua ſuperius mentionē te feciſſe me
mini ſolita benignitate exponere placeat:multa.n.alias de illa audi
ui:nec vnq̄ȝ ad perfectam illius cognitionem peruenire potui:tu er/
go cui celeſtia reuelata vidētur ſecreta:dilecti magiſtri tui illuſtratꝰ
gratia:mentis noſtre caligines ⁊ nebulas exterge:vt ſic ſincero coꝛ
de:ac puro ſummo valeā pꝛincipi deſeruire. SJMON. Non hu
manas tm̄ quod petis ſed ēt angelicas vires ſuperat:quis eni3 hāc
aſſumere pꝛouinciam ⁊ tales audeat difficultates ſoluere: cum in
ſolius diuine poteſtate voluntatis ſint repoſite:qua fronte ⁊ auda/
cia moꝛtalis temeritas ſupnaturalia ⁊ celeſtia audeat ſecreta inueſti
gare:ne tuis tn̄ iuſtis petitionibus videar defuiſſe:vt ſummo pꝛinci
pi eterno deo ſincera mente ac puro coꝛde deſeruire valeas: ſupno
illo fretus lumine ad tua conaboꝛ queſita reſpondere ⁊ ideo dicā.

¶ Quod coꝛpus Chꝛiſti vere ⁊ realiter eſt in Hoſtia conſecrata veritas pꝛincipalis ⁊ maxi/ma cap. pꝛincipale ⁊ pꝛimū.

SCiendum eſt ⁊ firmiter tenendum:in illa ſan
ctiſſima Hoſtia conſecrata eſſe vere ⁊ reali/
ter illud coꝛpus ſanctiſſimū mei magiſtri di/
lectiſſimi Jeſu Chꝛiſti:ſicut pepēdit in Cru/
ce vere viuus ⁊ gloꝛioſus: carne impaſſibili
indutus:cum quo aſſiſtit Pater ⁊ Spiritus
ſanctus:⁊ gloꝛioſiſſima mater: ⁊ deniq3 oēs
ſpiritus angelici collaudantes ⁊ magnifican
tes verbum illud ſanctiſſimū humanatum ⁊ incarnatū. Unde pꝛo il
lo inſtanti quo ſacerdos finit aut terminat illam vltimam ſyllabam:
hoc eſt eni3 coꝛpus meū:pꝛo illo inſtanti ſubſtantia panis ꝑfectiſſi/

Quid eſt ī hoſtia cōſecrata

me tranſubſtantialiter in corpus chriſti glorioſiſſimi: ibi ſub illis accidentibus: puta colore: ſapore: ⁊ figura: vere ⁊ realr eſt illud corpus ſanctiſſimū Jeſu chriſti: ⁊ quis eius mirabilia exprimere valet q̄ bene cōmemorantur ibi in eſſe: equidem obſtupeſcit intellectus angelicus nedum humanus. Et propterea dicam tandem que videntur eſſe tenenda ⁊ ſunt: ad hoc vt de illo ſacramento tenenda percipias. Primo: ſunt ibi accidentia ſine ſubiecto. Secundo: totum corpus chriſti eſt in qualibet particula hoſtie viſibilis. Tertio: idē corpus eſt in omni loco vbi conſecratur. Quarto: idem corpus quotidie a fidelibus manducatur ⁊ nunquā conſumitur. Quinto: ꝙ homo cōicans hoc ſacramento nutritur. Sexto: ꝙ corpus tam magnū non grauat dum eleuatur vt de multis ⁊ quaſi infinitis mirabilibus conticeam ⁊ ſilentio preteream: que ibi continentur: hec dicta ſufficiant. PHILO. Serio an ironice hec loqueris aut parabolice? SIMON. Abſit philoſophe vt in ſacra ſcriptura mēdaciū quoquo modo ponatur non enim decet huius profeſſionis virum ironica ac parabolica in diuinis preſertim ⁊ arcanis celeſtibus loqui ſꝫ vera ⁊ que ad dei honorē ⁊ aīarū ſpectant ſalutē. PHILO. Que modo audiui: abſolute impoſſibilia eſſe ⁊ (ni fallor) ꝯdictionē includere: totamqꝫ philoſophicā penitus funditusqꝫ deſtruere doctrinā videtur: magna profecto magna Simon tui dixerunt ſocij: ſed ſine vlla comparatione tua eſſe videntur: quibus omnis obſtupeſcit humanus intellect⁹. Quō ḡ eſt poſſibile vt corpus chriſti in illa hoſtia conſecrata contineatur: ⁊ oīno nature repugnat: iam ſcis ⁊ bene noſti me viam nature ſemper ſequi: ⁊ philoſophicis preceptis non recedere: ⁊ hec non ſolum repugnant naturali phie: ſed oībus virib⁹ mee ſciētie ⁊ naturalis ⁊ moralis ſtudij: que modo audiui a te ſi bene volueris ponderare: nam ſi non ſum factus immemor oīno ꝯdictionēꝫ includere videnť. Et bene videnť dico icludere ꝯdictionē: ⁊ ꝯ omnem doctrinam philoſophicam q: non vꝫ poſſibile: ꝙ corp⁹ chriſti tam magnuꝫ ſub illa parua quātitate illius hoſtie ꝯtineatur. Et pꝫ q: aut corpus chriſti ſub illa ſpecie panis: puta coloris: ſaporis: ⁊ quantitatis: eſt quantum: aut non quantum: non datur mediū Non poteſt eſſe non quantum: q: cum ſit quantum in celo: ſic ſimul eſſet quantum: ⁊ non quantum quod includit ꝯdictionem. Nec poteſt ibi eſſe quantum: q: quantitas non pōt ſeparari a modo quantitatiuo: ſcōm noſtram doctrinam: ſicut nec ſubiectum a ſua propria paſſione: q: maxime propria paſſio quanti vꝫ eſſe modus quantitatiuus: ergo eſſet in illa hoſtia illud corpus ſanctiſſimum modo quātitatiuo. ſ. per equalem proportionē corporis ꝯtinentis ad corpus Chriſti

De mirabilibus q̄ ſunt in ſacramēto altaris.

Obiectio ꝙ corp⁹ chriſti non ſit in hoſtia cōſecrata.

Chriſti contentum: hoc autem eſſe non poteſt in illa parua hoſtiã
conſecrata: cum ſit multo minoris quantitatis q̃ ſit corpus ſanctiſ/
ſimum Jeſu Chriſti. Multa alia eſſent dicenda ad propoſitum: que
breuitatis cauſa dimitto: quia materia eſt ſatis difficilis ⁊ plixa. Et
vellem ſi placet vt hec ipſa patefaceres. Primo quomodo eſt poſ/
ſibile ꝙ in illa hoſtia conſecrata contineatur vere ⁊ realiter corpus
Chriſti: ⁊ ꝙ ſubſtantia panis tranſubſtantietur in ſubſtantiam cor/
poris Chriſti: ⁊ ꝙ tot angelici chori: ⁊ deniq; tota ſanctiſſima trini/
tas ibi aſſiſtat. Secundo: quot ſunt illa mirabilia que in illo altiſſi/
mo ſacramento commemorantur. Et quomodo eſt poſſibile vt ta
lia poſſint ibi eſſe: cum videantur contra omnem rationem. Tertio
quanta eſt efficacia illius altiſſimi ſacramenti in miſſã oblati: ⁊ cum
hec omnia mihi oſtenderis ſatis quieſcere puto. SIMEON. Ne
mireris ſi humanus hec nequit intellectus capere: intellectum enim
⁊ omnem ſuperauit: que petis: humanam rationem: omniſq; philo/
ſophica ⁊ naturalis cõfunditur doctrina: nec vt mihi videtur reſpõ/
ſione ſunt digna: ſed ne aut irreſolutus recedas aut tuas cõtra nos
putes rationes concludere. Faciam quantũ in me eſt que hortaris.
Et primo cum queris quomodo corpus Chriſti vere ⁊ realiter
contineatur in illa hoſtia conſecrata: ⁊ quomodo hoc ſit poſſibile:
dicam licet hoc myſterium (vt diximus) facultatem vires excedat
non tantum humanas: verum etiam angelicas: propter ſuam ineſti/
mabilem excellentiam ⁊ dignitatem: hinc eccleſia ſancta magiſtri
mei Jeſu Chriſti dicit. Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt q̃ cor/
pus ⁊ ſanguis Chriſti: nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed hec om/
nes precellit: que pura conſcientia domino eſt offerenda: ac pu/
ra mente ſumenda: atque ab omnibus veneranda. Et ſicut potior
eſt ceteris: ita potius extolli ac venerari debet: ⁊ hoc eſt ratione cõ
tinentie: quoniam hoc ſacramentum vere ⁊ realiter continet Jeſuʒ
filium Dei: ac intemerate virginis Marie vere filium quantum ad
humanitatem. Cum ergo dicis quomodo eſt poſſibile: vt corpus
Chriſti in illa hoſtia contineatur. Dico ⁊ pro huius intelligentia eſt — Aliqd cõtineri in ſacro altaris põt eſſe dupliciter.
notandum: ꝙ aliud eſt quod continetur in hoc ſanctiſſimo ſacra/
mento ex vi verborum. Aliud quod continetur cõcomitanter. Nã
in hoſtia ꝯſecrata eſt ſubſtãtia corporis chriſti. Et in vino conſecra
to eſt ſubſtantia ſanguinis Chriſti: quia de eis verba expreſſe men/ — Quid ſit cõtineri ex ui uerborum.
tionem faciunt. Nam contineri ex vi verborum: non eſt aliud niſi q2
verba de illo expreſſe mentionem faciunt. Et ideo in hoſtia conſe/
crata immediate primo eſt ſubſtãtia corporis Chriſti: q2 de illo ver
ba expreſſe mentionem faciunt. Et in conſecratione ſcilicet vini eſt

ſanguis Chriſti:ſed ne videatur tibi penitus impoſſibile ⁊ implica/ re contradictionez:⁊ per conſequens Deo impoſſibile:ſcilicet ſub/ ſtantiam panis conuerti in corpus Chriſti:⁊ ſubſtantiam vini con/ uerti in ſanguinem Chriſti:ideo probo hoc Deo non eſſe impoſſi/ bile:quãuis hoc via naturali cognoſci non poſſit. Et primo per au thoritatẽ infallibilis veritatis:que nec fallere nec falli poteſt: ſcilicet magiſtri mei Jeſu Chriſti:qui per ſocium meum Joannem dicit: ca ro mea vere eſt cibus.⁊ ſanguis meus vere eſt potus.Ecce ꝙ aper tiſſime hanc veritatem oſtendit. Secundo hoc idem probatur ra/ tione.Et arguo ſic in cuiuſcũqz poteſtate agentis ſunt aliqua duo extrema quantum ad totum eſſe:⁊ quantum ad totum non eſſe: in eius poteſtate eſt de vno facere aliud:verbi gratia. Si ignis habet poteſtatẽ deſtruendi lignum ⁊ cauſare ignem ex ligno:in eius pote ſtate ⁊ virtute eſt de ligno facere verum ignem. Et ſic maior eſt de ſe nota:quia eo modo quo aliqua duo extrema ſunt in poteſtate ⁊ virtute alicuius agentis:eo modo de vno poteſt facere aliud.Tunc addo minorem: ſed ſic eſt ꝙ ſubſtantia panis:⁊ ſubſtantia corporis Chriſti ſunt in poteſtate dei quantum ad totum eſſe: ⁊ quantuz ad totum non eſſe: patet quia ſunt pure creature: ⁊ deus poſſet illas annihilare.Et ſimiliter de ſubſtantia vini ⁊ ſubſtãtia ſanguinis chri ſti:ergo Deus ſua infinita omnipotentia poteſt panem tranſubſtã/ tiare in corpus Chriſti:⁊ vinum in ſanguinem eius. Nec ſecundum veſtram doctrinaz philoſophicam hoc negare potes: ſi teneres to tum quo ad materiam ⁊ formam eſſe in poteſtate ⁊ virtute agentis: ſed quia vos dicitis ſecundum veſtram doctrinam: materiam eſſe ingenerabilem ⁊ incorruptibilem: ideo dicitis totum non poſſe ſe/ cundũ omnes partes eo modo quo loquor in propoſito tranſub/ ſtantiari in totum : ſed ſi poſuiſſet philoſophus ꝙ in ptãte agentis eſſet quo ad omnes partes eius: de facto nobiſcum conueniſſet:ſi/ cut veſter philo.dicit ſecũdo de generatione:ꝙ generatio eſt tranſ mutatio totius in totum:verbi cauſa ex aqua:que eſt quoddam to tum compoſitũ ex materia ⁊ forma generatur ignis: q eſt qȯdaz to tum compoſitum:non ꝙ materia ignis ſit de nouo cauſata:ſed tan/ tuz forma ignis eſt de nouo producta:que eſt in materia que prius fuit ſub forma aque:⁊ ſic dicitur mutatio ſecundum quid ⁊ non ſim pliciter.Preterea ſecundo idez probatur. Veni huc philoſophe:⁊ eſto intẽtus.Nam hanc veritatẽ negare nõ poteris:⁊ arguo ſic.Si de quo minus videᷓ ineſſe ⁊ ineſt: ergo ⁊ de quo magis:patet iſta ꝓpoſitio ⁊ eſt valde nota ⁊ famoſa apud vos phi. Sz minus videᷓ ꝙ natura naturata:ſiue natura creata poſſit tranſmutare vnam na/

turam in aliam naturam: ⁊ poteſt ⁊ de facto facit: ergo multo ma-
gis natura naturans ſiue natura increata: ſiue deus poteſt tranſub-
ſtantiare ſubſtantiã panis in ſubſtantiã corporis Chriſti: ⁊ ſubſtãtiã
vini in ſubaʒ ſanguinis Chriſti: hec autẽ minor. ſ. ꝙ natura naturata
ſiue natura creata hoc facere poſſit probatur: ẽt ꝙ de facto fecit. Uir
gam tenebat Moiſes proiecit eam: ⁊ facta eſt ſerpens. Rurſus ap-
prehendit caudam ſerpentis ⁊ in virge naturam reuertitur. Uides
ergo diſertiſſime inuenis prophetica gratia bis mutatam eſſe natu-
ram ſerpentis ⁊ virge. Currebant egypti flumina puro meatu aqua
rum: ſubito de fontium venis ſanguis cepit erumpere. Nõ erat po
tus in fluuijs: rurſus ad prophete preces cruor ceſſauit fluminum
aquarũ natura remeauit: concluſus erat vndique populus hebreo
rum: hinc egyptijs vallatus: inde mari concluſus: virgam leuauit
Moiſes ⁊ ſeparauit ſe aqua: ⁊ in murorum ſpeciem ſe congelauit:
atqꝫ inter vndas via pedeſtris apparuit. Jordanis cõuerſus eſt re-
trorſum: ⁊ contra naturam in ſuis fontibus conuertitur exordium.
Nonne claret naturam maritimorum fluctuum vel fluuialis cur-
ſus eſſe mutatam. Sitiebat populus patrũ: tetigit Moiſes petram:
⁊ aqua de petra fluxit. Nunquid non preter naturaʒ operata eſt pe
tra vt aquam euomeret quam non habuit a natura. Marath flu-
uius amariſſimus erat: vt ſitiens populus bibere non poſſet: miſit
Moiſes lignum in aqua ⁊ amaritudinem ſuam aquaruʒ natura de-
poſuit: quam infuſa ſubito gratia temperauit. Sub Eliſeo prophe
ta: vni ex filijs prophetarum excuſſum eſt ferrum de ſecuri in aquaʒ
rogauerat Eliſeum qui amiſerat ferrum: miſit Eliſeus lignum in
aquam ⁊ ferrum natauit: vtiqꝫ ⁊ hoc contra naturaʒ factum eſſe co-
gnoſcimus: grauior eſt enim ferri ſpecies ꝙ̃ aquarum liquor: hoc
aduertimus igitur maiorem eſſe gratiam ꝙ̃ naturam: ⁊ adhuc pro-
phetice benedictionis miramur gratiam. Si igitur tãtum valuit hu
mana benedictio: vt naturam conuerteret. Quid dicimus de ipſa
cõſecratione diuina: vbi ipſa verba domini ſaluatoris magiſtri mei
operantur. Nam ſacramentuʒ iſtud quod ſumimus Chriſti ſermo-
ne conficitur. Et quid mirum cum de totius mundi operibus legi-
tur: ꝙ ipſe dixit ⁊ facta ſunt ſermo igitur qui potuit ex nihilo facere
quod non erat: vt ſocius meus Petrus ſupra dixit: non poteſt ea
que ſunt mutare in ea que non ſunt: non enĩ eſt minus dare rebus
nouas naturas ꝙ̃ mutare. Si igitur ſermo dei viuus eſt ⁊ actiuus
qui dixit fiat lux: ⁊ facta eſt lux: cuius verbo celi firmati ſunt: ⁊ om-
nis decor eorum: qui ex puriſſimo ſanguine beate virginis ſe homi
nem fecit: non põt panem ⁊ vinum in corpus ſuum ⁊ ſanguineʒ face

re? Non ergo debet incredibile apparere si verbo domini ex ore sacerdotis prolato: fiat iſta tranſubſtantiatio: cu3 tanta ſimilia facta eſſe conſpicimus. Secūdo dico q non ſolu3 hoc poſſe fieri perſuadetur per virtutem gratie: ſed etiam virtus artis ⁊ nature hoc pſuadere videtur: licet ſit impoſſibile q in natura inueniatur exēplū omnino ſimile per oia: nec etiam in ijs que aſſimilantur: omnino ſimilitudo requiritur: qꝛ tunc eſſet idētitas: ⁊ non ſimilitudo. Unde philo. veſter ait exempla ponimus non q ita ſint: ſed vt ſentiant diſcentes. Ars. n. hoc perſuadere videtur. Nam alchimiſta per virtutem artis tranſmutat vnam materiam metalli in aliam materiam. Et vitrifex cōuertit cinerem ⁊ alumen in lucidū vitrum: quid ergo faciet omnipotentia creatoris? Adhuc nature exemplum hoc idem oſtēdit. Ipſa enim natura cibū ⁊ potum aſſumptum in carne3 ⁊ ſanguinem conuertit. Unde ſicut panis ⁊ vinum tranſeunt in nutrimentū in ſanguinem: ⁊ carne3 animalis. Ita panis propoſitionis ideſt qui ponitur in altare: ⁊ vinum ⁊ aqua tranſeunt in corpus chriſti. Inſuper apes beneficio nature conuertunt flores in cere naturā ⁊ mellis: aues quoq3 eodem beneficio nature conuertunt oua in pullorum ſubſtantiam: quid igitur dicemus de ipſa cōſecratione diuina: vbi operatur virtus creatoris? patet ergo conſequentia noſtra q ſi natura creata poteſt mutare vnam naturam in aliā: ergo multo magis natura increata deus eternus ⁊ imortalis. PHI. Mira ac ſupceleſtia audiui non humanitus manifeſtata: ſed diuinitus: ſatiſq3 diuino illuſtratus lumine intellectus quieuit. Bene percepi venerande Simon de poſſibilitate huius altiſſimi ſacramenti: tñ adhuc nō intelligo quid ſit ſubſtantia panis conuerti in ſubſtantiem corporis chriſti: ⁊ ſubſtantiā vini conuerti in ſubſtantiā ſanguinis chriſti. Nā quid ex pane fit caro chriſti? ⁊ ex vino fit ſanguis chriſti? ſicut ex pane aſſumpto a nobis fit ſanguis ⁊ caro. SIMON. Ab exceſſiuis ⁊ arduiſſimis queſitis tuis ac dubitationib⁹ ne qs recedere: ⁊ quāto magis explicari nitor: tāto magis iplicari videor: nō. n. ē difficultas quā petiſti minima: ſed maxima ⁊ a nō multis intellecta. Tñ dica3 tibi q ſuba3 panis ꝯuerti in ſuba3 corpis xpi: nō ē q ex pane fiat caro xpi neq3 ex vino fit ſanguis: ſ3 ſba3 panis ꝯuerti in ſba3 corpis xpi nō eſt aliud niſi qꝛ in vltimo inſtāti ꝓlationis verboꝝ qñ ſacerdos dicit: hoc eſt. n. corpus meū: in hoc vltio inſtanti virtute diuina deſinit eē ſba panis: ⁊ fit ibi pñs corpus xpi: ſicut erat in cruce: ⁊ h nō pt aliter fieri: qꝛ ſic deus eternus ordinauit. Et tñ illa accidētia panis. ſ. quātitas: odor: ⁊ ſapor: ⁊ color: ſunt ibi ſine ſubiecto: vt infra dicemus: p3 ergo gd in iſto ſanctiſſimo ſacro ꝯtineat ex vi verboꝝ.

Nota gd ſit ſubſtantiā panis conuerti in corpus xpi

¶ Quod

❡ Quod omnia que ſunt in chriſto vt eſt in celo: licet ſub alio modo ſunt in eo vt eſt in ſacramento per concõmitantiam veritas ſecunda ⁊ maxima. Cap. 2.

Quid in ſacramento contineatur p concõmitantiã.

Nunc aũt remanet videndum. Quid ibi contineatur cõcomitanter ſiue per cõcomitantiam. Dico ergo ꝙ per cõcomitantiam ibi eſt quantitas chriſti: ea que nũc eſt in celis: vel que fuit in Cruce: quia illa ſubſtantia eſt quanta: quia corpus ſine quantitate eſſe non poteſt: eſt ibi caro chriſti quanta de vtero virginis acceptas ⁊ quia ipſa caro eſt viua: ⁊ vita ſine ſanguine eſſe non poteſt: ⁊ quia ipſa eſt animata: ⁊ ideo eſt anima vnita cum corpore: eſt ibi ſanguis per cõcomitantiam mediatã: ⁊ aĩa rõnalis per cõcomitantiã propinquam: ⁊ diuinitas per cõcomitantiam remotam: qm̃ quod ſemel aſſumpſit quo ad partes principales nunq̃ dimiſit: eſt ibi quoqꝫ per concomitantiã gloria chriſti: etas: formoſitas: ſanitas: decor: eſt ibi quoqꝫ pater: filius: ⁊ ſpiritus ſanct⁹: virgo Maria: ⁊ omnes angeli laudantes ⁊ magnificantes deum: vide ergo quanta ſit celſitudo ⁊ excellentia huius altiſſimi ſacramenti ⁊ qualem reuerentiam ei exhibere debemus: vnde non immerito cetera ſacramenta excellit. Et ideo vt ſcias excellentiam iſtius ſacramenti reſpectu omnium aliorum ſacramentorum. Nota ꝙ q̃druplex eſt excellẽtia huius ſacramenti reſpectu omnium aliorum ſacramentorum. Prima eſt: q: eſt veraciſſimum in ſignando. Alia enim ſacramenta veracia ſunt: quantum eſt ex ſe: tamen quandoqꝫ non habent ſuum effectum: propter indiſpoſitionem ſuſcipientis: iſtud autem nunq̃ caret ſuo ſignato: hoc eſt dictu ꝙ quamuis baptiſmus ſit ſacramentum veraciſſimum: ſicut ⁊ cetera quantum eſt ex ſe: tamen non ſemper habet ſuum ſignatum ideſt gratiam abluentem animam a peccato. Unde licet baptiſmus ſignificet gratiam abluentem animam a peccato: tamen multotiens hoc impediri poteſt: vt patꝫ: ſi iudeus baptizetur vt derideat chriſtianos: q̃uis ſit ibi ſacramentum: puta ablutio facta a ſacerdote ſub certis verbis. ſ. ego te baptizo ⁊c. tñ ibi non eſt ſignatũ ſacramenti ſcilicet gratia: non ſic in ſacramento euchariſtie: ſemper enim de neceſſitate ſequitur ſignatum ſacramenti: puta preſentia corporis Chriſti in hoſtia conſecrata: ſi verba proferantur integre ⁊ recta intentione conſecrandi ſuper debitam materiam a ſacerdote: poſito quod eſſet peſſimus propter indiſpoſitionẽꝫ eius

Quadruplex eſt excellentia huius ſacrĩ reſpectu aliorũ ſacrorum.

Sacrm eucharistie nunq̃ caret ſuo ſignato ꝑ indiſpoſitionẽ ſuſcipientis.

non impeditur: quin ſequatur ſignatum ſacramenti. Unde quicunqꝫ ſacerdos etiã ſuſpenſus: degradatus: excõicatus: diceret verba cõſecrationis ſuper debitã materiaꝫ cum intentione conſecrãdi: ꝙ de facto conſecraret: ⁊ eſſet verũ ſacramentũ: ⁊ ibi eſſet verũ corpus Chriſti quãuis peccaret mortaliter cõſecrando: ⁊ quare hoc? quia characteres ſunt indelebiles ab anima ⁊ non niſi a deo auferri poſſunt: et eſt ſemper in potentia propinqua conficiendi.

Sacr̃m euchariſtie qđ ſignat realiter continet.

Secũda excellentia huius ſacramenti eſt: quia illud quod ſignat realiter continet. Alia enim ſacramenta licet ſignant ſua ſignata: non tamen realiter continẽt illa. Nam licet baptiſmus ſignet gratiam: non tamen realiter continet gratiam: quia non poteſt eſſe in re inanimata: ſacramentum autem euchariſtie ſignat corpus Chriſti: puta accidẽtia: quantitas: odor: ⁊ ſapor. Et ibi realiter continetur corpus chriſti: non tãquam locatum dimenſiue in loco: ſed eſt ibi preſentialiter ⁊ ibi eſt ita corpus Chriſti perfectum ſicut in celo licet non eodem modo.

Sacr̃m euchariſtie ſignat gratiã ſubſiſtentem.

Tertia excellentia eſt ſignati per iſtud. Alia enim ſacramenta ſignant gratiam accidentalem inherentem ſuſcipienti. Iſtud autẽ ſignat gratiam ſubſiſtentem: ideſt veruꝫ corpus Chriſti realiter ibi exiſtens. Ultima differentia eſt in modo eſſendi iſtius ſacramenti: quia omnia alia ſacramenta conſiſtunt in vſu ⁊ in fieri: ita ꝙ ideꝫ eſt ibi ſacramentum: ⁊ perceptio ſacramenti: ſicut baptiſmus eſt perceptio baptiſmi: nec permanet aliquod quod ſit ſacramentum: ceſſante tali vſu vel perceptione:

Sacr̃m euchariſtie eſt ꝑmanens.

ſed ſacramentum euchariſtie eſt quoddam permanens: etiam ante vſum: quia antequam hoſtia conſecrata ſumatur a ſacerdote: ibi eſt vere corpus Chriſti: ⁊ hoc congruuꝫ fuit: quia Chriſtus permanẽter voluit eſſe nobiſcum ergo in aliquo ſacramento vel ſigno permanente: vnde vſus huius ſacramenti nõ eſt ſacramentum:

Vſus hui⁹ ſacramenti nõ eſt ſacr̃m.

vſus enim verborum ſacramentalium eſt quedaꝫ via ad ſacramentum: quia in termino prolationis verborum incipit eſſe ſacramentum: ſed vſus et perceptio huius ſacramenti eſt quedam diſpoſitio ſacramentalis: ſeu via ſi digne fiat: qua hoc ſacramẽtum applicetur membro eccleſie: ⁊ bene poſſibile eſt in vtroqꝫ vſu ſi digne fiat gratiam conferri vtenti: ⁊ ſic patet ad primum dubium quomodo continetur corpus Chriſti vere ⁊ realiter in hoſtia conſecrata ⁊ quomodo hoc ſit poſſibile. PHILO. Sic tuo interpoſito lumine ſolute mihi videntur prepoſite difficultates vt in eis amplius meus nequeat intellectus dubitare: adhuc tamen alique de nouo inſurgunt: que mentem perturbant meam ⁊ me male habẽt: ne ergo dilecte Simon moleſtum tibi ſit me preponentem audire: ⁊ audita ſoluere vt omnis ab humana mente expellatur vmbra ⁊

lumen poſſit veritatis pertingere: quero ergo vtrum hoc ſacramẽtum debeat adorari. Et ſi ſic qua adoratione: videlꝫ latrie: an dulie: an iperdulie. Scḋo vtruꝫ ſi ſacerdos non conſecraret populus eſſet idololatra aut peccaret mortaliter an non: quia ex quo ibi nõ eſt corpus Chriſti: ſed tantum ſubſtantia panis que eſt ſimpliciter creatura.

¶ Quod ſacramentũ dꝫ adorari adoratione latrie: licet non abſolute: ſed vt ſignum repreſentãs ſignatum: veritas tertia ꝛ maxima. Cap. 3.

DIcam tibi: pro cuius intelligentia eſt notanduꝫ ꝙ in ſacramento altaris poſſumus plura conſyderare. Primo diuinitatẽ Chriſti. Scḋo humanitatẽ eius: quia eſt deus ꝛ homo pfectus. Tertio accidentia illa puta ꝛ quantitatẽ: que fuit panis: odorem ꝛ ſaporẽ que vocãtur ſacramẽtuꝫ. Si loquamur de diuinitate Chriſti: nulli dubiũ eſt: ꝙ eſt adorãdus adoratione latrie: que adoratio latrie non eſt aliud ꝙ̃ cognoſcere ꝛ reputare bonitatẽ illius eẽ ſummã a qua adorans habet bonitatẽ ſuam totã: ꝛ huic actui voluntatis reputantis bonitatẽ illam eſſe ſummaꝫ corrñdet aliquis actus exterior: ꝛ talis adoratio debetur Chriſto: ſcḋm naturam diuinã. Si autem loquamur de Chriſto quantuꝫ ad eius humanitatem: dubium eſt an debeat adorari adoratione latrie: an dulie tantum. Tamen breuiter dico ꝙ humanitas Chriſti poteſt dupliciter conſyderari. Uno modo vt eſt cõiuncta diuinitati. Alio modo in ſe: ꝛ vt diſtincta a diuinitate. Primo modo eadem adoratione ſcilicet latrie adoratur humanitas Chriſti ꝛ diuinitas: ſicut eſt de rege ꝛ purpura eius: ꝙ eadem reuerentia venerantur. Aliud exemplum eſt de toto ꝛ partibꝰ eius: vt ſi reuereor hominẽ ꝑpter ſapientiã: totum reuereor: ſcilicet corpus ꝛ animã: non animã excludendo corpus: nec corpus excludẽdo animã: ſic in propoſito: cũ humanitas ſit vnita diuinitati vnione pſonali: qꝛ eſt vna perſona ea adoratione: qua adoratur diuinitas: adoraẜ humanitas: tamẽ ſola diuinitas eſt cauſa: ꝛ rõ talis adorationis: ꝛ nullo modo humanitas chriſti eſt ratio ꝛ cauſa talis adorationis: cum ſit creatura. Si autẽ cõſyderetur inquantũ eſt diſtincta a diuinitate ꝛ vt ratio adorãdi: ſic ei debetur adoratio iperdulie que adoratio eſt extrema reuerentia: que debetur creature. Si autẽ loquamur de ſacramẽto: ſiue de accidẽtibus illis. Reſpõdeo ꝙ

In ſacro eucharistie tria principaliter cõſyderãtur.

Dĩnitas adoratur adoratiõe latrie.

Quid ſit adoratio latrie.

Hũanitas xp̃i ut diſtincta a diuinitate & ut rõ adorandi adoratur adoratiõe iperdulie & ut cõiuncta latrie.

Quid ſit iperdulia.

Accñtia ſunt honorāda in quātū ſunt ſignum rep̄ſentās ſignatū.

accidentia illa ſunt honoranda non ſimpliciter cum honor ſiue reuerentia non debeatur niſi creature rationali: ſed inquantum ſunt ſignum repreſentans ſignatū: ſcilicet Chriſtum ſunt adorāda. Et ſic patet quomodo ſacramentum ſiue accidentia illa ſunt adoranda: non abſolute: ſed inquantum ſignum repreſentans ſignatum: ſcilicet Chriſtum: ⁊ qua adoratione: ſcilicet quia latrie. Ad ſecundum dubium dico ꝙ poſito caſu ꝙ ſacerdos non conſecraret ⁊ eleuaret illam hoſtiam non conſecratam: populus non eſſet idololatra: nec peccaret mortaliter: quia omnes ſimplices adorant in fidem eccleſie: vt videlʒ adorent eam ſi eſt conſecrata: aliter non: ⁊ hoc ſufficit ſimplicibus ad ſalutem eorum: quia eccleſia ſancta que a ſpiritu ſancto gubernatur: omnibus prouidit: ſcilicet ſimplicibus ⁊ literatis qualiter viuant: ⁊ in fide permaneant. Et ideo docti adorant diſtincte ⁊ non confuſe vt ſimplices: quia hoc ſcire tenentur. Et ſic patet ad ſecundum dubium.

Si ſacerdos ñ cōſecraret, & eleuaret hoſtiā nō conſecratā, populus non eſſet idolatra nec peccaret mortaliter.

Ad ſecūdū dubium principale cum queris quot mirabilia in hoc ſacramēto cōmemorātur. Dico ꝙ quaſi infinita ⁊ ſoli Deo cognita de quibus ſex tantum enumeraui.

Primū mirabile.

Primo ergo dico ꝙ in iſto altiſſimo ſacramento: ſunt accidentia ſine ſubiecto: puta quantitas que fuit panis: odor: color: ⁊ ſapor: que ibi ſine ſubiecto exiſtunt contra eorum naturam. PHILO. Ego nō poſſum iſta percipere: quia videntur expreſſe contra omneʒ noſtram doctrinam philoſophicam: immo contra omnem rationem. Et patet quia ſicut ſubſtantie conuenit eſſe per ſe: ſic accidenti eſſe in alio: ⁊ hoc probatur: quia ens diuiditur in ens per ſe: ⁊ in ens in alio: ⁊ primum membrum conuenit ſubſtantie: ⁊ ſecundum accidenti: ſed impoſſibile eſt eſſe ſubſtantiam ⁊ non eſſe per ſe: ſiue eſſe in alio: quia quod vere eſt nulli accidit ſecundum noſtram doctrinam: ergo impoſſibile eſt eſſe accidens ⁊ eſſe per ſe: vel eſſe in alio. Preterea poſterius eſſentialiter non poteſt eſſe ſine priori eſſentialiter: patet quia propria paſſio puta riſibilitas non poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto: quod eſt prius eſſentialiter: ſed accidēs eſt poſterius eſſentialiter ipſa ſubſtantia ſecundum noſtram doctrinam: quia ſubſtantia eſt principium omnium entium cognitione ⁊ tempore: ergo non poteſt eſſe ſine ipſa ſubſtantia: ⁊ multa alia eſſent dicenda ad propoſitum que breuitatis cauſa dimitto: quia materia eſt ſatis prolixa ⁊ difficilis. Dic ergo obſecro quomodo hoc eſt poſſibile: quoniam doctrina mea totum oppoſitum tenet. SIMON. Iam dixi tibi ꝙ myſteria huius altiſſimi ſacramenti omnem ſuperant intellectum: ⁊ ſunt ſupra omnem naturalem rationē. Et ideo via naturali non poſſunt tam alta myſteria ⁊ archana ſecreta oſtendi. Tamen pro viribus dicam quod

ſentio: ⁊ ſecundo tuis argumentis reſpondeo. Dico ergo ꝙ accidẽtia iſta poſſunt eſſe ſine ſubiecto: quod perſuadetur ratione ⁊ ſimilitudine: quia quilibet effectus magis dependet a cauſa prima: ꝙ̄ a cauſa ſecunda: vel quicquid Deus poteſt producere mediante cauſa ſecunda efficiente: poteſt per ſeipſum: verbi cauſa: ſi filius ſit productus a patre: a deo: ⁊ a ſole: cũ Deus ſol ⁊ homo generent hominem ſecundum veſtram doctrinã: filius magis dependet a deo ꝙ̄ a patre: ⁊ deus poſſet producere illum ſine patre: vt patet de facto in primo noſtro parente: ſed ſic eſt ꝙ Deus eſt cauſa effectiua: tam ſubſtantie panis ꝙ̄ accidentis: ergo magis accidẽtia panis dependent a Deo ꝙ̄ a ſubſtantia panis. Si ergo deus poteſt conſeruare accidentia panis mediante cauſa ſecunda: ſcilicet ſubſtantia panis: ergo poteſt per ſeipſum: tranſit ergo ſubſtantia panis in ſubſtãtiam corporis Chriſti remanentibus accidentibus panis: ſcilicet colore: ſapore: ⁊ odore: ⁊ huiuſmodi ſimilitudo habetur in ouo poſito ſub gallina: quod per naturam conuertitur in auiculam: in qua mutatione ſunt illa quattuor que ſunt in tranſubſtantiatione: ſcilicet continens: ſcilicet teſta quaſi ſpecies oui exterior: ⁊ contentum: ſcilicet vitellum qui eſt ſubſtantia: ⁊ operans: ſcilicet natura: ⁊ operatum: ſcilicet caro pulli: mutatur itaque ſubſtantia oui in pullum manente ſpecie oui: ſcilicet teſta: ſic mutatur ſubſtãtia panis in ſubſtantiã corporis Chriſti manente ſpecie panis: ⁊ mira ſimilitudo: quia diebus aliquibus teſta perſeuerat integra quaſi ſit ouum: ⁊ tamen nõ eſt ouum: ſed viui pulli integrum corpus teſta velatum. PHILOSO. Durum quod dixiſti videtur: nunquid vis me in debita diſpoſitione ⁊ ꝓportione ⁊ obiecti conuenientia exiſtentem ſenſuꝫ dimittere ⁊ nondum perceptam ſequi rationem: ad ſenſum in oppoſitum omnia patent. Mihi videtur ꝙ hoſtia conſecrata apparet eſſe panis per odorem ⁊ ſaporem: quare non eſt ibi panis? SIMON. Si ſenſum ſequeris; in multis decipieris: ſepe enim ſenſus aliter ꝙ̄ ſunt multa iudicat: quapropter veritatibus eſt adherendum in anima quieſcentibus: que a Deo ſunt: qui nec falli poteſt: nec fallere. Dico ergo ꝙ deceptus es: nam talia accidentia fundantur in quantitate ⁊ non in ſubſtantia. Et ſi tu dicas illa quantitas vbi fundatur. Dico ꝙ illa quantitas eſt ſine ſubiecto virtute diuina vt dixi. Preterea multa apparent aliter ꝙ̄ ſunt: ſol apparet cubitalis rotunditatis: ⁊ tamen ſecundum veritatem eſt maior centum vicibus tota terra: apparet aliqñ ſanguineus: rubeus: ⁊ tñ non recipit peregrinas impreſſiones: febricitantibus vinum apparet amarum: ⁊ tñ non eſt ſic: ita iſta hoſtia cõſecrata apparet panis:

Mirabilis & cõformis ſimilitudo.

Cetera accidẽtia fundãtur in quantitate quãtitas autẽ eſt ſine ſubiecto uirtute diuina.

Sacramētum eſt ſignū rei ſacre.

⁊ tñ non eſt panis: ⁊ ſic de vino ⁊ hoc conuenit nature ſacramento rum:q: ſunt ſigna rerū ſacrarum:eſt aūt de nā ſigni:aliud eſſe:⁊ aliō ſignificare:aqua.n.baptiſmi aliud eſt:⁊ aliō ſigñat: eſt aqua ⁊ ſignifi cat gratiam abluentem animā a peccato.Circulus ēt ante tabernā: aliud eſt ⁊ aliud ſignificat:eſt lignum circulare:⁊ ſignificat vinū: eſt ergo conueniens fidei noſtre ⁊ dignitati ipſius ſacramenti:aliud eſ/ ſe:⁊ aliud ſignificare:eſt ſpēs panis ⁊ continet realiter corpus chri/ ſti veraciſſimū de virgine conceptum.Et iō rñdeo argumētis tuis. Et primo ad primū cum dicis.Sicut ſubſtantie conuenit ēe p ſe:ſic accidenti conuenit eſſe in alio:q: iſta diuidunt ens ⁊c.Dico φ eſſe p ſe:⁊ eſſe in alio poteſt intelligi dupliciter.Uno modo aptitudinali/ ter.ſ.φ omnis ſubſtantia eſt apta nata per ſe eſſe:⁊ omne accidens ē aptum natum inherere.Alio modo actualiter.ſ. φ omnis ſubſtātia ſit de facto per ſe:⁊ φ omne accidens de facto inhereat. Si accipiat primo modo:ſic iſta ſunt immediata ⁊ diuidunt totum ens:ita φ oē ens aut eſt aptum natum eſſe per ſe:aut eſſe in alio:⁊ tunc ex hoc nō ſequitur aliud: φ accidens non pōt eſſe ens per ſe cui repugnat in herere ⁊ hoc concedo φ illa accidentia que ſunt in eucbariſtia ſunt apta nata inherere ſubiecto:⁊ illis nullo modo repugnat inherere. Si aūt accipiatur ſcdo modo.ſ.actualiter:tunc iſta non ſunt imme/ diata nec diuidunt ens.Non.n.omne ens aut actualiter eſt ens per ſe:aut actualiter inheret.Et ideo conſequentia non valet ab aptitu dine ad actum:ſed eſt fallacia conſequentis:eſt aptum natum inhe/ rere:ergo actu inheret.Ad ſcdm cum di poſterius eſſentialiter nō poteſt eſſe ſine priori eſſentialiter:ſed accidens eſt eſſentialiter poſte rius ſubſtantia:ergo non poteſt eſſe ſine ſubſtantia.Ad hoc dico φ prius ⁊ poſterius poſſunt capi dupliciter.Uno modo actualiter:vt ſubiectum ⁊ propria paſſio.Alio modo aptitudinaliter ⁊ ſic ſi vni/ formiter accipiantur prius ⁊ poſterius naturaliter loquendo poſte rius non poteſt eſſe ſine priori.Si aūt accipiātur difformiter: ſic nō eſt verū φ poſterius aptitudinaliter non poſſit eſſe ſine priori actua liter:q: illud quod eſt prius aptitudinaliter:ſi non ſit:non eſt prius: ſi etiam ſit:⁊ tollatur dependentia ad ipſum per aliquid aliud prius vtroq: puta per deum:nec ſic eſt actu prius:⁊ hoc modo eſt in pro poſito:q: illa accidentia que ſunt in eucbariſtia:non actu dependēt a ſubſtantia panis ſed a deo.Et ideo dico:φ iſtud accidens non eſt actualiter poſterius ad ſubſtantiam panis:ſed tantum aptum natū eſſe poſterius ad illud:tanq̄ ad aptitudinaliter prius.Et ſic patʒ re ſponſio ad argumenta.Secundū mirabile in hoc ſacramēto eſt: φ corpus chriſti eſt in qualibet particula hoſtie ſenſibili integre ⁊ per

Eſſe pſe & eſſe in alio pōt itelligi dupliciter.

Prius & poſterius pñt capi dupliciter actualiter & aptitudinaliter

Secundū mirabile.

fecte: ⁊ ſecundum omnes partes eius quando diuiditur. PHIL.
Mirabile dictu: quis mortali indutus carne ⁊ philoſophica preſertim ſequens principia hanc põt cognitionẽ attingere: vt tã magnũ corpus in tam parua exiſtat quantitate: nec imaginatio: nec rõ: nec mens capit humana. Nunquid dimenſionũ datur penetratio: aut ſine loco corpus eſſe poteſt: magna fuerunt prius recitata: ſed incomparabiliter maiora hec videntur: niſi. n. aliter ſatiſfeceris meus nullo poteſt modo intellectus quieſcere. SIMON. Mira quidem videntur ⁊ ſunt: ⁊ que niſi diuina ⁊ ſupnaturali potentia fieri nequeãt omnemq̧ ⁊ humanũ ⁊ angelicũ tranſcẽdunt intellũ: ſi imaginationẽ: que ſenſibilia tantum poteſt percipere aut humanã ⁊ natralem volueris rõnem ſequi: nunquã tantam infallibilem poteris veritatẽ ptingere: opus eſt ergo: ſi ad lumen cupis puenire veritatis: fantaſmata ⁊ oẽm vmbraticam ac philoſophicã rõnem dimittere. Et iõ ne mireris ſi non potes via naturali hoc capere qđ de ſacramento dĩ: ⁊ alia dicta ac dicenda propterea dicimus ꝙ non includunt ꝯdictionem nec ſimpliciter repugnantiam: licet trenſcendant virtutem naturalem. Hoc aũt quantum fieri poteſt: oſtenditur ratione ⁊ ſimilitudine. Et pro rei intelligentia eſt ſciendum: ꝙ aliquid eſſe in loco poteſt eſſe tripliciter: vz circũſcriptiue: diffinitiue: ⁊ pñtialiter. Eſſe in loco circumſcriptiue non eſt aliud niſi q: ſuperficies cõporis cõtinẽtis tota correſpondet toti ſuperficiei corporis contenti: ⁊ pars parti. Uerbi gratia: ſi manus mea ſit in aqua: tota ſuperficies aque continens manum meã correſpondet toti ſuperficiei manus: ⁊ pars parti: ⁊ hoc modo illud quod eſt in loco oportet ꝙ locus ⁊ locatũ ſint proportionata: ⁊ equalia in eo ſecundũ magnitudinẽ (vt veſtra tz doctrina.) Eſſe aũt in loco diffinitiue: eſt ita eſſe hic: ſiue in hoc loco ſibi adequato: quod pro tunc non poteſt eſſe alibi: ⁊ ſic angeli dicuntur eſſe in loco diffinitiue. Dico ergo ꝙ corpus chriſti nõ eſt in loco circumſcriptiue. ſ. in hoſtia conſecrata: q: hoſtia non eſt tãte magnitudinis: nec diffinitiue: quia tunc ita eſſet in vna hoſtia conſecrata ꝙ non in alia: quod eſt hereticum. Sed quõ eſt in hoſtia? Dico ꝙ eſt tm̃ preſentialiter qm̃ deus ſic determinauit vt peracta conſecratione ſemper velle ſiue eſſe preſens corpus chriſti illis accidentibus. Eſt ergo corpus chriſti in qualibet particula hoſtie conſecrate ſenſibili per virtutem diuinam: ⁊ hoc conuenit ſapientie diuine q̧ facit ſicut perfectiſſimus artifex qui in minima gẽma ſculpit totam paſſionez ſui filij ⁊ in hoc maxima peritia artificis oſtenditur: quod alius facere neſcit: iſto modo ſpũs ſanctus in vtero virginis fecit cuz angelus virgini dixit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus al

Aliquid eſſe i loco poteſt eſſe tripliciter

Quid ſit eſſe in loco circũſcriptiue.

Quid ſit eſſe in loco diffinitiue.

Corpus chriſti non eſt in hoſtia: neque circũſcriptiue neq̧ diffinitiue.

Quõ corpus chriſti eſt i hoſtia cõſecrata.

tiſſimi obūbrabit tibi:ꝛ quotidie facit in hoſtia cōſecrata ad oſtendēdum ſuam infinitam omnipotentiam ꝛ clementiam. Secundo oſtēditur hoc idem exemplo. Nam tota aīa eſt in toto corpore: ꝛ tota anima eſt in qualibet particula corporis. Nec minor eſt anima īfantuli vnius diei q̄ʒ gigantis maximi ꝛ e ꝯ̄ſic ſubſtantia corporis chriſti eſt in tota hoſtia conſecrata tota:ꝛ in qualibet particula viſibili: Nec maior eſt chriſtus in maiori hoſtia:nec minor in minori. Preterea turris apparens in ſpeculis non eſt maior in maiori: ꝛ minor in minori ſpeculo:ſʒ in vtroqʒ eq̄lis. Preterea turris ēt maria eſt tota ī pupilla oculi mei:q̄ minima eſt:ſic xp̄s magnus eſt in p̄ticula hoſtie parue. Hoc aūt oñdit miraculo ꝙ dum quidem credere non poſſʒ q̄uo totum corpus chriſti poſſet ſub parua particula ꝯtineri: orauit ad dn̄m ꝛ exaudiri meruit:ꝛ dū hoſtia leuaref puerū magnū vidit intra terminos hoſtie contineri:nec excedere neqʒ excedi: qua de re prorumpens in lachrimas ad magiſtrum ſuum acceſſit:ꝛ miraculū recitans:ꝛ fidei ſue defectum. Ecce patet bone iuuenis q̄uo non eſt impoſſibile ſimpliciter corpus ſanctiſſimū mei magiſtri eſſe in hoſtia conſecrata:ꝛ in qualibet hoſtie particula. Cum igitur ꝯ̄ hoc arguis dicens:ꝙ corpus chriſti ſub illa particula hoſtie aut eſt quantū: aut non quantū:non pōt eſſe non quantum: q̄m cum ſit quantū in celo ſic ſimul eſſet quantuʒ ꝛ non quantū. Nec poteſt in hoſtia eſſe quātum:q2 quantitas non poteſt ſeparari a modo quātitatiuo ſicut nec ſubiectum a ſua propria paſſione quia maxima propria paſſio quanti videt eſſe modus quantitatiuus:ergo eſſet ibi ſub modo quantitatiuo.ſ.per correſpondentiam partis ad partem:ꝛ totius ad totuʒ hoc aūt eſſe non poteſt. Cum hoſtia ꝛ quelibet particula ex ꝯſequēti ſit valde minor q̄ʒ corpus chriſti. Dico ad hoc ꝙ corp9 chriſti nō eſt in hoſtia conſecrata circumſcriptiue vt diximus:q̄m vt ſic nō poteſt eſſe in hoſtia:ſed tantum preſentialiter ex ordinatione diuina:vt diximus. Deinde dico ad argumentum ꝙ modus quantitatiuus.ſ. correſpondentia partis ad partem ꝛ totius ad totum non eſt propria paſſio quantitatis:vt.ſ.riſibilitas eſt paſſio hominis: ſed eſt modus extrinſecus adueniens:qui virtute diuina poteſt ſeparari a ſuo ſubiecto vt patet de igne ꝛ ſtuppa approximatis adinuiceʒ: ꝛ tamē deus poteſt impedire combuſtionem etiam nullo ſtante obſtaculo: ſic dico ꝙ modus quantitatiuus corporis non eſt modus intrinſec9 corporis quanti ad partes alterius corporis quanti. Et ſic patʒ reſponſio ad argumentum. Tertiū mirabile eſt ꝙ ideʒ corpus chriſti ſit in oībus locis in quibus conſecratur preſentialiter:ſiue ſubſtantialiter:ꝛ in celo localiter:ſiue ſub modo mālī ꝛ in hoſtia ſub modo ſacramentali.

Modus quātitatiuus non eſt paſſio ſed modus extriſec9 adueniēs.

ſacramentali. PHI. Quãto magis loq̃ris tanto magis obſtupeſco ⁊ a ſenſibus alien⁹ efficior: q̃s talia vnq̃ã audiuit: q̃s imaginari põt ſenſus oẽs deficiũt: obſtupeſcit intellect⁹ ⁊ q̃ pacto h̃ verũ ſit imaginari nõ põt: noſtra vĩ doctrina deſtructa penit⁹: nec vllo modo ĩ rerũ nã exiſtere cũ ſilia ꝯſydero: quõ ḡ idẽ corpus põt eſſe in diuerſis locis. Nã tunc ſequeref ꝙ idẽ corpus ſimul quieſceret ⁊ moueretur. Et ſic moueri ⁊ non moueri qeſcere ⁊ non qeſcere: reſpectu eiuſdẽ ꝙ includit ꝯ̃dictionem: pꝫ hec ꝯſequentia qm̃ corpus chriſti vt in celo qeſceret ⁊ vt in eucbariſtia moueref ad motũ eucbariſtie: q2 motis nobis mouentur oĩa q̃ ſunt in nobis: ⁊ ſic moueref ⁊ nõ moueretur. Preterea ſcĩo vĩ Auguſtinus ſentire oppoſitũ. Unde de cõſecratione di.2. prima hereſis dicit. Corpus xp̃i eſt ſurſum ⁊ in vno loco eſſe opꝫ: ergo non eſt in plurib⁹ locis: cuius oppoſitũ tu dixiſti.

SIMON. Tui animi admiratione conſyderaui ⁊ tui difficultatẽ intellect⁹ cõcepi: vera.n. loq̃ris ⁊ tue cõpatior dubitationi: nec miror ſi talia imaginaris ex quo ſenſibilia: ⁊ nãlia adhuc imitari q̃ris principia: iã ſepe dixi fantaſmata ac nãlia dimittere veſtigia: ⁊ nouã ſeq legẽ oportere: ſi ad vitã ⁊ principis ſeruitutẽ vis peruenire: aliť non poteris illius aulã ingredi. Tñ ne argumenta tua maneãt indiſcuſſa aduerte: q̃ð ex h̃ ꝙ corpus chriſti ſimul eſt in pluribus locis nulla ſeq̃tur ꝯ̃dictio ſiue ĩpoſſibilitas. Et cum dĩ ꝙ tunc idem corpus moueretur ⁊ non moueref que includunt ꝯ̃dictionem. Nam quieſcit in celo ⁊ mouetur in eucbariſtia ⁊c. Reſpondeo ꝙ lꝫ ſit ĩpoſſe corpus chriſti vt in eucbariſtia moueri ab aliqua creatura aliquo motu ſiue proprie ſiue improprie: ſiue per ſe: ſiue per accidens: ſed tñ immediate mouetur a deo: tñ nõ mouef vt eſt in eucbariſtia aliquo motu locali: ſicut mouef vt eſt in celo cũ nõ ſit ibi ſub modo quãtitatiuo ſiue circũſcriptiue vt in loco: ſed tñ preſentialiter ex virtute diuina: ⁊ talis mot⁹ ita prĩo ineſt corpori Chriſti vt ineſt in eucbariſtia: q⁹ nõ ĩeſt corpori chriſti vt eſt in celo: q2 corpus chriſti vt ẽ in celo ſub modo naturali ⁊ quantitatiuo: non hꝫ iſtam preſentialitatem ad illa accidẽtia in eucbariſtia. Et ideo nõ ſequitur: mouetur in eucbariſtia: ergo ⁊ in celo: quia talis motus ei non competit: vt habet eſſe ſub modo naturali ⁊ quantitatiuo. Nec ſequitur mouetur in celo motu locali: ergo in eucbariſtia mouetur motu locali: non ſequitur quia talis motus illi non competit vt habet eſſe ſub ſacramento: cum non ſit ibi ĩn loco circumſcriptiue: quod neceſſario requiritur ad motum localem. Preterea non ſequitur: in celo quieſcit: ⁊ in eucbariſtia mouetur ergo mouetur ⁊ non mouef: quieſcit ⁊ non quieſcit: ſed bene ſequitur: mouetur in eucbariſtia: ergo nõ quieſcit in eucbariſtia:

Impoſſibile eſt corp⁹ xp̃i ĩn eucbariſtia moueri a creatura.

Corpus chriſti ĩmediate moueť a deo.

Mot⁹ corporis chriſti ſub modo naturali non cõpetit ſibi ut ẽ in ſacr̃o nec econtra.

Nota q̄ſo intelligit auguſtinus.

quieſcit in celo: non mouetur in celo: ⁊ ſic non ſequitur ꝯdictio. Ad ſecundum. ſ. Aug. ꝙ auguſt. ad bonum ſenſum intelligit: ꝙ corpus chriſti ſurſum eſt: ⁊ in vno loco eſſe oportet: ſic ergo intelligit: oportet ideſt oportunū eſt: ideſt congruum eſt illud corpus glorioſum habitare in illo regno preparato glorioſis: ſed non dicit oportet. i. ꝙ ſit ſimpliciter neceſſarium: poteſt eſſe aliquando non eſſe ibi chriſtus localiter mouendo ſe de illo loco: ⁊ multo fortius poteſt eē alibi ⁊ ſacramentaliter ⁊ localiter per diuinam actionē abſolute abſq; deperditione illius vbi in celo: ſicut modo tenemus illud corp⁹ eſſe preſens in eucbariſtia non localiter.

Obiectio notabilis & difficilis.

PHJ. Adhuc vī ꝙ primū argumentum permanet in robore ſuo: ⁊ licet in illa prima reſponſione multe contineantur difficultates: ⁊ multa eſſent videnda: tñ quia materia eſt ſatis difficilis pertranſeo. Videtur ergo ꝙ corpus chriſti in eucbariſtia mouetur per accidens a ſacerdote: q: cū ſacerdos mouet illam hoſtiam conſecratam per ſe: vt patet ⁊ corpus chriſti ſit pſens illi hoſtie: ſiue illis accidentibus: ergo ad motum hoſtie mouetur corpus chriſti exiſtens ſimul cū ea per accidens: pꝫ quia qḋ mouet aliquid per ſe ꝑ accidens mouet quicquid eſt in illo. Et ſic cum hoſtia ꝑ ſe moueatur a ſacerdote: per accidens mouet corpus chriſti exiſtens in illa hoſtia conſecrata. Verbi gfa ſi anima mea mouet per ſe corpus meū per accidens mouet oīa que ſunt coniuncta cū corpore: vt puta accidentia albedinem ⁊c. ſic eſt in propoſito.

Nota q̄ſi iſta ꝓpoſitio ſit uere mouēs aliq̄d ꝑ ſe ꝑ accides mouet q̄cq̄d eſt cum illo.

SJMON. Dico breuiter ꝙ iſta cōſequentia nō valet: ꝙ ſi aliqḋ mouet per ſe aliquid: ergo per accidens mouet quicquid eſt cum illo: niſi illa que ſunt coniuncta cum illo: ſic ſe habeant: vel ꝙ ſit forma ipſius eſſentialis: ſicut anima. Et ideo ille qui per ſe mouet corpus humanum per accidens mouet aīam exiſtentem in tali corpore: vel ſit pars integralis: ſicut caput eſt pars corporis. Et ideo mouens per ſe totum per accidens mouet partem: vel ſit forma accidentalis ſicut accidentia exiſtentia in corpore: ⁊ ideo ꝙ per ſe mouet corpus per accidens mouet accidentia exiſtentia in corpore: vel ſit aliquid de neceſſitate cum eo coniunctum ſicut graue. Si aūt aliquid eſt cū alio coniunctum: ⁊ nullo iſtorum modorum: ſed tantum eſt ei per actum voluntatis ⁊ libere coniunctum: non ſequitur ꝙ ſi aliqs mouet per ſe vnum: ergo mouet per accidens illud quod eſt ſibi coniunctum per actū voluntatis: ⁊ maxime ſi illud aliud eſt ſibi improportionatum: ſed oportet ꝙ voluntas ſit cā motionis illius: ſic eſt in propoſito. Verbi gratia ſi angelus faceret ſe eſſe preſentem lapidi: ſi moueo lapidem non propter hoc moueo angelum: q: nec eſt mobile per ſe a virtute mea: nec per accidens in propoſito: quia nec

eſt forma:nec pars alicuius mobilis per ſe a me. Si ergo angelus eſ
ſet preſens lapidi moto a me in termino motus: hoc non eſſet per
actum meum:ſed per actionem ſuam propriam:qua faceret ſe p̃ſen/
tem ibi. Sic in propoſito. Cum corpus chriſti ſit preſens ſpeciei tan
tum per actum voluntatis diuine:ſi facio ſpeciem habere nouũ vbi
ſiue locum:per illam motionem non eſt ibi corpus:qꝛ nullo modo
ſubeſt preſentialitas illius corporis neqꝫ noua:neqꝫ antiqua volun/
tati mee:nec eſſet per accidens:quia non eſt forma nec pars illius ꝙ
ſubeſt mee motioni:⁊ ſic patet reſponſio ad argumentum. PHJ. Obiectio.
Adhuc remanet non parua difficultas:quia ſi corpus Chriſti in eu
chariſtia exiſtens non moueretur a ſacerdote per accidens: ſed tm̃
virtute diuina(vt dixiſti)ſequeret ꝙ tot eſſent noua miracula quot
eſſent motiones illius hoſtie conſecrate:patet ꝯſequentia: quia cor
pus illud per te non mouetur niſi a deo immediate ⁊ per ꝯñs mira
culoſe:hoc aũt vĩ maxime inconueniens:qꝛ non eſt ponenda plura
litas miraculorum ſine neceſſitate. SJMON. Ad hanc obiectio
neꝫ reſpondeo ꝙ licet corpus Chriſti vt in eucbariſtia exiſtens mo
ueatur immediate virtute diuina:non tñ ſequitur quod ſit nouũ mi
raculum:quia deus ea voluntate ſiue volitiõe antiqua qua inſtituit
eucbariſtiam in eccleſia determinauit facere corpus Chriſti preſens
ſpeciei ſiue accidentibus illis hoſtie conſecrate poſt conſecrationeꝫ:
⁊ ideo ſpecie manente ſiue accidentibus manentibus qualitercũqꝫ
tranſferaꝛ ꝙ deus faciat corpus p̃ns alia p̃ntia loquẽdo de p̃ntia re
ſpectu cõtinentis ſicut ſpecies hꝫ p̃ntiaꝫ aliã ⁊ aliã vt prio ꝯteta:nõ
eſt nouũ miraculũ ſꝫ antiq̃ determinatio volũtatis diuie:ſicut ſi an/
gelus determinaſſet p volũtatẽ ꝙ ſemp eſſet ſimul cũ iſto lapide:nõ
diceretur miraculum qꝛ tranſfertur tranſlato lapide:non tñ tranſfe/
rens lapidem per actionem ſuam tranſferat angelum; ſed angelus
propria ſua voluntate tranſferat ſeipſum. PHJ. Hec tua reſponſio
eſt ſatis difficilis ⁊ ardua:dic obſecro clarius. SJMON. Dicam
reſponſio breuiter in hoc conſiſtit:ꝙ non eſt nouum miraculũ deuꝫ
mouere corpus chriſti in eucbariſtia exiſtens:qꝛ ea voluntate ⁊ or/
dinatione antiqua qua voluit ⁊ determinauit eucbariſtiam ⁊ preſen
tiam corporis chriſti eſſe in illis accidentibus:in eccleſia dei:ea vo/
luntate ⁊ ordinatione voluit corpus chriſti moueri:⁊ eſſe p̃ſens vbi
cunqꝫ ſunt illa accidentia:qualitercunqꝫ moueantur:pꝫ ergo ad tua
argumẽta. Hoc ergo eſt tertium mirabile quod cõnumeratur i iſto
altiſſimo ſacramento:ꝙ idem corpus eſt in oĩbus locis:vbi ꝯſecraꝛ
preſentialiter:⁊ in celo localiter ſiue ſub modo nãli: ⁊ in hoſtia ſub
mo do ſacramentali:hoc aũt probaꝛ authoritate: ſimilitudine:⁊ mira/

Corpus chri/ſti eſſe immediate a deo in facto non eſt nouum miraculum.

culo:p:io au:bo:itate q: malachie primo dī. Nō eſt voluntas mea in vobis dicit dñs: ⁊ munus non ſuſcipiā de manu vr̃a: ab ortu.n.ſolis vſq; ad occaſu; magnū nomē meū in gentibus: ⁊ in oī loco ſanctificaf ⁊ offert nomini meo oblatio munda. Ubi exp̄mit plura loca: ⁊ vnā oblationē fideliū: vbi eſt notandū ꝙ corp⁹ chriſti in eucharistia nullū ſitū ſiue poſitionē h3: q: hec oīa ꝯſequunt quantitatē ⁊ cōpetunt corpori: vt h3 eſſe in loco circūſcriptiue ⁊ dimēſionaliter. Et ſic corpus chriſti nō dī ſedere: aut iacere: aut ſtare : cū non ſit ibi circūſcriptiue: ⁊ localiter vt dictū eſt. Pariformiter dico ꝙ hoſtia cū diuidit corpus chriſti non diuidit: q: diuidi eſt paſſio quantitatis ⁊ ꝑtinet ad quātitatē. Nec in capite hoſtie eſt caput xp̄i: nec in pedib⁹ pedes: q: vt dictū eſt: hec oīa ꝯueniunt ei p quātitatē ⁊ vt h3 eſſe in loco circūſcriptiue. Eſt ḡ corpus xp̄i in oībus hoſtijs ꝯſecratis ꝑſentialiter. Exēplū de centro qḋ eſt pñs oī parti circūferentie: ⁊ de ſole q eſt pñs oībus partib⁹ ſui orizontis. PHJ. Si filius dei ē vbiq; ⁊ nūq; ſine corpore: q: ſcḋm vos quod ſemel aſſumpſit nunq̄ dimiſit: ḡ nō tm̄ ē in hoſtijs ꝯſecratis. SJMON. Quā acutū ⁊ altū eſt argumentū tuū: dico ḡ tibi ꝙ filius dei terminat illā dependentiam vt hic: ⁊ non vt vbiq;: q: finita eſt: argumētū peccat p fallaciā accidētis. Preterea oñdit hoc ſilitudine. Nā ſi faciei tue plura apponant ſpecula: in oīb⁹ equaliter ⁊ integraliter vna facies apparebit. Et ſi vnū ſpeculū ēt in plura parua fruſtra frangatur : pfecta facies tua in ſingulis apparebit ⁊ erit: ⁊ l3 ſpeculū frangaf in plura : tñ facies tua non frangif: ſic eſt i corpore xp̄i qḋ ſpeculū dī ⁊ imago dei. Tertio ꝓbatur miraculo. Legif namq; de ſancto frontino epō q fuit pñs corporaliter exequijs ſancte marthe. Et tñ corpus eius fuit pñs in eccleſia ſua cathedrali in q̄ dormiebat dum cantaret miſſā: vñ dum excitaretur miſit pro caractericis ſuis quos reliquit dū celebraret exequias ſancte marthe. Silr ſanctus Ambroſius interfuit ſepulture ſancti Martini: qui tamen in eccleſia ſua dormiebat Mediolani: ⁊ ſic patet de tertio mirabili.

Corpus chriſti ut in eucharistia exiſtens nullū ſitū ſiue poſitionē habet.

¶ Corpus chriſti a fidelibus manducatur ⁊ nunq̄ cō/ſumitur veritas quinta. Cap.5.

Quartū mirabile.

Quartum mirabile quod in hoc altiſſimo ſacramento commemoraf eſt: ꝙ corpus chriſti quotidie a fidelibus manducatur ⁊ nunq̄ conſumif. PHJLO. O mirabilis deus qs tua cogitare dicta poteſt aut percipere: vr̃a nunq̄ talem potuit philoſophia cognitionē pertingere : ꝙ corpus chriſti manducetur nec conſumatur non eſt intelligibile

intelligibile: niſi alr Simon ſatiſfeceris: meus nequaq̃ in hoc pōt
intellectus quieſcere:imo maxima videt illuſio. SIMON. Tui
admirationem animi: intellectus indignationē video:nec nſa vllo
p̄t modo dicta pcipere:nec tñ miror:non.n.capit imaginatio:nec na
turalia ſequēs illa poteſt intellectus cōprehendere:cuz naturalē pe
nitus excedant facultatē ꝛ transcendant:opus eſt ergo ſenſuz ꝛ na
turalia dimittere fantaſmata:ꝛ ad ſupernaturalia diuinaqꝫ conſcen
dere:ſi diuina archana occultaqꝫ dei ſacramenta queris intelligere:
aliter nunq̃ ad illoꝝ poteris cognitionē peruenire vt tamē aliqua
liter intellectus acquieſcat ꝛ puro valeas eterno deo deſeruire. Di
cam tibi ꝙ idem corpus Chriſti non cōſumitur:quia quantitas ho
ſtie laceratur:ꝛ non quantitas corporis Chriſti:quia non eſt ibi per
modum quantitatis. Nec mirum quia quando ſunt due res adinui
cem ſeparate:poteſt tangi vna non tāgendo aliam. Exēplum ſi an
gelus eſſet in cibo comederetur cibus:ꝛ non angelus. Et ſi leo co
mederet hominem comederet corpus ꝛ non animaz. Sic maſticās
corpus Chriſti accidentia panis lacerat:ꝛ nō corpus Chriſti: quod
eſt impaſſibile ꝛ immortale. Et figura erat in rubo qui ardebat ꝛ
non comburebatur ſiue conſumebatur: ꝛ tota ratio breuiter eſt:
quia nullum agens creatum poteſt habere aliquam operationem
circa aliquod paſſum ſiue ſubiectuz:loquendo de actione reali:niſi
paſſum ſiue ſubiectum ſit in loco circūſcriptiue ſiue per modū quan
titatis:ꝛ ſecundo ꝙ ſit in debita diſtātia:ꝛ ideo ſi hic eſſet vnus an
gelus non poſſem ipſum angelum gladio interficere: quia non eſt
in loco circūſcriptiue ſiue per modum quantitatis: cuz non habeat
corpus. Similiter non poſſum proprijs manibus interficere homi
nem:qui nunc eſt in Francia:quia non eſt in debita diſtātia: ꝛ ideo
licet corpus Chriſti ſit in illa hoſtia conſecrata: tamen quia non eſt
ibi circūſcriptiue ſiue per modum quantitatis: ideo nulla creatura
poteſt habere aliquam operationem realē circa illud corpus ac ſi
nō eſſet ibi:ſicut eſt de angelo exiſtente in iſto loco:ꝛ ſic patet quar
tum mirabile. Quintum mirabile quod in hoc ſacramento cōme
moratur eſt ꝙ accidentia poſſint nutrire. PHILO. Multa dixiſti
miranda:ꝛ magna:hoc autez videtur excedere ꝛ penitus ſuperare
intellectuz humanū:ꝛ omnē tranſcendere rationē:ꝛ per conſequēs
ꝯ noſtra p̄ncipia ꝛ doctrinā. Quō.n.eſt poſſibile vt accñtia poſſint
nutrire:cum ex non ſba non fiat ſubſtātia: vt noſtra doctrina pro
clamat ꝛ experiētia nos docet. SIMON. Tue puidebā mētis ob
iectionē:nec erat mihi tui prōptitudo īgenij incognita: nec īmerito

Quare corp᷑ xpi māducatur & nō conſumitur.

Obiectio.

circa hoc dubitaſti:qꝛ prima facie impoſſibile eſſe ⁊ naturalia ſequē
tibus contradictionem videtur includere ⁊ ideo dico ꝙ varie ⁊ di/
Q̃ḿo accñtia pñt nutrire.
uerſe fuerunt circa hoc reſponſiones:aliqui dixerunt illa accidentia
habuiſſe a deo virtutem nutriendi:aliqui aūt dicunt hoc eſſe ex vir
tute corporis Chriſti exiſtentis in illis accidentibus:aliqui autē di/
cunt ꝙ alteratis illis accidentibus deus de nouo creat illam ſubſtā
tiam que correſpōderet pani ſi ibi eſſet:hec aūt opinio vltima mihi
placet. PHIL. Omnis humana ratio ⁊ philoſophica obmuteſcit
doctrina:vbi diuina operatur virtus:nam quis tibi Simon poteſt
reſiſtere:cū ſemper ad celeſtia ac ſupernaturalia confugias:diuine
nāqꝫ virtuti nulla ſunt impoſſibilia niſi contradictionē includentia:
qꝛ non ſunt factibilia:non ꝙ ex parte dei aliqua ſit impotētia:tamē
Obiectio.
non poſſum adhuc nō obijcere:qꝛ licet virtute diuina hoc fieri poſ
ſit ad mentem ſacrorum theo.qui creationem de facto ponunt: vt
dictū fuit ſupra:tamē videt adhuc ſequi hoc inconueniens:ꝙ quo/
tiens ſacerdos conſecraret:tot eſſent miracula:hoc autem nō videt
rationabile cum non ſit ponenda pluralitas miraculorum ſine ne/
ceſſitate in fide:ſicut nec in naturalibus. SIMON. Dicimus ⁊
nos multitudinē non eſſe ponendā in fide ſicut nec in naturalibus
ſine neceſſitate:quoniam Deus non abundat in ſuperfluis:nec de/
ficit in neceſſarijs:omnia enim in numero:pondere: ⁊ menſura diui
Antiquō miraculo Deus uult accñti illa nutrire.
na fecit ſapientia:cui anteq̄ꝫ fiant nota ſunt omnia. Uide ergo quia
non ponitur miraculorum multitudo ſed eodem antiquo ⁊ eterno
miraculo quo deus voluit corpus Chriſti preſens eſſe illis acciden
tibus ſiue hoſtie conſecrate in eccleſia:eodem antiquo ⁊ eterno mi
raculo voluit accidentia illa nutrire:⁊ ſubſtātiam creare:nec hoc eſt
nouum miraculum ſicut patet in ſimili de creatione animarum:ꝙ li
cet multe anime continue de nouo creentur:non tamen ſequitur ꝙ
tot ſunt noua miracula: ſed ea voluntate ⁊ ordinatione antiqua:
qua voluit vt pro quocunque inſtanti corpus humanum eſſet per/
fecte organizatum pro illo inſtanti animam creare: ⁊ tali corpori
infundere: ⁊ ſic patet qualiter accidentia nutriant: quia accidentia
vt accidentia ſunt: non poſſunt generare ſubſtantiam vt iam vi/
dimus: ſed ꝙ Deus illis accidentibus alteratis nouam ſubſtan/
tiam creat illis accidentibus reſpondentibus ſecundum ſubie/
ctum eorum.

Corpus Chriſti in eucbariſtia non ponderat dum eleuatur:
veritas ſexta. Cap. 6.

SExtum mirabile quod in hoc altiſſimo ſacra- mento cōmemorat̃:eſt ꝙ corpus Chriſti non ponderat dum eleuatur. PH J. O dictū mi rabile:quis eniꝫ hec mente cogitare ⁊ ſua po teſt ponderare ſapientia:deficit(vt mihi vide- tur)virtus:oēſqꝫ humane obſtupueſcunt na- ture ſenſus: talia intellectus meus intelligere non valet:quomodo eſt poſſibile ꝙ corpus Chriſti ſit in illa hoſtia realiter ſicut fuit in cruce ⁊ tante quantitatis:⁊ non ponderet dum eleuatur? SJMON. Tibi philoſophe cōpatior:cum ſimilia ⁊ tā ardua non capit imaginatio: nec poteſt intellectus percipere: ſunt enim celeſtia ⁊ ſecreta diuina myſteria:nec niſi per reuelationeꝫ ſci- ri poſſunt:⁊ ideo non immerito inter ſacre doctrine doctores ma- gna eſt circa hoc difficultas:magna ⁊ alta dubitatio diuerſorum di uerſa ⁊ varia ſentientium. Dicam ergo tibi primo quid antiqui di- xerunt circa hoc:ꝙ ideo corpus Chriſti non ponderat: quia nō eſt ibi per modum quantitatis:ſiue ſub modo quātitatiuo:ſed ſub mō ſubſtantie. PH J. Quid eſt hoc? certe mihi videtur potius euaſio quam ſolutio argumenti. Quero enim aut corpus Chriſti eſt in ho ſtia cōſecrata vere ⁊ realiter cum omnibus proprietatibus ſuis aut non? Si vere ⁊ realiter eſt in hoſtia conſecrata cum omnibus pro- prietatibus ſuis ſicut fuit ĩ cruce:⁊ ſicut modo eſt in celo: lꝫ ſub alio mō habeo intentū:ꝙ illud corpus grauat ⁊ ponderat dū eleuatur. Si aūt non:ergo corpus Chriſti non eſt realiter in hoſtia ꝯſecrata ⁊ vere: cuius oppoſitū affirmas. SJMON. Aliqui dicunt ꝙ licꝫ ſit ibi realr̃ ⁊ vere corpus Chriſti:tñ nō grauat:q꞉ nō eſt ibi ſub mō quātitatiuo ⁊ dimēſiuo. PH J. Hec videt̃ fuga baxanoꝝ: ⁊ ſubter- fugere veritatē:q꞉ ſi corpus Chriſti eſt in eucharistia vere ⁊ realiter aut corpus Chriſti ibi exñs hꝫ eādē quantitatē quā habuit in cruce ⁊ modo in celo aut nō:lꝫ ſub alio mō:q꞉ ibi in celo ⁊ in cruce dimē- ſiue ⁊ circūſcriptiue:hic autem p̄ſentialiter:ſi habet eandē quātitatē in hoſtia cōſecrata ſicut habuit in cruce ⁊ nunc hꝫ in celo: ſeq̃tur ꝙ ſicut ibi grauat ita ⁊ hic:q꞉ eſſe in loco dimēſiue eſt correſpondentia to- tius corporis cōtinētis ad totū corpus contentū ⁊ partis ad partē: amota aūt iſta correſpondentia:non ſeq̃tur quin ſit quantum licꝫ non ſit ſub modo quātitatiuo. SJMON. Dimiſſis aliorum rñſionibus ſaluo ſemper meliori iudicio. Dico ꝙ corpus Chriſti in hoſtia con- ſecrata vere ⁊ realiter eſt quantuꝫ:ea quantitate qua fuit in cruce:⁊ nūc eſt in celo:⁊ ꝑ cōſequens grauat ⁊ pōderat:q꞉ corpus Chriſti ē tante magnitudinis ſicut fuit in cruce:vt dictū eſt:lꝫ ſub alio modo.

Sextū mirabi le.

Obiectio.

Obiectio ſub tiliſſima.

Confutatio rationis.

Nota quare xp̄s in hoſtia nō grauat dū eleuatur.

Dico ergo ꝙ ideo illud corpus in hoſtia cõſecrata non grauat nec põderat:qꝛ corp⁹ xp̄i in hoſtia cõſecrata nõ mouet a ſacerdote:nec ab aliqua alia virtute creata:nec ꝑ ſe nec per accñs:ſed imediate mouet a deo ad oẽm dr̄iã loci:ad quã mouent illa accidẽtia:ꝛ hoc ex antiqua ordinatione diuina.Et iõ nõ grauat ſiue põderat. Et quid mirũ cũ legimus de corpore dimẽſionaliter locato nõ põderaſſe vt de corpore Petri ambulãtis ſuper aquas maris. Et de Nazario ꝛ Celſo legim⁹ ꝙ dũ naute ad p̄ceptũ neronis ꝓiciſſent eos in mare ſuborta magna tẽpeſtate viderũt Nazariũ ꝛ Celſum ambulãtes ſuper mare:ſimilr̄ de corpore ſancte Marie egyptiace que ſup aquas iordanis ambulauit.Cõcludimus ergo iſtã fideliſſimã materiã cum Auguſtino dicente adſit fides:ꝛ omnis qõ ſoluta manebit: hinc eccleſia ſancta canit.Quod nõ capis quod non vides animoſa firmat fides ꝛc.Tertium queſitum ſiue dubium principale eſt:cum queris quanta ſit efficacia huius ſacramenti in miſſa oblati. Dico ꝙ lʒ nõ ſit ĩfinita eſt tñ valde magna.Prĩo cũ ſit a xp̄o q iſtud ſacrm̄ fieri inſtituit:ſcdm̄ illo Luce.22.Hoc facite in meã cõmemorationẽ:qꝛ xp̄s eſt ſũmus ſacerdos:qui licet imediate nũc nõ offerat:qꝛ tũc meritũʒ eſſet infinitũ:ꝛ ſi non formaliter:qꝛ eſſet creatura:ſaltẽʒ acceptatiue: qꝛ deus ſiue tota trinitas acceptaret illud pro infinitis ſiue ĩfinities ſiue in infinitũ:tñ offert mediate:ſcilicet per ſacerdotẽ miniſtrũ ſuũ. Secundo a Chriſti paſſione a qua hec oblatio habet efficaciã:cuius paſſioni ipſa oblatio ſiue ſacrificiũ applicata eſt ad euʒ pro quo offertur deo pro peccatis:hinc eſt ꝙ ĩ miſſa fit ſp̄alis cõmemoratio paſſionis Chriſti:verbis:ſignis: ꝛ meditationibus iuxta illud Luce Hoc facite in meã cõmemorationẽ.Tertio fit ab eccleſia militãte:q̄ tanq̄ ſpõſa ſemꝑ eſt ei grata ꝛ accepta : qm̄ iuxta illud Dionyſij.13. celeſtis hierarchie.Ille intelligitur facere cuius noĩe vel vice aliq̄d fit.Quarto eſt acceptabilius deo:ſi fit a ſacerdote in charitate exiſtente ꝛ cũ feruore ſpiritus deo offertur.Quinto adhuc acceptabilius ſi fit a pſona deuota que facit offerri:omnibus iſtis quinqʒ modis prodeſt eccleſie iſta oblatio facta ex meritis operis operantis: ſcilʒ ſacerdotis ſiue miniſtri:ſi quis vero offerret ſine charitate ſibi eniʒ noceret ꝛ iudiciũ ſibi mãducaret ꝛ biberet:ſed eccleſie ꝓdeſſet ex virtute opis opati:qm̄ malitia miniſtri ñ noceret eccle:nec ſacfo. Et ſic pʒ d excellẽtia ꝛ dignitate hui⁹ altiſſimi ſacri.PHJ.Satis diſtincte intellexi ſcdm̄:ꝙ vr̄a theologica doctrĩa obſeruat ꝛ tʒ:de dignitate ꝛ excellẽtia hui⁹ altiſſimi ſacri.Et intellᷓ me⁹ valde eſt iſtructus:ꝛ qetatus lʒ tot mirabilia intellexeriʒ:dic mihi obſecro pt ne H altiſſimũ myſteriũ ꝑ viã ꝓphetaꝝ ac antiquoꝝ doctoꝝ hebreorum oſtendi.

Efficacia ſacri in miſſa oblati nõ eſt infinita formaliter ſed ualdẽ magna.

oſtendi. Cum ſit ꝙ multi ⁊ ſine verecundia aſſerere audent hoc eſſe impoſſibile ⁊ nunq̄ tale myſterium in ſacra ſcriptura fuiſſe reuelatū ⁊ chriſtianos irridere videntur.

¶ Ueritas huius ſacramenti per legem hebraicam ac doctores hebreoꝝ oñdit veritas ſeptima. Cap. 7.

SImon. Dico ꝙ tam magnū ⁊ altū myſteriū non ſolum ſcdm noſtram doctrinā theologicā eſt manifeſtatū ⁊ verū ēt per prophetas ⁊ antiquos hebreorū doctores apertiſſime ē iam reuelatū ⁊ declaratum: immo magis diſtincte ⁊ clarius in dictis eorum exprimit tm̄ mirabile ſacramentū. Et qꝛ ita ſit patꝫ per prophetā dicentē pſalmo. 71. q incipit deus iudicium tuum regi da: ⁊ ſecundū doctores antiquos hebreorum totus iſte pſalmus exponitur ad literam de meſſia: hoc autem patet per illud midras tehilim ideſt in expoſitione pſalmorum ſuper titulo eiuſdem pſalmi: qui talis eſt: ſalomoni hoc eſt pacifico. Sic enim ibi dicitur hic eſt rex meſſias de quo dictum eſt Eſai. xi. c. Egredietur virgultū de ſtipite yſay. PAULUS. Judei dicunt hunc pſalmū totum eſſe expoſitum de ſalomone: non autem de meſſia: vnde ſup illa verba vꝫ. In diebus eius abundabit iuſtitia ⁊ abundātia pacis: donec auferat luna vel in diebus eius pullulabit iuſtus ⁊ iuſtitia pacis vſq ad ſenium ſiue ad defectū lune. Sic exponit: in diebus ei⁹ ideſt in diebus ſalomonis multiplicabuntur iuſti: ⁊ abundantia pacis vſq ad finē mundi. Et ſic dicunt ꝙ non eſt ad ꝓpoſitū noſtrū. SIMON. Dico tibi ꝙ eſt verū. Rabbi ſalomō hunc pſalmū ad lrãꝫ de ſalomone conat⁹ eſt exponere: tñ veritate coactus ꝯ ſe dicit ſuper illa verba ⁊ erit placenta frumenti in terra in ſummis montiū vbi noſtra tranſlatio hꝫ ⁊ erit firmamentum in terra in ſummis mōtium: magiſtri noſtri bone memorie expoſuerūt: hoc eſſe genus placentarum in diebus meſſie ⁊ totum pſalmū de rege meſſia explanauerunt hec ille: hoc idem confirmat Rabbi Berachias ſuper illud eccleſiaſtici. capi. primo. Quid eſt ꝙ fuit ipſum eſt quod erit Rabbi ergo Berachias in nomine rabbi Iſach dixit. Quod quēadmodū fuit Redemptor primus ideſt Moiſes: ita erit redēptor vltim⁹: ⁊ ſubditur: ſicut enī redēptor primus fecit deſcendere manna: ſicut dctm̄ eſt exodi. 16. c. Ecce ego pluā vobis panē de celo. Ita quoq redemptor vltimus ideſt meſſias erit placenta frumenti in terra

Sacrm eucharistie non tm̄ p legē euāgelicā ſed ēt p legē hebraicā manifeſtatur.

quemadmodum rabbi Jonathas Urielis filius:locū hunc in chal
daicum vertens ita expoſuit. Et erit ſacrificium panis in terra in ca/
pite montium eccleſie. PHJL. Judei dicunt predictum doctorem
non ita interpretatum fuiſſe vt tu dixiſti:ſed ſic erit ſubſtantificus pa
nis in terra in capite montiū. SJMON. Uerum eſt.n. chaldai/
cum interpretem quem pre manibus habent ita dixiſſe vt ipſi aſſe/
runt. Sed hic nō eſt rabbi Jonathan ben:vel filius Uriel : ſ rabbi
Akiles ſiue rabbi Joſeph cecus:q ipſe rabbi Jonathan hunc lo/
cum ita interpretatus eſt vt noſti:cuius interpretatio licet rariſſima
ſit:non tamen negari poteſt:cum ſepiſſime ab ipſis hebreis adduca
tur. PHJL. Hic obſecro poteſt ne probari ad mentē hebreorum
ꝙ hoc ſanctiſſimum ſacramentum fuerit inſtitutum ſub duplici ſpe/
cie:ſiue ſub diuerſis ſpeciebus:ſcilicet panis ⁊ vini: quia non tantū
apud hebreos qui omnem veritatem de hac materia negare conā
tur:verum etiam apud multos non minimam difficultatē generāt:
⁊ maxime apud nos philoſophos:qui viam naturalem ſequimur:
cum non ſit ponenda pluralitas ſine neceſſitate:⁊ totū corpus chri
ſti contineatur ⁊ ſit in vtroq; ſacramento videtur eſſe ſuperfluum.

Doctores hebrei cōfirmāt ſacrm eucharistie.

SJMON. Talis veritas non tantū apud nos chriſtianos : verū
etiam apud hebreos nota eſt. Et primo per rabbi Moiſes hadar
ſan ſuper illud gene.14.c. dictum Melchiſedech Rex ſalem protu/
lit panē ⁊ vinum:ita ait. Hic Melchiſedech erat Sem filius Noe
⁊ quid docet dicendum cum ait protulit panem ⁊ vinum rabbi Sa
muel filius Nahman dixit ſententias ſacerdotij tradidit erat enim
ipſe ſacrificans panem ⁊ vinum deo ſancto ⁊ benedicto:ſicut dictū
eſt ibidem. Et ipſe erat ſacerdos dei altiſſimi. Et iterum ait Mel/
chiſedech Rex ſalem hoc eſt quod ſcriptum eſt pſalmo.cx. Jura/
uit Deus ⁊ non penitebit eū tu es ſacerdos in eternum ſuper ver/
bum ideſt ſecundum verbum vel propter verbum melchiſedech.
Et quis eſt hic. Hic eſt iuſtus ⁊ ſaluator rex meſſias ſicut dictum eſt
zacharie.9.cap. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus ⁊ ſaluator : ⁊ quid
docet dicendum:cum dicit:obtulit panem ⁊ vinum hoc eſt ac ſi di/
ceret quod ſcriptum eſt pſalmo.71. Et erit placenta tritici in terra:
⁊ hoc eſt quod dictum eſt ⁊ ipſe erat ſacerdos dei altiſſimi. PHJ/
LO. O q̄ clariſſime ⁊ aperte loquuntur hebrei de tam altiſſimo
myſterio ; miror enim quonam pacto ipſi negare audent cum non
tantum prophete verū etiam ⁊ doctores eorum famoſiſſimi ſic aſ/

Tpe meſſie omnia ſacrificia ceſſare debet, ſacrificiū

ſertiue loquuntur. SJMON. Altius tibi dicam : ꝙ non tantum
hoc dixerūt:verū etiam omnia ſacrificia tempore meſſie ceſſare de/
bere:quod adimpletum eſſe de facto decernimus:ſacrificium autē

panis ⁊ vini nunquam ceſſabit: ſuper illud Numeri. 28. c. dictum. Precipe filijs iſrael ⁊ dices ad eos oblationem meam panis mei: ad ignes meos odoris ſuauitatis mee reſpicietis: vt offeratis mihi in tempore ſuo. Et infra: ⁊ dices ad eos ſacrificia que offerre debetis agnus ⁊ reliqua: ibi enim ſic dicitur: rabbi pinas filius Jair dixit tempore Meſſie omnia ſacrificia ceſſabunt. Et ſacrificium panis ⁊ vini nunquam ceſſabit: ſicut dictum eſt gene. 14. c. Melchiſedech Rex ſalem excepit panem ⁊ vinū Melchiſedech ideſt rex meſſias dicitur autem melchi: ideſt rex quia eſt rex totius mundi: ⁊ ſedech: ideſt iuſtitie: quoniam mittet iuſtitiam ſuam ⁊ gratiam ſuper vniuerſum mundum: ſicut dictum eſt pſalmo. 75. Veritas de terra germinabit: ⁊ iuſtitia de celo proſpexit: ſiue apparebit. Rex ſalem hoc eſt hieruſalem ſuperne excepit panem ⁊ vinum hoc eſt ſeparabit a ceſſatione ſacrificiorum ſacrificium panis ⁊ vini vt dictum eſt pſalmo 110. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum verbum Melchiſedech. Et ideo vt exceptum eſſet declaret ab alijs ſacrificijs excepit: dixit. Hoc idem teſtatur rabbi Jobai ſuper illud Numeri. 28. c. Precipe filijs iſrael ⁊c. Dicit ergo tempore Meſſie omnia ſacrificia ceſſabunt. Sacrificium vero panis ⁊ vini nunquā deficiet: de ſacrificio vini ſcribitur Judic. cap. 9. Nunquid deſerere vinum quod letificat deum ⁊ homines: ⁊ ſi homines quidem letificat deo autem in quo letitiam affert: In ſacrificio quod de ipſo fiet. Sacrificium vero panis nunquam defecturum eſſe ex eo apparet ꝙ dictum eſt pſalmo 71. Et erit placenta frumenti in terra in capite montium: hec omnia Rabbi ille Jobai qui per multos annos Chriſtū anteceſſit. PHJLOSO. Satis diſtincte intellexi de tam altiſſimo ſacramento qualiter per dicta prophetarum atque antiquorum doctorum hebreorum qui Chriſtum anteceſſerunt aduentum ſub diuerſis ſpeciebus: ſcilicet panis ⁊ vini inſtituendum erat. Nunc autē non parua difficultas mihi inſurgit: quia cum ibi ſint omnia accidentia panis: ſcilicet color: odor: ⁊ ſapor: quomodo ibi non eſt ſubſtantia panis: ⁊ an poſſit probari per prophetas ac doctores hebreos ſubſtantiā panis tranſubſtantiari in corpus Chriſti: ⁊ ſubſtantiam vini tranſubſtantiari in ſubſtantiam ſanguinis eius: cū iudei noſtris temporibus ſimpliciter negare videantur ⁊ eſſe impoſſibile omnino dicere audent. SJMON. Non minima eſt dubitatio quā petiſti: tamen ad illam breuiter reſpondeo: ꝙ ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti: ⁊ ſubſtantia vini in ſanguinē eius. Pro cuius intelligentia eſt notandum ꝙ licet ſubſtantia panis tranſubſtantietur in ſubſtantiam corporis Chriſti: non tamen panis efficit cor-

autē panis & uini nūq̃ ceſſabit.

Nota q̄ño ſubſtantia panis trāſubſtātiatur in corpus chriſti.

pus chriſti:quia corpus Chriſti preexiſtit ante conſecrationem im/
paſſibile glorioſum ⁊ immortale:⁊ nullum eſſe reale de nouo acq/
rit:ſed illud idem corpus quod eſt in celo eſt in boſtia peracta ⁊ fi/
nita conſecratione.PHILO.Quomodo ergo intelligitur ſubſtã
tiam panis tranſubſtantiari in ſubſtantiam corporis Chriſti;SI/

Bñ nota hãc ſpeculationẽ.

MEON.Subſtantiam panis tranſubſtantiari in ſubſtantiam cor/
poris Chriſti:non eſt aliud q̃ quod in vltimo inſtanti prolationis
verborũ deficit eſſe ſubſtãtia panis virtute diuina: ⁊ fit ibi preſens
corpus Chriſti:⁊ hoc ex ordinatione diuina.Unde magiſter meus
dilectus ait.Et ecce ego ero vobiſcum vſq; ad conſumationem ſe/
culi.Et ideo q̃diu permanent accidentia panis: tamdiu eſt ibi pre/
ſens corpus Chriſti:nihil ergo realiter de nouo eſt in corpore chri
ſti:niſi tantum noua preſentia:quia nunc corpus Chriſti eſt preſens
accidentibus illius hoſtie conſecrate:⁊ prius nõ erat:nulla facta mu
tatione reali ex parte corporis.PHILO. Satis diſtincte itellexi
quomodo ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti ad
mentem chriſtianorum:remanet ergo videndum an tam altiſſimũ
ſacramentum poſſit oſtendi ita eſſe vt dixiſti ad mentem hebreorũ:
cum ipſi publice oppoſitũ aſſerere audent.SIMEON. Dico q̃

Sacr̃m euchariſtie nõ tm̃ ꝑ legẽ euãgelicã & moſaicã,uerũetiam ꝑ doctores famoſiſſimos hebreorũ demoſtratur.

non tantũ ad mentẽ chriſtianorũ:verũ etiam ſecundum antiquorũ
doctorum ſententiã ſiue expoſitionem hoc altiſſimum ſacramentũ
oſtẽditur ⁊ declaratur:q̃ aũt ita ſit demoſtratur per eorum docto/
res famoſiſſimos:qui Chriſti anteceſſerunt aduentum:quorũ fama
atq; doctrina nõ ignota eſt apud eos.Quorũ primus eſt ille rabbi
cabana ſuper illud gene.49.c.Ligans ad vitem ciuitatẽ ſuam ⁊ ad
palmitẽ o fili mi aſinũ ſuum in vino lauabit veſtẽ ſuam:⁊ in ſangui/
nem vue pallium ſuũ rubriores ſunt oculi eius vino:⁊ dentes eius
lacte candidiores:vbi ſupradictus rabbi cabana ait. Hec verba li/
gãs ad vitẽ ciuitatem ſuam:oſtendunt q̃ ſacrificium quod fiet ex vi
no:non ſolum tranſubſtantiabitur in ſubſtantiã corporis meſſie: ſ;

Nota hãc notabilẽ expoſitionem.

etiam conuertetur in ſubſtantiam ſanguinis eius:verba aũt illa ⁊ ad
palmitem o fili mi aſinũ ſuũ:ſignificant q̃ diuinitas ⁊ dei filius vnie/
tur aſino ideſt materie ſue: quoniam amor ideſt aſinus materialis
interpretatur:quẽadmodum enim aſinus fert onera ⁊ veſtes viato
rum.Ita rex meſſias delicta totius orbis ſuper ſe portabit: iuxta il
lud Eſaie.53.c.dictũ.Et deus obuiare fecit peccatum omnium no/
ſtrum.Cum autẽ dicitur lauabit in vino veſtem ſuam:⁊ in ſanguinẽ
vue pallium ſuum.Eadem eſt ſententia diuerſis verbis:quoniã ve
ſtis dicit materiam ſicut dictum eſt Job.x.ca. Pelle ⁊ carne veſtiſti
me:⁊ in ſanguine vue pallium ſuum:ideſt diuinitatem ſuam:q; ſicut

pallium totum hominem circundat:ita deus totum mundũ replet: rubriores ſunt oculi eius vino. Et dentes eius lacte candidiores: hoc eſt:in ſacrificio eius quod fiet ex pane non obſtante ꝙ album ſit velut lac:conuertetur ſubſtantia in ſubſtantiam corporis meſſie. Eritqꝫ in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſanguinis meſſie rubra vt vinum atqꝫ in ſacrificio vini ſanguis. Et caro meſſie ⁊ eadem erunt in pane quoniam corpus meſſie non poteſt diuidi idqꝫ ratio poſtulat. Naꝫ ſi caro ⁊ ſanguis diuerſa eſſent diſtinguerentur adinuicem. Corpus autem meſſie non poteſt diuidi ſicut ſcriptum eſt Exod.12.c. ⁊ ſubſtantiaꝫ non confrigetis in eo. Preterea caro ſine ſanguine ſunt res mortue:⁊ econuerſo corpus vero meſſie poſt reſurrectionem quia glorificatum erit ſemper viuet:⁊ hinc eſt dictum illud Dauid Rex iſrael in ſeculum viuit:oculi autem ⁊ dentes ideo dixit vt venuſtior ſit oratio ⁊ ſenſus occultetur hec ad verbum ille cahana qui longe ante Chriſti natiuitatem fuit. Secundo idem probatur per Rabbi Judam ſuper textum numeri.28.cap. oblationem meaꝫ panis mei: ⁊ reliqua ſic dicit: Oblationem meam panis mei ad ignes odoris ſuauitatis mee reſpicietis ad offerendum mihi in tempore ſuo:ideſt in tempore Meſſie. Et dices ad eos ſacrificia que offerre debetis agnus cum reliquis: hoc ſacrificium quod in preſentiarum facitis. Erit autem hic panis duarum facierum. Ratio autem eſt: quia ait ſupradictus rabbi Judas tranſubſtantiabitur ex ſubſtantia panis cum ſacrificatur in ſubſtantiã corporis Meſſie:qui deſcendet de celis. Et ipſe idem erit ſacrificiũ:ideo dicit. Reſpicietis ad offerenduꝫ mihi:ideſt offerri me eritqꝫ inuiſibilis atqꝫ ĩpalpabilis:cuius rei fidẽ facit ſedes Elie ⁊ magiſtri aiũt eã ob rẽ dictũ eſſe panẽ facieꝝ: qꝛ in ipſo ſacrificio erũt due ſubſtãtie diuinitas ⁊ humanitas: hec rabbi ille q multis annis Chriſtũ anteceſſit:pꝫ ergo ꝑ eorũ doctores atqꝫ ꝓphetas taꝫ altiſſimũ ſacrm̃ eſſe predictũ ⁊ manifeſtũ. P D J. Quo intelligitur illud antiquoꝝ hebreorũꝫ dictũ de ſede Elie q̃ vacua ⁊ adornata parata erat:⁊ Elias inuiſibilis ⁊ ĩpalpabilis pmanebit:qꝛ valde neceſſariũ videt̃ ad propoſitũ. S J M O N. Dicã doctores hebreoꝝ referunt deũ hãc Elie dediſſe prerogatiuã: vt circũciſionem nullaꝫ fieri contigeret in qua ipſe nõ interueniret. Quãobrem ipſi magiſtri ſtatuerũt:vt quoties circũciſio facienda eſſet:ſemp due ornatiſſime ſedes prepararent̃:vna in qua ſederet qui centurus eſſꝫ infantẽ:altera in qua nemo ſedere poſſet:ſed vacua remaneret quia in eam ad ſedendum Eliam venturum aiebant. Eam igitur ob reꝫ rabbi Judas corpori meſſie inuiſibili ⁊ ĩpalpabili in ſacrificio panis ⁊ vini futuro ſedem Elie fidem prebere dixit. Ne iudei recentiores

Nota quare caro & ſanguis nõ pñt ſeparari in ſacramento altaris.

Nota de pane duaꝝ facierũ q̃d ſignificat.

Nota de ſede Elie.

quorũ perfidiam ipſe preuidebat:ideo corpus meſſie in hoc ſacrificio non eſſe dicerent:quia ibi nec videatur nec palpetur:cum etiam in illa ſede inuiſibilem ac impalpabilem eſſe nec non eundem pluribus in locis eadem hora exiſtere poſſe ⁊ credant ⁊ fatentur. Ecce ergo q̃ apertiſſime antiqui doctores hebreorum loquuntur. Et ſic pꝫ de hoc altiſſimo ſacramento ad mentem hebreorum.

¶ Dialogus inter Judam ⁊ philoſophum in quo de tertio decimo ſancte fidei articulo multipliciter quidem diuiſo iuxta ſuas veritates ⁊ maximas pertractatur.

Fidei ſigna petunt: Greci ſapientiã: Nos aũt predicamus Chriſtum crucifixum. Cũ tot auditis de ſanctiſſimo ſacramento mirabilibus: ⁊ articulis philoſophicisq̃ ſolutis rationibus a ſimone inſtructus ⁊ nimia ſuſpenſus admiratione philoſophus celeri principis aulam gradu ingredi feſtinaret. Ecce vix finito ſimonis colloquio vultu hilari:ſerenaq̃ fronte Judas addidit ⁊ ſic adinuicẽ ſunt collocuti. JUDAS. O ſapiẽtie amator ⁊ dilecte philoſophe ne tam cito recedas ⁊ principis aulã ingrediaris:adhuc.n.boni aliqd ſupereſt quod audias:vt hilari vultu:letoq̃ aio magna cum fiducia ad optatum finem peruenias. PHI. Quid eſt ꝙ tã leto aſpectu ⁊ vultu alacri dulciq̃ me iterpellas eloquio:⁊ quaſi ad te totũ me videris allicere:vt te facilius q̃ ceteros audiã: quid igitur eſt qđ me velis:quidue dicendũ ſupereſt:dic obſecro. JUDAS. Tot mirabilia ac ſupernalia a ſocijs meis manifeſta tibi ſunt ⁊ expoſita vt te iſenſibilem propemodũ ⁊ extaticũ effecerint:non ero tibi moleſtus: iam ad palmã ⁊ principis aulam appropinquas.

¶ De remiſſione omnium peccatorum veritas prima ⁊ maxima caput principale ⁊ primum.

Judas. Dicam rem tibi ⁊ omnibus gratam:vtilẽ ⁊ ab ineffabili miſericordia pietate ⁊ clemẽtia diuine maieſtatis ⁊ noſtri pricipis charitate ⁊ viſceribus eiuſdem ſi liceat loqui emanatã: quã oẽs firmiter tenere debent:remiſſionẽ oium peccatorũ vnicuiq̃ datam vt oia peccata que fuerũt ſunt ⁊ eſſe poſſunt in homine dimittat magiſter meus

dilectus Chriſtus:dũmodo de peccatis fuerit attritus ⁊ ad eum hu
maniſſime ⁊ dolenter conuerſus.Ph J. Non miror ſi ois in tuis di
ctis intellectus deficit:cũ celeſtia ⁊ ſupernãlia ſunt myſteria:quis tan
ta principis benignitate non obſtupeſcat:quis non mireť : gs eius
obſequia ⁊ ſeruitutem libenti aio non amplectatur ⁊ ſub ſalutifere
vexillo crucis peccata non deploret ſua: qd dulcius: qd benignius:
quid poteſt excogitari altius q̃ dñm audire omnia nobis peccata
dimittentem:ſumma ergo ipſi laus:⁊ gloria ⁊ imperiũ:hoc eſt ergo
firmiſſime tenendum:totiſq; viſceribus:⁊ feruentiſſimo amore con/
fitendum:ſed non nulle dilecte iuda mihi difficultates occurrunt: il
las ergo digneris audire:auditaſq; ſoluere vt meus acqeſcat intelle
ctus ⁊ tranquillo corde dño deſeruiaz.Quid remanet in aia noſtra
poſt peccatum cõmiſſuz ceſſante actu interiori ⁊ exteriori:a quo aia
dicatur peccatrix ſiue homo dicatur peccator:q2 ſi nihil remaneret
non oporteret querere quid eſſet delendũ:immo eſſent ſimiles q cõ
miſiſſet vnum peccatũ:⁊ qui cõmiſiſſet mille:ceſſante actu interiori ⁊
exteriori quod vĩ valde abſurdum.Secũdo quero ſi aliquid rema
net in aia noſtra a quo homo dĩ peccator.Utrum illud poſſit dele
ri ab aia an non:⁊ ſi poteſt deleri per aliquam operationẽ noſtraz.
Tertio quero:que eſt illa operatio ſufficiens ad delendum ⁊ annul
landum peccatum ab anima noſtra.

¶ Quid remanet in anima poſt peccatuz cõmiſſum a quo dicatur
peccatrix veritas ſecunda. Cap.2.

Iudas.Dicam tibi ⁊ primo cũ queris quid rema
net in aia noſtra poſt peccatũ cõmiſſum ceſſante
actu interiori:⁊ exteriori a quo aia dicatur pecca
trix:ſiue homo dicať peccator ⁊c̃.Quãuis varie
ac diuerſe ſunt opiniones:quia tñ materia eſt ſa/
tis difficilis ⁊ prolixa:ideo aliorum opiniones re
citare dimitto:ac eoꝝ improbatiões.Dico ergo
ad difficultatem:ꝙ in aia noſtra non remanet aliquod abſolutũ vel
relatiuum:poſitiuũ:vel priuatiuum a quo dicať peccator a tpe ceſſa
tionis actus vſq; ad inſtans penitentie:ſed tñmodo quedã relatio
rationis:ideſt ꝙ ab illo inſtanti:vel pũcto in quo homo cõmiſit pec
catũ mortale:deus ordinat illum ad penam eternã correſpondentẽ
illi peccato:⁊ tunc intellectus diuinus preuidit:⁊ pro oi tpe illũ eſſe
ordinatum ad penas eternas:donec pena debita ſit ſoluta:ſiue do/
nec egerit penitentiam de peccato cõmiſſo:ſicut voluntas diuina or

Quid rema/
net in aia nr̃a
ceſſante actu
iteriori & ex/
teriori.

dinauit: ⁊ ſi cū illa obligatione moriatur finaliter dānabitur: iſta er-
go obligatio ſiue ordinatio ad penas eternas eſt illa que remanet
in aīa noſtra poſt peccatū cōmiſſum ceſſante actu interiori ⁊ exterio
ri a quo homo dicitur peccator: que obligatio non eſt aliud niſi re
latio rationis: ſiue reſpectus rōnis: illud probatur per illud Augu.
ſuper illud pſalmi. Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates ⁊ quorum
tecta ſunt peccata: ait ergo. Uidere deum peccata eſt ad penam im
putare: auertere aūt faciē a peccato: eſt ad penaʒ non reſeruare. Ita
ergo dicit peccata ab eo tecta: non vt deus tunc non videat: ſed vt
nolit aduertere ideſt punire: ergo ipſuʒ remanere in reatu poſt pec
catum cōmiſſum nihil aliud eſt niſi ipſum a dei voluntate ordinari
ad penas correſpondentes illi peccato: obiectum aūt intellectus ⁊
voluntatis vt intellectū vel volitum non hʒ niſi reſpectum rōnis. Et
vt clarius intelligas ꝯfirmat per ſimile: q: ſi quis eſt in gr̄a dei: ⁊ dat
elemoſinā: illi elemoſine correſpondet aliquis gradus gr̄e: ⁊ aliqs
gradus glorie: ita ꝙ eſt in maiori gradu gratie ⁊ glorie q̄ʒ prius: po
natur per poſſibile ꝙ gratia non augeat in aīa: tunc iſte q plura me
rita habuit transeuntibus interioribus ⁊ exterioribus operatiōib⁹
eſt magis meritus q̄ʒ alius qui erat ī equali gradu: ⁊ talem elemoſi
naʒ non fecit. Ita ꝙ ordinatur ad maiorem gloriā q̄ʒ prius: qđ nihil
aliud eſt: niſi quia voluntas diuina ordinat ipſuʒ ad tantā gloriaʒ:
ad quantā prius non erat ordinatus. Et ſic tranſeuntibus actibus
interioribus ⁊ exterioribus: nihil reale remanet in aīa noſtra: niſi ꝙ
illa merita ordinantur a voluntate diuina ad gloriā illā: q̄ ordi . atio
non eſt niſi reſpectus rōnis. Ita trāſeuntibus actibus p peccata trā
ſeuntia: nihil aliud remanet in aīa nr̄a niſi q: ordinatur ad illam pe-
nā infernalem: ad quaʒ prius ante peccatū non erat ordinatus: que
ordinatio non eſt aliqđ reale in aīa ſʒ tm̄ reſpectus rationis. PhI.
Satis clare intellexi quid ſit illud quod remanet in aīa noſtra poſt
pctm̄ cōmiſſum: ſed dic obſecro q̄ō vocatur illud a quo homo dī
peccator: poſt peccatū cōmiſſum. HELIAS. Dicam tibi ꝙ illud a
quo homo dr̄ peccator: tripliciter noīatur. Primo dī macula. Scđo
modo reatus. Tertio modo offenſa. In quantum eſt diſconueniēs
aīe dī macula: ſicut per oppoſitum pulchritudo. In quantū eſt obli
gatio formaliter ad illas penas dr̄ reatus. Et in quātū eſt actus vo
luntatis diuine: cum quia eſt tota illa realitas: per quem actum ordina
tur ad talem penam: dr̄ offenſa. Unde nihil aliud eſt offendi: vel ira-
ſci in deo: q̄ʒ deus velle vindicare illa pena. Et lʒ deus dicatur figu
ratiue: vel improprie iratus: tn̄ accipiendo iraſci p velle vindicare:
excluſa paſſione concomitante: deus formaliter eſt iratus: ideſt ꝙ deus
vult

Illud a quo homo dr̄ pec cator noīatur tribus modis

Nota qđ ſit iraſci in deo.

Nota q̄ō de us formaliter eſt iratus.

punire peccatum cõmiſſum ꝯ legem ſuam. PHJ. Clare ſatis intellexi quid in aia poſt cõmiſſum peccatum remanet: quod cũ mihi alias fuerit incognitũ audire optabã quot modis nominatur: ꝛ quõ de⁹ iratus dicat que oia ſunt notatu digna. Tñ adhuc remanet aliqua difficultas: qꝛ ſi in aia noſtra poſt peccatum cõmiſſum non remanet aliquid reale vt dictuꝫ eſt: ſed tñ relatio rationis que nihil aliud eſt ꝙ ordinatio ad penas eternas: ergo ſequitur ꝙ cum illa pena correſpondens tali obligationi ſit eterna: ita erit dãnatus homo pro vno peccato ſicut alius per mille: pꝫ ꝯñia: qꝛ pena correſpondens vni peccato eſt ita eterna: ſicut correſpondens mille: hoc autem videtur falſum: quia tunc non darentur gradus penarum in inferno: ꝛ per conſequens nec in gloria darentur gradus glorie: ꝯñs videt valde abſurdum ꝛ ꝯ diuinam iuſtitiam: cum ſecundum quantitatem delicti debeat eſſe ꝛ plagarum modus ꝛ ſimiliter cum premiatur.

Sola ordinatio ad penas eternas remanet i aia nr̃a.

Obiectio.

JUDAS. Non ſine acutis philoſophiciſqꝫ rõnibus tua eſt inueſtigatio: dum tuum credo quietum reddidiſſe intellectũ: tãto magis ad dubitandum aptũ te ꝛ promptum video: hec tua efficax eſſe videtur obiectio: ꝛ directe ꝯ nos concludere: cognita tñ veritate ſophiſtica ꝛ nullius apparebit vigoris: dico ergo ꝙ pena correſpõdens vni peccato eſt ita eterna ſicut illa correſpondens mille: ꝛ e cõtra: tñ non ſequitur ergo ille qui cõmiſit vnum peccatũ pro quo dãnatur: ita punitur ſicut ille q cõmiſit mille: negatur ꝯñtia qꝛ lꝫ vtraqꝫ pena ſit infinita extẽſiue ſiue in duratiõe: ꝛ ſic ſunt eq̃les: nõ tñ ſunt eq̃les intenſiue: qꝛ ſi ille qui cõmiſit vnũ pctm̃ mortale: ꝛ pro illo dãnat: puniatur a deo eternaliter decẽ gradibus penarũ: ille qui cõmiſit centũ punitur in mille gradibus: ꝛ quanto maiora ꝛ grauiora ſũt peccata: tãto maior ꝛ grauior eſt pena corrñdẽs illis peccatis. Verbi cã ſint duo Petrus: ꝛ Joãnes q fecerũt aliq̃ mala: ꝛ Joãnes ppetuo ponat in carcere: ꝛ Petr⁹ ſilr ſit eternaliter vſqꝫ ad mortẽ dãnatus in carcere: tñ qꝛ Petrus minus peccauit ꝙ Joãnes ponit in carcere lucido: hꝫ ſeruitores ꝛ ꝯſolatores: ꝛ mlta alia: Joãnes ãt recludit i carcere obſcuriſſimo: negatur ei aſpectus boniꝫ: patit penuriã ꝛ anguſtias multas vermib⁹ corrodit corpus ei⁹. Quis coꝝ patit maiorẽ penã: nõne Joãnes: Sic in propoſito lꝫ qlibꝫ dãnet ꝑ vno pctõ mortali: ſicut ꝑ mille: tñ non eſt eq̃lis corrñdentia penarũ intẽſiue: lꝫ eternaliter qlibꝫ detineat ibi. Vñ cuicunqꝫ peccato mortali corrñdet ꝓpria pena: ſcõm q̃titatem delicti: ꝛ tot ſunt obligationes quot ſunt peccata. Et ſic pꝫ quantum ad primũ dubium.

Pene eterne licet ſint eq̃les in duratiõe ſiue extẽſiue ñ tñ intenſiue.

¶ Quod macula que remanet in anima noſtra poſſit deleri veritas tertia. Cap. 3.

Quantũ ad ſecundũ dubiũ in quo queritur. An illḋ quod remanet in aīa nr̃a poſſit deleri ab aīa an non: Breuiter reſpondeo: ⁊ dico ꝙ illud qḋ remanet in aīa noſtra poſt peccatum cõmiſſum a quo homo dr̄ peccator: põt deleri: ⁊ de facto deletur aliquãdo quod probatur: qꝛ firmiter credimus ⁊ tenemus per fidem: qꝛ deus remittit peccata per illud ſymboli remiſſionem peccatoꝝ: per quod aperte datur intelligi: ꝙ quilibet tenet̃ de neceſſitate ſalutis: credere deũ dimittere peccata: aliter erraret: ⁊ ꝯ fidem faceret. Preterea probat̃ ratiõe: qꝛ aliqñ predeſtinatus ad vitam eternã labitur in peccatũ mortale: vt pꝫ de Petro ⁊ Paulo ⁊c. qui mortaliter peccauerunt: ſtante peccato mortali ⁊ obligatione ad penas eternas: non põt beatificari ad quam principaliter ordinabatur per predeſtinationẽ: qꝛ eſt impoſſ̃e ꝙ aliquis ſit beatus ⁊ tñ obligetur ad penas eternas: qꝛ ex ordinatione diuina: beatitudo ⁊ obligatio ad penas eternas repugnant.

Illud quod remanet ĩ aīa nr̃a põt deleri.

Beatitudo & obligatio ad pœnas eternas r̃pugnãt ex ordinatione diuina.

Si ergo tale peccatũ deleri oꝫ: aliter beatificari non poſſet: qꝛ vt dixi illa duo repugnant ex ordinatione diuina: aut delebitur ſimul cũ gloria: aut poſt gloriam: aut ante gloriã: non datur medium: non ſimul cũ gloria: qꝛ impoſſ̃e eſt ꝙ aliquis ſit beatus ⁊ teneat̃ ad penas eternas: qꝛ ex ordinatione diuina eſſe ſimul repugnant. Non poſt gloriã qꝛ ſilr̃ eſt impoſſ̃e: qꝛ deus ordinauit gloriam illam in q̃cunqꝫ eſſe finalem: ideſt ꝙ illa gloria nunq̃ꝫ habebit finem: ⁊ per ꝯñs poſt gloriã non põt ſequi aliqua pena: ergo ſequitur de neceſſitate: ꝙ talis pena ⁊ tale pctm̃ delebit̃ ante gloriã: ideſt anteq̃ꝫ ſit beatus opꝫ deleri ⁊ remitti iſtam obligationeꝫ ad penas eternas: qñqꝫ ſubſtinẽdam: ⁊ ſic pꝫ ꝙ peccata remittuntur ⁊ poſſunt deleri. Scḋo dico: ꝙ non remittit̃ talis obligatio ſine pena: vel equiualẽte in acceptatione diuina: qꝛ per quodcunqꝫ peccatũ offenditur deus: ſicut ſcriptura ſatis clamat: offenſa autem eius vel ira non eſt aliud q̃ꝫ velle vindicare vel aliquod ad placandum exigere: ergo poſito quocunqꝫ peccato deus vult vindicare de peccante: ſed velle vindicare eſt velle punire: ſequitur ergo ꝙ poſt peccatum cõmiſſum ſequitur aliqua pena: vel aliqua penitentia: vel aliquid equiualens in acceptatione diuina. PhJ. Et ſi rectiſſima ⁊ oī plena ſapientia diuina ſit iuſtitia: nec vllũ ſinat malum impunitũ ⁊ conſequenter condigna pro quolibet peccato ſatiſfactio ⁊ punitio (vt diuina ordinauit voluntas) requiratur: tñ non poſſum non dubitare: ⁊ ad dubitãdũ exigere duo enim videmus ſequi inconuenientia ⁊ impoſſ̃ia. Primo quia ſi de ne

Obligatio nõ remittitur ſine pœna uel equalẽte ĩ acceptatione diuina.

Obiectio.

ceſſitate poſt peccatum cõmiſſum requirit aliqua punitio: ſequeret ꝙ deus non poſſet remittere offenſam ſine ſatiſfactione:ſicut homo multotiens ſine aliqua ſatiſfactione offenſam ſibi factã remittit:hoc aũt vĩ ſatis abſurdum ꝛ irrationabile cũ deus ſit ſumme miſericors ꝛ potẽtie infinite. Secundo ſequeretur ꝙ ſi aliquis recipiat martyriũ pro chriſto ꝙ ipſe ſit dãnatus:hoc aũt vĩ erroneum ꝛ valde abſurdũ:probat̃ ꝯñs:qꝛ pono caſum ꝙ aliquis non habeat attritionẽ ſiue dolorem de peccatis cõmiſſis:ꝛ eſſet expoſitus in actũ martyrij quod pro tunc nihil de peccatis cogitaret ꝛ moreret̃ pro fide : iſte tunc eſſet martyr qꝛ pro fide mortuus eſt:ꝛ tñ nõ habuit attritionẽ qꝛ abſortus timore martyrij:pro tunc nõ cogitauit de peccatis ſuis ergo eſſet dãnatus:hoc aũt eſt abſurdum.

Obiectio ſecunda.

IUDAS. Tuas philoſophe obiectiones audiui:que tui preſeferunt ſublimitatẽ ingenij:nec ſine magna euidentia ex philoſophica officina oriri videtur ꝛ procedere:nec ſine difficultate ꝛ labore ſolui poſſunt : ne tuus tñ irreſolutus remaneat intellectus ꝛ ꝯ nos videantur concludere.

Reſpondeo argumentis tuis:ꝛ dico ꝙ Deus eternus de potentia abſoluta facilius poſſet dimittere offenſam abſqꝫ hoc ꝙ offendens peniteat:ꝙ̃ homo poſſit dimittere:tñ deus eternus ordinauit nunquã velle dimittere offenſam:niſi habeat dolorẽ ꝛ ꝯtritionẽ de peccatis cõmiſſis.

Deus de potẽtia abſoluta ſine pœnitẽtia põt remittere pctm̃ non aũt ordinata.

PHI. Homo offenſus põt remittere offenſã abſqꝫ aliqua ſatiſfactione ẽt de potẽtia ordinata:ergo ꝛ deus poteſt. IUDAS. Dicam tibi ꝙ non eſt ſimile: qꝛ ſi homo offenſus dimittit offenſam abſqꝫ hoc ꝙ offenſus peniteat:hoc eſt per mutationẽ voluntatis offenſi:qꝛ nulla facta mutatione ex parte offendentis:offenſus motu proprie voluntatis ꝛ permutationẽ propriam dimittit illam:hoc aũt non poteſt eſſe in deo cum ſit ſimplr:ꝛ penitus immutabilis:ꝛ ideo opꝫ ꝙ ſit per voluntatẽ propriã offendentis talis mutatio. Ad ſcdm dico ꝙ penitentia ſiue attritio:ſiue dolor de peccatis cõmiſſis poteſt accipi dupliciter:vno modo pro penitentia formali:alio modo pro penitentia virtuali.

Penitentia capitur dupliciter.ꝑ penitentia formali & uirtuali.

Penitentia formalis vocat̃ illa actualis diſplicentia ſiue dolor de peccato cõmiſſo ꝯ deum:cum alijs circunſtantijs requiſitis:que dĩ penitẽtia formalis:qꝛ tanqꝫ forma accñtalis eſt in aĩa noſtra.ſ.in voluntate.

Quid eſt penitẽtia formalis.

Penitẽtia aũt virtualis vocat̃ aliqua operatio que perfectiori modo ꝛ eminẽtius ꝯtinet illã penitentiam formalẽ:vt actualiter ſuſtinere martyriũ pp deum: vocatur penitentia virtualis:qꝛ in virtute ſua ꝯtinet illam diſplicentiã de peccato cõmiſſo ꝯ deũ.

Quid ſit penitentia uirtualis.

Nam ſi quis actualiter ſuſtinet martyriũ pp deum:ne illũ offendat ipſum renuntiando:manifeſtum eſt:ꝙ ipſe nollet deũ eternũ offendiſſe:patꝫ qꝛ ſi vellet ipſum offendiſſe ꝛ offen/

Nullus adultus ſaluari pt ſine penitētia formali uel uirtuali.

dere non ſuſtineret pp deum martyrium:hec igitur penitētia virtua
lis perfectiori modo reconciliat ⁊ placat deum:q̄ȝ penitentia forma
lis:pȝ igitur ꝙ lȝ ille qui actualiter eſt expoſitus ad actum martyrij
pro tunc non habeat penitentiam formalē ideſt actualem triſtitiam
de peccatis cōmiſſis:tñ hȝ penitentiam virtualem que perfectior eſt
⁊ ſic patet ad ſecundum dubium.

¶ De operatione que ſufficit ad liberandum animam a peccato veritas quarta. Cap.4.

QUantū ad tertiū dubiū:cum queris quid ſit illa
operatio ſufficiens ad delendū peccatum ab aīa
noſtra. Rñdeo ꝙ talis operatio ſufficiens ad de
lendum peccatū ab aīa nr̄a:eſt actus moralis p/
fecte circunſtantionatus:aliter opȝ dicere ꝙ pec
cator iuſtificaretur ſine oī diſpoſitione ſufficien/
te de congruo ex parte eius:⁊ p ꝯñs difficile eēt
ſaluare:ꝙ apud deuȝ non eſſet acceptio pſonaꝝ:vel ꝙ nulla poteſt
eſſe ſufficientior diſpoſitio ad iſtam iuſtificationē:q̄ȝ iſta attritio pfe/
cte circumſtantionata:in genere moris:⁊ tunc in aliquo inſtanti vel
in aliquo alio vſqȝ ad qd̄ deus determinauit attritionē debere du/
rare ad hoc vt ſit meritum de ꝯgruo:ad iuſtificationē infundit̄ grāa:
⁊ tunc ſimpliciter deletur peccatum. PHI. Scis nām ſequentes:⁊
inherentes inferioribus celeſtia ⁊ ſupernalia ignorare:⁊ ppea niſi ſa
callime procedas facile theologica ſcire non poſſumus tu aūt ad oc
culta ⁊ arcana ſemp aſcendis:vnde fit vt te intelligere nequeam:tē
igitur rogo vt clarius procedas:vt in tuis diuinis reſponſis intelle
ctus quieſcat. IUDAS. Ne philoſophe mireris:ſi tibi ſupnatura
lia ⁊ celeſtia annunciamus:non enim terrena ⁊ inferiora ſed ſuper/
naturalia ⁊ celeſtia querimus:⁊ ideo celeſti ⁊ diuino nos vti decet
eloquio:ne illius patrie terminis ⁊ lingua abutamur ſicut ergo nō
ſine maxima difficultate diuina ⁊ abſcondita vos naturalibus nutri
ti poteſtis cognoſcere:ſic ⁊ nos in celeſti ⁊ dñica aula nutriti inferio
ra loqui ⁊ guſtare non facile poſſumus:qd̄ tñ hortaris faciam. Pro
cuius intelligentia eſt notandū:ꝙ ad actum moralem perfectū mul
te requirunt̄ circunſtantie:⁊ preſertim iſte ſcilicet:circunſtantia cau/
ſe:circunſtantia obiecti:⁊ circunſtantia finis:quamuis alie circunſtā
tie ſcilicet modi ⁊ temporis requirantur non tñ ſunt adeo neceſſarie
exemplum ſi aliquis facit elemoſinam ad hoc ꝙ iſte actus ſit perfe/
cte moralis. Primo requiritur circunſtantia cauſe ideſt ꝙ ſit ab ipſa
voluntate

Que requirūtur ad actum moralem.

voluntate libere: quia ſi non libere ſed coacte faceret non eſſet moralis. Secundo requiritur circunſtantia obiecti: ideſt ꝙ detur de proprio ⁊ non de alieno: ⁊ egenti quia ſi de alieno daret non eſſet actus moralis. Tertio circūſtantia finis: ideſt vt detur amore Dei. Nam ſi propter vanam gloriā daret non eſſet moralis. Quarto circunſtantia modi vt debito modo detur. Et quinto circunſtantia temporis: vt detur tempore oportuno. Ad propoſitū reuertēdo: dico ꝙ operatio ſufficiens ad delendum peccatū ab anima noſtra: eſt actus moralis perfecte circūſtantionatus in genere moris: talē autem operationem ſufficientem oportet eſſe preſertim circunſtantionatam. Primo circunſtantia cauſe: vt ſit libera ⁊ a volūtate voluntarie ⁊ libere ꝓcedēs. Nā quāuis dānati patiant̄ penas eternas: tñ illa penitentia non poteſt placare deū: q̄r non eſt libera: ſed inuoluntaria ⁊ cum murmure ſupportata. Secūdo requiritur circūſtantia obiecti: ſcilicet vt doleas ⁊ diſpliceat de peccato cōmiſſo contra deum: ideſt vt velis deteſtari peccatum: q̄r malum eſt deteſtandum ⁊ odio habendum. Tertio requiritur circūſtantia finis: ideſt vt diſpliceat te peccaſſe ⁊ offendiſſe deum creatorem tuum. Quarto circūſtantia modi: ideſt vt habeas diſplicentiam ⁊ attritionem de peccatis tuis cum diſcretione: ⁊ non deſperes ex nimia triſtitia: ſed ſperes in domino: quia omnia peccata dimittet propter attritionē ex ſua bonitate. Nam ſi talis actus eſſet cum aliqua circunſtantia oppoſita: non eſſet ſufficiens ad deletionem peccati mortalis: vtputa. Si illa attritio eſſet coacta ⁊ non libera a volūtate: vel ſi eſſet de aliquo malo: vel ſi non eſſet propter amorem dei: ſed propter penas inferni. Et ſi ille peccator non haberet talē atritionem ſic circūſtantionatam: talis operatio non eſſet ſufficiens ad delendū peccatum ab anima noſtra: ⁊ ad reconciliandum deum: ꝙ ſi talis operatio caret aliqua circūſtantia debita: ex incōſyderatione intellectus vel ex omiſſione voluntatis: quantum ad illam circunſtantiā vtrum ſit ſufficiens: dubiū eſt: tamen perfecte circūſtantionata eſt perfectiſſima vt diximus. PHI. Notatione digna ſunt ⁊ memoria: q̄ dixiſti vbi humanā ſalutē ⁊ nr̄e infirmitatis reconditū eſſe videmus remediū: nō immerito ergo alias te dixiſſe recolo deum nunq̄ ſine medica/mine ⁊ remedio humanam reliquiſſe naturam: ſed illi ſemper de oportuna medela ꝓuidiſſe: ſed non poſſum nō dubitare ⁊ querere talis operatio eſt ne in pr̄ate noſtra: vt cum velimus illā hic poſſimus: quia aliter nō eſſ; in poteſtate noſtra poſſe ſaluari nec dānari. IVDAS. Adhuc a dubitatiōe mens neq̄t tua deſiſtere: mirabili

Nota q̄ eſt illa opatio ſufficiēs ad delēdū peccatum ab aia nr̄a.

Si talis opatio eſſet cum aliqua circūſtantia oppoſita non ē ſufficiens.

argumētis īgenio te nature altiora penetrarī video: faciā ꝙ quātū in me eſt vt intellectus acqeſcat. Dico ergo ꝙ talis opatio eſt in ptāte nr̄a: ⁊ in noſtra ptāte eſt poſſe ſaluari ſiue dāнari. Pro huius intelligentia eſt notandū: ꝙ homo ex puris naturalibus poteſt cōſyderare peccatum cōmiſſum inquantum dei offenſiuū: ⁊ inquantū impeditiuū vltimi premij ſiue finis: ⁊ inquantū inductiuum ſupplicij: ⁊ ſub multis alijs rōnibus: ⁊ deteſtari illud ſub iſtis rationibus ⁊ multis alijs: ⁊ voluntas cum ſit libera poteſt velle ſe nolle peccaſſe ⁊ nolle offendiſſe deum: ⁊ propter bonitatem ipſius habere diſplicentiam de peccato cōmiſſo: ⁊ in futurum nolle amplius peccare: quinimmo potius mortem eligere: ⁊ tempore oportuno precipere intellectui: vt conſyderet peccata commiſſa ⁊ precipere ſibijpſi habere diſplicentiam de illis: ⁊ talis actus ⁊ operatio eſt ſufficiens ad delendum peccatum ab anima noſtra. Quō autem dominus dederit nobis talem operationem: gemendo ait prophe. pſalmo. Interrupit mare ⁊ petram in heremo ⁊ adaquauit eos velut in abyſſo multa. Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit tanꝗ̄ flumina aquas ⁊ appoſuerunt adhuc peccare ei in iram concitauerunt excelſuꝫ inaquoſo. Interrupit petram ideſt duritiaꝫ cordis in heremo in peccatore infructuoſo: pleno ferris: ⁊ monſtris peccatorum. Et interrupta petra .i. duritia cordis adaquauit eos: ideſt refecit eos aquis compunctionis ⁊ lachrymarum: pſalmus panem meum cum fletu miſcebam a facie ire indignationis tue: velut in abyſſo multa: ſcilicet peccatorum: quia ſicut abyſſus habet profunditatem quaſi interminabileꝫ ſeu interminatam ita ⁊ peccata nature humane ſunt quaſi infinita ⁊ interminata. Hiere. 17. cap. profundum eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile ⁊ quis cognoſcet illud? hoc autem manifeſtius dicit cum ſubiungit. Et eduxit aquam ſcilicet lachrymarum de petra: ideſt de cordis duritia. Et eduxit tanquam flumina aquas: quaſi dicat aque fluminis ſunt abundantes: quia habent originem indeficientem: ita ⁊ peccator debet abūdanter producere lachrymas compunctionis. Unde ait prophe. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: q̄ non cuſtodierunt legem tuam: tamen tanta eſt ingratitudo peccatorum ꝙ poſtquaꝫ peccator fleuit peccata ſua iterum ad vomitum redit: ⁊ deum ad vindictam prouocare non deſinit: propterea ſubiungit prophe. Et appoſuerunt adhuc peccare ei in iram ꝯcitauerunt excelſum inaquoſo: ideſt poſtquā a deo flagellati ſunt ⁊ penitentiam egerunt: redierunt ad peccata: ⁊ poſt peccata non poſſunt ita faciliter plangere peccata ſua propter eorum ingratitudinem. Ideo ſe-

Opatio ſufficiens ad ſalutē eſt in ptāte noſtra.

quitur in iram concitauerunt:ideſt irritauerunt excelſuȝ:ſcilicet deū
in aquoſo:ideſt in ſiccitate cordis ſui:quia non poteſt reſolui in la/
chꝛymas doloꝛis:ſed potius perſeuerando pꝛouocant iram dei ſu
per ſe. Propterea pꝛima veritas ait: ex quo in poteſtate tua poſui
ignem ⁊ aquam:bonum ⁊ malum:moꝛtem ⁊ vitam: faciem tuam la
ua:ideſt conſcientiam tuam vt dicas cum pꝛophe. Treno. 2.c. De/
duc quaſi toꝛrentem lachꝛymas per diem: ⁊ noctem non des re/
quiem tibi neq; taceat pupilla oculi tui: vt inuenire poſſis gratiam
in conſpectu domini dei tui. PHILO. q̄ȝ magna ⁊ immenſa ſunt
Juda ſummi pꝛincipis iudicia:⁊ quis eſt qui ea queat exp̄mere; no
ſtre quidē videntur penitus vires deficere:non immerito ergo phi
loſophica doctrina dicit: ſicut ſe habet noctue oculus ad ſolis lu/
men:ſic intellectus noſter ad ea q̄ ſunt in natura manifeſtiſſima om/
nes ſolute ſunt obiectiones:⁊ omnis fugata eſt vmbꝛa:⁊ tuo ſupna
turali lumine mea illuminata eſt anima:⁊ deum eternum ex ſua infi
nita bonitate mediante attritione omnia peccata dimittere ex tota
mentis integritate confiteoꝛ.

¶ Dialogus inter Thomam ſiue Mathiam ⁊ Philoſophum: in
quo de quartodecimo ſancte fidei articulo multipliciter
quidem diuiſo: iuxta ſuas veritates ⁊ ma
ximas pertractatur.

Fidei ſigna petunt:Greci ſapientiā: Nos aūt
pꝛedicamus Chꝛiſtuȝ crucifixum. Poſtq̄ȝ ma
gnus ille iudeus ⁊ philoſophus audita remiſ
ſione peccatoꝛuȝ omnium expectandā a ſum
mo illo pꝛincipe:cui ſeruire ſtatuerat:eſt con/
uerſus ad veram ⁊ integraȝ fidem:cuius meri
to pꝛoſtratus erat ⁊ ꝓuolutus ad pedes cru/
cifixi:quē pꝛedicamus ⁊ pꝛedicare ſemp decreuimus:in quo eſt oīs
ſalus ⁊ pꝛotectio noſtra. Et p̄ſertim auditis duodecim cōtubernali
bus ⁊ aulicis illius pꝛincipis:a qbus didicerat ⁊ doctus fuerat duo
deciȝ credēda ⁊ tenēda documenta:hoc eſt xp̄iane fidei ⁊ veritatis
articulos:per quos patēt foꝛes ⁊ poꝛte regni celoꝝ ⁊ pꝛincipis ia/
nua:quā ingredi ardēter cupiebat. Direxit oculos in Mathiā: vel
vt alij ſentiūt in Thomā. Et poſt aliquā tpis moꝛulā:veluti pꝛudēs
⁊ ſciēs:⁊ qui plures nouerat moꝛales:⁊ naturales:⁊ hebꝛeas:ſimul
⁊ latinas literas ⁊ doctrinas:cogitans de fine poſt remiſſionē pec/
catoꝝ ⁊ tot articuloꝝ credulitatem:ſponte firmauit greſſus ſuos:⁊

ſic ſunt collocuti adinuicē.PHIL.Dic queſo Thoma cum omne
agēs pp finē agat ex appetitu finis naturalia ſequēdo principia:qd
huius mundi princeps nobis oia dimittentibus ⁊ ſibi ſeruientibus
reddet.Et ſi mira magnaq; dixerūt alij:tandē ſignificabant.Sz nō
diſtincte recitabant illa:itaq; nūc rogo velis mecū de hac re rōcina
ri:meq; inſtruere ⁊ docere:vt feruētius ad illius ſeruitutē accedaz.

De gloria paradiſi ⁊ eterna beatitudine: veritas prima ⁊ maxi/ma principalis:caput principale ⁊ primum.

HO.Magna petis fili ⁊ hois rōnez ſuperātia:
quis hec valet exprimere? intellectus obſtupe/
ſcit:omnes deficiunt vires:⁊ humana obmute/
ſcit lingua cum nec oculus viderit:nec auris au/
dierit:nec in cor hominis aſcēderit qd prepara
uit deus ſe diligentibus:eris enim glorioſus: fe
lix:beatus in regno eius:⁊ cum eo ⁊ filio ⁊ ſpiri
tu ſancto immēſa ipſius pmāſurus ⁊ perenniter regnaturus:qd plu
ra dicā:niſi q ipſe eternus deus pater celeſtis erit merces beatitu/
do:⁊ felicitas noſtra:cuius celſitudinē angeli admirant:celū obſtu/
peſcit:contremiſcūt demones:⁊ oēs creature laudare nō deſiſtunt:
hec erit merces:hec felicitas ⁊ beatitudo noſtra.PHILO. O di
ctum mirabile ⁊ omni dignum admiratione quid amplius dici pōt
⁊ excogitari: q̄z q ille qui eſt prima cauſa:primus motor: pelagus
infinite ſubſtātie in quo omnia:per quem omnia:a quo omnia ſunt
⁊ dependent:noſtra ſit merces ⁊ beatitudo:non immerito ⁊ huma
nas ſuperat vires ⁊ intellectum tranſcendit:tamen non ſit tibi mole
ſtuz:poſtq̄z in hunc ſermonē incidimus:nōnulla de hac beatitudine
dicere:de qua tu inter alios ſupna gratia ⁊ tanti dñi illuſtratus:ſcio
ſi volueris:plene ſatis poteris dicere:⁊ nr̄is q̄ſitis ſatiſfacere. Nunc
qr te benignū ⁊ hilarē mihi(vt video)benigne offers:dicas. Quid
antiqui d̄ iſta btitudine ſenſere.Quid boni ⁊ qd mali in eoꝝ dictis
ptinet.Quid ſcd̄z veritatē ſit tenēdū: breuiſſima hec ſunt ⁊ breuio/
rē expectāt rn̄ſionē:vt citi9 ad dñi mei aulā euolare valeā. THO.
Te ad principis aulā iter accelerare ⁊ amplius morari nolle video:
q̄ petis magna ſunt ⁊ alta ac diuia myſteria nec paucis ⁊ facilib9 ex/
primi verbis poſſunt: creatam.n.virtutem tam ardua:que queris:
queſita ſuperant. Eſto igitur vigilans ⁊ diligenter attende ⁊ ver/
boꝝ multitudini ac prolixitati parcito:ecce enim in porta ſumus vt
pene in inſtanti ſit ad illam trāſitus ⁊ ingreſſus vade in nomine do
mini. PHI. Tot ⁊ vigilijs ⁊ laboribus die noctuq; philoſophice

doctrine incubui:vt vltime felicitatis ⁊ beatitudinis poſſem finem pertingere:nec valui immo fruſtra tp̄s ꝯtriuiſſe videre videoꝛ: nūc aūt tā paruo tp̄e ad talem veritatē tuo mediante lumine nolīꝫ peruenire:magna igit̄ fuiſſe queſita ſcio:nec paucis poſſe verbis expꝛimi:tibi aūt cui celeſtia reuelata ſunt ſecreta:erunt facillima. Permoraboꝛ diutius ſi opus fuerit. Nā vobis comitibus ſpero aulā igredi:quoꝝ benedictis ⁊ reſponſis:quoꝝ rationibus diuinis philoſophicā cecitatem dimiſi:⁊ iudaiſmū depoſui:atqꝫ ſacris fidei chꝛiſtiane initiatus eſſe volui ⁊ confirmatus.

¶ Quid philoſophi ⁊ antiqui de beatitudine ſenſere veritas ſecunda. Cap.2.

Thomas. Si ſubtiliter ſingula velimus q̄ſita iueſtigare:⁊ occulta magnaſqꝫ ibi latentes difficultates inquiramus:vix ſufficiet tp̄s:qꝛ tn̄ bꝛeuitate moderni gaudent:diuina aſſiſtente gratia iuxta vires meas aliquid dicā ⁊ pꝛimo. Quid antiq de beatitudine cenſuerint poſtpoſitis varijs ⁊ inutilibus antiquoꝝ opinionibus. Nā vt recitat Auguſt.19.de ciuitate dei.c.pꝛio de moꝛte Varronis ꝙ philoſophi poſuerūt.288.opiniones de beatitudie:qḋ nō eſt mirū:cū tot poſſint eſſe beatitudines q̄t poſſunt eſſe fines p̄fixi:vel apparētes tn̄ nōnullas recitabo magis ꝯuenientes ⁊ ꝯgruas:de qbus phs in ethicis quas tibi notas opinoꝛ:ſꝫ qꝛ petitis aut q̄ritis dimittere nō pmittaꝫ. Ibi.n. in duplici dr̄ia cōpꝛehundunt̄ q de beatitudine ſunt locuti. Nā quidā ſunt ab oī veritate ⁊ rōne alieni:quos p̄termiſit ille bonus philoſophus. Quidam vero diuerſa ſenſere ac dixere. Aliqui poſuerunt felicitatem ⁊ beatitudinem conſiſtere in bonis coꝛpoꝛis: hoc eſt in voluptatibus: vt epicurus:⁊ Sardanapallus:⁊ machomettus. Aliqui dixerunt beatitudinem conſiſtere in diuitijs. Alij vero in potentia. Aliqui in gloꝛia ⁊ fama. Aliqui in ſcientia. Aliqui in iuuentute. Aliqui in pulchꝛitudine. Aliqui conſiſtere in virtutibus ⁊ in bono honeſto: ⁊ in viuendo ſecundum rationem: ⁊ hec fuit ſtoicoꝛum ſcola. Aliqui ſpernentes philoſophoꝛuꝫ rationes poſuerunt illam conſiſtere in Deo. Aliqui in adoptione boni ſeperati vlis ſicut fuit plato ⁊ eius ſequaces. Nonnulli in contemplatione ⁊ cognitione pꝛime cauſe:ſicut ſcole peripatetice: cuius fuit pꝛinceps ille Ariſtoteles:que quidem opiniones philoſophoꝝ licet videant̄ diuerſe:tamen quo ad veritatem conueniunt. Nam bonum ſepa/

Nota de diuerſis opinionib⁹ circa beatitudinem.

Concoꝛdantia diuerſarū opinionum.

ratū: quod poſuit Plato cuius adoptione: beati dicimur ⁊ ſumus: nihil aliud a deo pōt intelligi: qḋ adipiſcimur cogitādo ⁊ amando. Similiter ſi ſtoicoꝝ poſitionē reſoluamus inueniemus ꝙ nulla virtus eſt nulla honeſtas ſpecioſior ⁊ plus rationi conſentanea ⁊ delectabilior: q̄ꝫ ſit operatio optime potentie hominis ⁊ coniungere eā cum optimo obiecto ſuo qḋ eſt deus: hoc vnde fit: dum ipſa ratio cognoſcit ⁊ cognoſcens amat ⁊ incognito amatoq; tanq̄ꝫ in vltimo fine ſuo ⁊ centro quietat̄. Si opinionē philoſophi accipiamus magis explicite ⁊ diſtincte idem dicit: cū ponat noſtram beatitudinem cōſiſtere in cōtēplatione prime cauſe. ſ. dei glorioſi: ⁊ ſic patet quid antiqui de beatitudine ſenſerunt.

¶ Quid veritatis in dictis philoſophorum ⁊ antiquorum contineatur: veritas tertia. Cap. 3.

Q Uantū ad ſecundum: in quo queris quid boni ⁊ quid mali in eoꝝ dictis ꝯtineatur. R̄ñdeo ⁊ primo quo ad illos qui ſine ratione ſunt locuti: ponētes felicitatē conſiſtere in varijs ⁊ diuerſis rebus corporalibus: contra eos ponā hanc concluſionē. Impoſſibile eſt in vita mūdana pfectam ⁊ vltimatā eſſe beatitudineꝫ. Et per ꝯñs nō pōt eſſe in aliqua re in hoc mūdo. Que cōcluſio lꝫ ſit multipliciter probabilis tñ aliq̄bus rōnibus illam oſtendo. Prima rō ſumitur ex parte hoīs: ſcḋa ⁊ tertia ſumunt̄ ex parte beatitudinis. Primo ergo arguit̄ rōne finalis ordinationis. Pro cuius intelligētia eſt notādū ꝙ oīs creatura ⁊ maxime rōnalis ordinat̄ ad propriū ⁊ vltimuꝫ finē: aliter mūdus eſſet a caſu: ⁊ deus ⁊ natura fruſtra ꝑducerēt ſuos effectus: qḋ eſt īpoſſibile ⁊ ꝯ̄ doctrinā philoſophoꝝ: qm̄ deus ⁊ natura nihil agūt fruſtra. Scḋo q: nobilior creatura ad nobilioreꝫ ⁊ excellētiorē finē ordinatur. Patet q: rōnalis creatura ad nobiliorē ordinat̄ finē q̄ꝫ irrationalis. Pꝫ q: ordo ſeq̄tur formaꝫ. Ultimo: q: finis eſt nobilior ijs que ſunt ad finē: hec ſunt ad mentem philoſophoꝝ. Tunc arguo ſic homo ordinatus eſt ad aliquē finem: ille dꝫ eſſe nobiliſſimus: q: homo eſt nobiliſſimus oīum aīaliū. Non ergo ordinat̄ ad ea que ſunt in hoc mūdo: qm̄ ſcḋm veſtrā doctrinaꝫ hō eſt quodāmodo omniū finis: ⁊ preſertiꝫ rerū huius mundi: ergo ordinatur ad ea que ſunt in alio mundo. Non ad angelos: q: neq; ſecundū veritatē ab illis factus neq; ad eoꝝ imaginē creatus: ſed dei

Beatitudo in hoc mundo eſſe non pōt.

Rō valde efficax ꝙ hō nō pōt beatificari niſi in deo.

ergo deus ſolus eſt vltimus finis illi⁹ ⁊ beatitudo. Inſup oñdit rõ/ne ſic. Quicquid procedit ab aliquo principio ⁊ hꝫ inclinationẽ ad illud: nunq̃ quieſcit donec attingat illud: ſed aīa ꝓcedit a deo tanq̃ a principio effectiue ſcḋm veritatẽ: lꝫ Auicẽ. aliter ſenſerit ⁊ male: ⁊ hꝫ inclinationẽ ad deū: ergo nunq̃ quieſcit donec attingat illū. Pri mū ſic declarat. Nã ſcḋm veſtrã doctrinã philoſophicaꝫ: vnūquodqꝫ natū eſt cōuerti ad illud a quo ꝓcedit: ⁊ ibi eſt perfectus circulus ⁊ ſtatus. Unde quantūcūqꝫ res ducat aſſuefactione vel violentia: ad illud qḋ ſit ꝑter naturã: tñ ſibi dimiſſa redit ad illud qḋ cōuenit ſibi ſcḋm naturã ꝓpriã: exẽpluꝫ de aqua calefacta dimiſſa ſue nature fri geſcit. Et de lapide ſurſuꝫ proiecto: dimiſſuꝫ ſtatim deſcẽdit: omnia ergo redeūt ad principiū vnde ꝓceſſerūt: nec quieſcūt donec illud attingant. Sed hō creatur a deo. Unde ipſe p os Moiſi ait. Facia mus hoīeꝫ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudineꝫ noſtrã. Et ideo aīa eſt a deo p creationẽ ⁊ non ex ſemine per ꝓpagationẽ: ideo additur: creauit igit deus hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ſuam. Ad imaginẽ Dei creauit illū. Imago aūt dei cōſiſtit in anima noſtra quantuꝫ ad pro/prietates naturales. ſ. intellectū: memoriam: ⁊ volūtatẽ: cum opera/tionibus ſuis: ita q̄ iſta tria cum opationibus ſuis repreſentãt trini/tatẽ in diuinis. Et ſic hō ẽ factus ad imaginẽ dei: q̄ñ intellectus vt actu intelligit repñtat filium in diuinis: ⁊ volūtas vt actu amat: rep/ſentat ſpiritū ſanctū: q̄ꝛ filius in diuinis producit per modum intelle ctus: ⁊ ſpiritus ſanctus per modum voluntatis: ⁊ memoria fecunda repñtat patrẽ: qui eſt fons ⁊ principium oīuꝫ perſonaꝝ. Et ſic iſte potentie cum operationibus ſuis: vt ſunt ſub iſtis opationibus rea/liter diſtinguunt adinuicẽ. Sic perſone diuie ſunt realiter diſtincte adinuicẽ. Et ſicut iſte tres potẽtie ſunt eedẽ realiter ⁊ eſſentialr cuꝫ aīa: ita tres perſone diuine ſunt eedẽ eſſentialiter ⁊ realiter cū eſſen/tia diuina. Sic itaqꝫ homo ẽ factus ad imaginem dei ſcḋm animã: q̄ñ in tribus conſiſtit imago: in diuinis: videlꝫ in vnitate eſſentie: in pſonarum productionibus: ⁊ in perſonaꝝ diſtinctionibus: que om nia eo modo quo fieri pōt reperiūtur in anima noſtra. Et ſic deus de terra formauit hominẽ ⁊ fecit eum ad imagineꝫ ſuam. Formauit de terra quantū ad corpus. Et ad imaginẽ quantum ad animã: per quam homo eſt capax dei per cognitionem ⁊ amoreꝫ. Cum igitur omnia entia habentia principiū ⁊ originem ab aliquo principio ad illud inclinantur: nec quieſcūt niſi in illo: ⁊ anima noſtra habeat eſſe immediate a deo: nunq̃ poteſt quieſcere niſi ad illuꝫ perueniat. Et ideo Auguſtinus ait: feciſti nos dñe ad te: ⁊ inquietū eſt cor noſtrū donec requieſcat in te: ⁊ ſic patet prima ratio.

Aīa nr̃a in ſolo deo ordīnate quieſcere poteſt.

In q̄bus conſiſtit imago dei in aīa noſtra.

In tribus conſiſtit imago in diuinis.

Nō ſcd̄a qua ꝓbatur ī hoc mūdo nō eē perfecta felicitas.

Secūda ſumitur ex parte beatitudinis ratione bonitatis. Nā beatitudo optima eſt. Quoniaȝ eſt vltimus humane nature finis. Nec illi pōt eſſe nociua: ſed bona creature alia: ⁊ maxie ea que in terris a multis expetunt̄ ⁊ p̄ter cetera deſyderant̄: vt diuitie: voluptates: p̄ncipatus: honores: vt plurimū nociua ſunt poſſidēti. Quis eteniȝ poſſet breui colligere: quot mala a diuitijs in q̄bus ſtulti felicitateȝ poſuere ⁊ ponunt. Quot ſunt q ꝓpter diuitias interfecti fuerunt ⁊ ſunt in magno diſcrimine: teſtimonia ſunt locupletiſſima: quot veneno necati ſunt: quot in mari ⁊ fluminib⁹ demergunt̄: quot in ſyluis ⁊ nemoribus interficiunt̄: quot carceribus mācipati ⁊ ꝓſcriptioneȝ atq̧ exiliū patiunt̄: o p̄clara beatitudo mortaliū: quā cū adepti fuerint ſecuri eſſe deſiſtunt. Hinc Paulus ſocius nr̄: qui volunt diuites fieri incidūt in tentationē: in laqueū diaboli: ⁊ in deſyderia multa ⁊ nociua: q̄ vertunt̄ in hoīs interitum: ⁊ meus magiſter veritas prima facilius eſt tranſire camelū per foramen acus: quā diuiteȝ intrare in regnū celoꝝ: qm̄ omnis diues violētus eſt. Nō igit̄ in diuitijs beatitudo cōſiſtere pōt: cū ſint tantoꝝ maloꝝ cauſe: ſed vera ⁊ perfecta beatitudo nullū malū poteſt inferre. Nec nr̄a felicitas cōſiſtit in voluptatibus: vt multi ⁊ ſupioris ⁊ huius etatis hoīes obſeruāt quoꝝ venter deus eſt. Et hoc qm̄ oīs voluptas penalitatem quandā relinquit. Tū q̄ hoīs beatitudo nō eſt illi cōis cum brutis. Aliter aīalia eſſent beata in patria illa ſicut ⁊ hoīes: ſi voluptas eſſet oībus cōis eſſent felices voluptuoſi hoīes qui mortē ⁊ corporis ⁊ aīe ꝓcurant ꝓp voluptates: ſciant in ijs beatitudinē nō cōſiſtere: ad quaȝ Deus hoīeȝ vocat: que quidē eſt propriū hoīs bonum ⁊ ſummū bonū cū brutis non cōe. Non cōſiſtit in honoribus ⁊ magiſtratu aliquo: honor.n. in poteſtate eſt alterius: ⁊ nō in poteſtate honorati. Et vt plurimū magiſtratus ⁊ hmōi honores obſunt poſſidentibus magis q̄ proſunt: audiſti quōq̧ Dionyſiū tyrannū timentē cultros tonſorios ⁊ filias ſuas adhibuiſſe ad barbe tonſurā: Et vſq̧ adeo timuiſſe vt ſemp perterritus viueret ⁊ meſtus: quod exēplo gladij ſuſpenſi tenui filo ſignificauit illi quem ad lanciam epularū inuitauit. Quot fuere in prelijs victi: Quot inſidijs decepti: quot magno cū dedecore ſupati: quot interfecti vt hos humanos honores hec flagella humana potius adipiſcerent̄: q̄ eſt iſta p̄clara potētia que ad cōſeruationē ſui ſatis efficax nō inuenitur: hec eſt felicitas aut potius infelicitas humana. Quid dicā: de terre rege potentiſſimo qui a p̄fecto ſuo necatus: nonne contēptui fuit datus olim ſuoꝝ: Quid de Dario perſarum rege victo ab Alexandro: nōne captus ligatus ⁊ cōpedibus aureis detentus letaliter ſauciatus ſolus miſerabiliter

expirauit: Alexāder poſt victorias ⁊ honores in quibus ſuā felicitatē repoſuerat: nōne fuit veneno necatus: qui macedo Alexander magnus dici ⁊ in terris venerari expetebat. Hānibal penoꝝ dux a Scipione victus: nōne ſeipſum veneno īterfecit: qꝛ nō poterat ſubterfugere manus Romanoꝝ. Pōpeius q tot reges oriētis tot maritima prelia ſuperauerat: victus a Ceſare nōne a ptolomeo rege egyptioꝝ in nauicula obtrūcatus eſt. Ceſar dictator ⁊ princeps imperatoꝝ nōne viginti tribus vulneribus a cōiuratis fuit cōfoſſus. Quid eſt vlterius immorandū in iis que fuere ſuperioribus temporibus. Quā iis tēporibus tuis vidiſti aut ſenſiſti Ludouicū Sfortiā Mediolani ducē potētiſſimū ⁊ eius exitū ⁊ finē: qñ captus a gallis fact⁹ eſt illoꝝ ſeruus. Alphōſū regē neapolitanum totius Italie terrorē iam credo te audiuiſſe a gallis expulſum a regno ⁊ in Cicilia tāquam priuatum eſſe mortuū. Federicū Aragonie familie ſplendorem in gallia ⁊ extra regnū ſuū pariter occidiſſe. Hec eſt gloria mundi: hec eſt inſtabilis ⁊ caduca felicitas poſita in honoribus: hoc eſt pmiū huius felicitatis: he ſunt retributiones: calamitas: miſeria: ſeruitus: captiuitas: ⁊ mors onerosa ⁊ inhoneſta. Propterea bñ Iob ſpiritū ſancto edoctus exclamat. 28. c. Nec inuenit̄ i terra ſuauiter viuētiū. Abiſſus: dicit nō eſt in me. Et mare loqtur: nō eſt mecū nō eſt inuēta beatitudo in terra in mūdo ſuauiter viuētiū hoc eſt carnalr viuentiū: ⁊ ſic nō inuenit̄ in delitiis. Abiſſus dicit: nō eſt in me. Abiſſus .i. auarus q nunq̄ dicit ſufficit per opa ſua dicere ſe oſtēdit beatitudo nō eſt in me. Et mare loqtur. i. ſupbus ad modū maris tumens loqtur. i. p opera ſua loqui ſe oſtēdit: ſapiētia. i. beatitudo non eſt in me. Et ſic in ſupbis gloria huius mundi inflatis ⁊ honore ītumeſcētibus vera beatitudo inueniri nō pōt. Querant igit̄ querāt mortales alibi beatitudinē: qm̄ in terris nulla videri ſolet. Tertio ⁊ vltio arguit̄ rōne delitioſitatis: eſt etenī vna ꝯditio felicitatis: q̄ vix exprimi pōt: ſed potius intelligi pōt ⁊ pſertim illius q̄ eſt p cōiunctionem aīe cum deo glorioſo vt iam dicemus inferius a quo tāta dulcedo emanat (vt Auguſtinus recitat in ſermonibus ſuis.) Tāta dulcedo paradiſi cuius gutta maior eſt occeano: qḋ ſi fieri poſſit vt minima illi⁹ gutta in infernū deſcēderet totā dānatoꝝ amaritudinē dulcoraret. Et iō o deus meus: oīa hoībus amareſcāt: vt tu ſolus dulci⁹ appareas animis illoꝝ: q dulcedo es ieſtimabilis p quē oīa amara reddunt̄ dulcia: tua dulcedo lapides torrētis dulces fecit Stephano: tua dulcedo gratiīculā dulcē fecit Laurētio: tua dulcedie ibamus oēs gaudētes a coſpectu ꝯcilii: qm̄ digni habiti ſumus pro nomine Ieſu ⁊ magri noſtri ꝯtumeliā pati: hac Andreas ſecurus ⁊ gaudēs

tilitatis pōt ineſſe ſimul cū alio coꝛpoꝛe non btō in eodē loco: ita ꝙ
vnus locus adequatus vni coꝛpoꝛi tm̄ erit locus duoꝛū: ita ꝙ coꝛ-
pus eiuſdē quantitatis erit ſimul cū alio coꝛpꝛe eiuſdem quantitatis
in loco vnius coꝛpoꝛis adequati: hoc aūt expꝛeſſe tenemus ꝑ fideʒ:
qm̄ Chꝛiſtus natus eſt de Maria virgine: ⁊ remanſerunt integra
clauſtra virginis: aliter virgo Maria non fuiſſet virgo poſt partuʒ:
quod eſt hereticū. Igitur opʒ coꝛpus Chꝛiſti eſſe ſimul cū partibus
illius coꝛpoꝛis: ergo tunc fuerūt duo coꝛpoꝛa ſimul. Preterea xp̄s
ſurrexit clauſo ſepulchꝛo: ꝙ pʒ per mulieres veniētes ad ſepulchꝛū
dicentes. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumēti. Pre
terea Chꝛiſtus intrauit ad diſcipulos ſuos ianuis clauſis: ergo coꝛ-
pus Chꝛiſti tunc fuit cū alio coꝛpoꝛe: tam in exitu a ſepulchꝛo q̄ʒ in
introitu domus: ⁊ qui oppoſitū crederet de facto eſſet hereticus.
Ergo ita eſt ꝙ coꝛpus beati poteſt eſſe ſimul cū alio coꝛpoꝛe in eo-
dem loco. Phi. Satis dura hec tua nobis vī reſponſio: ⁊ contra
noſtra philoſophica eſſe pꝛincipia: immo pꝛima facie ꝯdictionem in
cludere. Tunc enim ſequeret̄ ꝙ daretur penetratio dimenſionum:
quod apud nos eſt abſurdiſſimū. Tho. Uides ne te deceptū eſſe
philoſophe: aliud.n.eſt apparere: aliud eſſe: multa quidē apparent
que non ſunt: ⁊ ideo lʒ aliqua nr̄a limitata ⁊ finita virtute conſyde-
rata: ꝯdictionē videantur includere: re tn̄ vera ⁊ ſimpliciter non in-
cludunt: ⁊ ideo dicimus: ꝙ deus eternus ſua infinita oīpotentia pōt
facere effectū nālem ſine cā nāli: ⁊ cauſam naturalē ſine effectu natu
rali. Pʒ qꝛ pōt facere caloꝛem q̄ eſt cauſa nālis ſine calefactione: que
eſt effectus nālis ipſius caloꝛis: vt pʒ de igne triuʒ pueroꝝ: ſimiliter
poteſt facere effectū nālē ſine tali cā naturali: ſicut virginem parere
ſine concipere: vt fuit in virgine gloꝛioſa. Parere autem eſt effectus

concipere:q: nemo põt parere niſi concipiat de cõi lege. Si ergo Deus poteſt facere cauſam naturalẽ ſine ſuo effectu naturali: ꝛ effectus ipſius corporis qñqȝ ſit adimplere locum q: quantitas eo modo quo eſt:facit latera diſtare:ergo deus poteſt facere corpus beatũ eſſe in eodẽ loco cũ corpore non beato ſine ſuo effectu.i.abſqȝ hꝰ ꝙ repleat eundẽ locũ:ꝛ ꝑ ꝯñs ſine ĩpoſſitate aliqua duo corpora eſſe in eodẽ loco:ſicut põt facere ꝛ de facto multoties fecit calorẽ eſſe ſine cõbuſtione ꝛ calefactione. Et cũ dicis hꝰ eſſe ꝯ̃ veſtrã doctrinaȝ ꝯcedo ꝙ nãliter loquendo eſt ĩpoſſe via nãli duo corpora eſſe ſimul in eodẽ loco:ſicut eſt ĩpoſſe ignẽ nõ cõburere ſtuppã ſibi approximatã:tñ de potẽtia dei abſoluta non eſt ĩpoſſe ſicut pȝ. Et cuȝ dicis hoc eſſe ꝯ̃ rõnem ꝛ impoſſe ꝛ repugnãs. Et ꝑ ꝯñs includere ꝯdictionẽ:dico ꝙ lȝ ſit ꝛ videatur ꝯ̃ rõnẽ nãlem (vt dixi) pro quanto natura hoc facere non poteſt:non tñ ſunt ſimpliciter ĩpoſſia hec: nec ĩcludunt ꝯdictionem. Et quũ dicis ꝙ repugnant. Dicimus ꝙ repugnãtia põt accipi dupliciter. Uno modo pro repugnãtia formali. Alio modo pro repugnantia virtuali. Repugnãtia virtualis eſt inter cãȝ naturalẽ ꝛ oppoſitũ ſui effectus. Verbi grã ſi celũ ex hac materia ꝓduceret vermen:ꝛ agens fortius ſuperueniret ꝛ induceret in eadem mã formam aliquã oppoſitam forme vermis:puta formã ignis:iſte virtualiter opponetur celo. Formalis aũt repugnãtia eſt inter illa q̃ ſcd̃m ſuas rationes formales ꝛ ſuos effectus opponuntur:ſicut calidũ ꝛ frigidũ:humidũ ꝛ ſiccuȝ:albũ ꝛ nigrũ:que nõ tm̃ opponuntur per ſuos ꝯ̃rios effectus:verũ ẽt per proprias formas. Dico ergo ad argumentũ cũ dī ꝙ duo corpora eſſe ſimul in eodẽ loco repugnãtꝫ ꝛ ꝑ ꝯñs ſunt ĩpoſſia ꝛ includunt ꝯdictionem. Dico ꝙ ea q̃ formaliter repugnant vt albũ ꝛ nigrum:calidũ ꝛ frigidũ nullo pacto pñt eſſe ſimul vera:q: ſi iſta poſſent eſſe ſimul vera:albuȝ ꝛ nigrũ:tũc vt deducit phs ꝯdictoria poſſunt eſſe ſimul vera. Ea autẽ que tm̃ virtualiter repugnãt ſicut cã naturalis ꝛ oppoſitũ ſui effectꝰ:lȝ virtute creatã non poſſint eſſe ſimul vera:q: virtus creata non põt facere cauſaȝ naturalẽ ſine ſuo effectu naturali:vt pȝ de igne:tñ virtus infinita vel ſumma potentia dei hoc facere põt:ꝛ multoties de facto fecit. Sic ergo in propoſito:duo corpora eſſe ſimul in eodẽ loco repugnant non repugnantia formali:ſed tm̃ virtuali.i.ꝙ vnũ corpus repleat totum locum ſibi adequatum:qui eſt proprius effectus naturalis ipſiꝰ corporis. Et ideo aliud corpus non poteſt eſſe ſimul in eodẽ loco:cũ deus hoc facere põt vȝ ꝙ ſit ibi ꝛ non repleat illuȝ locũ: ſicut põt facere ignem non cõburere ſtuppã ſibi preſentem:ꝛ calorẽ non calefacere:ꝛ hoc per dotem ſubtilitatis. Talis aũt dos ſubtilitatis nõ eſt

aliud

aliud q̄ non repugnantia ſiue ſibi non repugnare ad coexiſtendum alteri corpori:ſicut perfectio anime beate eſt debitus ordo ad gloriam: ſic perfectio corporis eſt debitus ordo:vt ſit cum alio corpore:ad libitum voluntatis ſiue ad coagēdum illi alteri licet non glorioſo.Et ſic p3 reſponſio ad argumentū.Decuit certe ſponſum eternum ſponſam dilectam ſibi.i.aiam noſtrā ſic dotare.Congruit ēt ſūme ſapiētie vt ſicut totus homo in preſenti vita merebat̄:ſic ſm diuinam iuſtitiam totus homo p̄miaretur:⁊ ſicut aia beata h3 ſuas dotes.i.claram ⁊ apertam viſionem ⁊ fruitionē diuine eſſentie: ſic corpus beatum h3 ſuas dotes ſibi competentes:que ſunt claritas : impaſſibilitas:ſubtilitas:atq3 agilitas.Et hoc eſt quod dicitur ſapientie tertio.Fulgebunt iuſti:⁊ tanq̄ ſcintille in arundineto diſcurrent. Si fulgebunt ergo habebunt claritatem:ſi iuſti ergo habebunt impaſſibilitatem ſiue immortalitatē. Sapientie primo iuſtitia eſt perpetua ⁊ immortalis.Si ſint ſcintille ergo habebunt ſubtilitatē. Si diſcurrent ergo habebunt agilitatem:in ijs quattuor igitur dotib9 conſiſtit glorificatio corporis.Quale putas gaudiū ⁊ qualē letitiā aut iocunditatem ineſſe animabus ſanctiſſimis:que lingua exprimere poſſ3:aut effari:hoc eſt illud quod nec oculus vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:hec ſunt que preparauit deus diligētibus ſe:gaudebit profecto illa anima beata non tm̄ diuina viſione ⁊ fruitione qua cum deo erit immediate coniuncta:⁊ vt ſpiritus vnus cum eo effecta : non tm̄ corporis ſui claritate:impaſſibilitate: agilitate:⁊ ſubtilitate:non ſolum de aureolis.ſ.virginitate:matrimonio:caſtitate:⁊ predicatione.Gaudebit ḡ non tm̄ intra ſe vt ſatis eſt dictū:verū ēt gaudebit extra ſe:infra ſe: ⁊ ſupra ſe.Gaudebit ex̄ ſe ad ſociationē omnium ſanctorum ex parte charitatis:merito quiſq3 tm̄ gaudebit alterius bono ſicut proprio.ſ.extenſiue hoc eſt de numero gaudiorū:ſed nō intenſiue.i.non eodē affectu.Gaudebit aia pp ſeraphin beatorum ardorem diuine charitatis:beatorum cherubin ſplendorem eterne claritatis:thronorū equitatē diuine maieſtatis: dominantium dominationem ſupra eos excellentem. Gaudebit ⁊ magnificentia principatuū in inferioribus:de poteſtate beatorū virtutum miracula facientium erit leta:de authoritate beatorum poteſtatum malignos ſpiritus coercentium:erit iocūda de arcangelorū beatorum dignitate ſuperiora nunciantium:iucundiſſima de beatorum angelorum agilitate minora nunciantium : erit gaudioſa quād cum aſpiciet Patriarchar̄ humilitatē ⁊ ſimplicitatem:Prophetarū credulitatem ⁊ fidelitatem:Apoſtolorum charitatem ⁊ magnā dilectionē.Martyrum ſtabilitatem ⁊ patientiā.Confeſſorum pietatem

⁊ clementiā. Uirginū caſtitatē ⁊ continentiaȝ. Uiduarū abſtinentiā ⁊ benignitatē: ſicqȝ beatus quilibet alterius bono gaudebit ⁊ exultabit: ꝙ tam horribiles impios ⁊ crudeles hoſtes infernales per diuinam clementiā ſuperauerit ꝙ tam horrendum chaos ⁊ interminabiles cruciatus per diuinā clementiā euaſerit. Gaudebit ſupra ſe cōtéplans feminā ⁊ hominē: feminā omniū ꝯditoris genitricem Regine celeſtis virginis matris deiferam claritatē: que viſio omniū celeſtium mentes mirabiliter letificabit. Que lingua dicere: quis intellcs excogitare ſufficiat: quantum gaudium generat beatis ſpiritibus videre illam beatā matré miſericordie ⁊ pietatis: iam non recūbenteȝ cū paruulo vagiente in preſepio: cui oēs chori angelorū famulant: non fugiens turbata cū eo in egyptū erit: ſed gaudens in regno celorꝫ. Nā ille aſcendit in celum: herodes deſcendit in infernum: certe non cogitabit intellectus illam vociferantem ⁊ clamantē. Quis mihi det vt ego moriar pro te fili mi: cum ſtaret prope vnigenituȝ morientem ⁊ pendentē in patibulo: ſed iam ſuper oēm puraȝ creaturā exaltatam in trinitatis palatio. Gaudebit contemplando holeȝ: hominē dico hominis conditoreȝ: dei ⁊ hominis mediatorē in ſua clarificata humanitate Jeſum fratrem noſtruȝ quondā abiectum ⁊ deſpectū nunc regnantem ⁊ oibus imperantem: cui poteſtas eſt eterna que non auferetur ab eo: ⁊ regnum eius non corrūpetur: hic eſt ille rex qui in veſtimento hȝ ⁊ in femore ſuo ſcriptum: rex regum ⁊ dominus dn̄antium. Quam glorioſuȝ excellentiſſimi illius regis regnum: in quo cum chriſto regnant oēs ſancti: cuius lex veritas eſt ⁊ pax vita ⁊ eterna claritas: qui nec pluralitate regnantium diuidit: nec participatione minuitur: nec numero diuiditur vel confunditur: nec in equalitate deordinatur: nec loco circumſcribitur: nec motibꝰ variatur: nec tempore hic finis optatus Jeſus chriſtus oium deſyderiorūȝ finis: in quo vera conſiſtit beatitudo: que eſt omniū bonorum ſtatus aggregatione perfectus: ad quem ſtatum nullus peruenit niſi per vltimā reſolutionē: ad eum quippe qui fons eſt ⁊ omniū bonorum origo: ⁊ naturalium ⁊ gratuitorum: ⁊ temporalium eternorum: ⁊ corporalium atqȝ ſpiritualiuȝ. Bene de ſeipſe dicit. Ego ſum alpha ⁊ omega principiū ⁊ finis. Eteniȝ ſicut per verbū dei oia eternaliter producuntur: ſic per verbum carni vnitum recuperantur promouentur ⁊ finiūtur: ac propterea dictus eſt Jeſus quoniaȝ non eſt aliud nomen hominibus ſub celo datum niſi in eo: in quo poſſit ſalus obtineri. At ſi conuertar ad paradiſi gaudia: ſanctorum ⁊ beatorum letitiam: quis ea poſſet aliquando verbis cōſequi. Nō poſſunt ea numerare Arithmetici: non menſurare geometrici: non

ſermonibus explicare grammatici: ⁊ dialectici:non elegantia rhe/
torici ornare:tot ſunt que numerari non poſſunt:tanta que menſu/
rari nequeunt:tam precioſa que non poſſint eſtimari: tam copioſa
vt non valeant terminari:ibi ſtultitia eſt ſalomonis ſapientia: defor/
mitas pulchritudo abſolonis: tarditas abſabelis velocitas: augu/
ſti regnum paupertas: longeua etas Mathuſalem eſt mortalitas:
o anima vitam illam amplectere: vbi vita ſine morte: iuuentus ſine
ſenectute:lux ſine tenebris:gaudium ſine triſtitia:pax ſine diſcordia:
voluntas ſine iniuria:regnum ſine commutatione: ibi eſt actio non
operoſa:requies non tedioſa:laus dei ſine fine:eſſe noſtrū ſine mu
tatione:noſſe ſine errore:amare noſtrum ſine offenſione:ibi erit can
dor lucis eſtiualis: amenitas vernalis:abundantia autumnalis: re/
quies hyemalis. Recedat ergo o anima omnis amor preſentis vi/
te:⁊ accedat odor vite aduenientis:vbi nulla aduerſitas:nulla neceſ
ſitas grauat:nulla moleſtia inquietat:ibi aberit omnis deformitas:
omnis corruptio ⁊ tarditas:ibi ſimiles erimus angelis dei: ⁊ ſi non
etate ſaltem felicitate. Nam quod promittit fide non capitur:ſpe nō
attingitur:charitate non comprehenditur:deſyderia tranſcendit: ac
quiri poteſt:eſtimari non poteſt:quoniam ipſe ſolus deus infinitus
obiectum erit ⁊ noſtra beatitudo: ⁊ premium: qui non niſi a ſeipſo
comprehenditur. PHILO. Audiui ⁊ attentiſſime ꝯſyderaui quā
ta de eterna eſſentiali ⁊ accidentali beatitudie omni memoria ⁊ lau/
de digniſſima dicta fuerint. Quis non libentiſſimo animo crucifixi
ſequatur veſtigia:⁊ ſuaue domini iugum amplexetur:cum nec ocu
lus viderit:nec auris audiuerit: nec in cor hominis aſcenderit: qđ
(vt optime dixiſti)deus ſe diligentibus preparauit. Solutis ergo
philoſophicis argumentis ſancte fidei articulos optie edoctus pri/
cipis aulam ingredi feſtino:⁊ hilari vultu illius ſeruitutem quam tā
to tempore concupiui:ſubire deſydero:ſed dum hec tacita cogita/
rē mente a naturalis habitu philoſophie:qui de difficili a ſuo ſubie
cto eſt mobilis:excitato qui me ſemper ſtimulat nec vnquam quie/
ſcere permittit: non parue adhuc occurrunt difficultates: oportet
enim de illius regni beatitudine nos eſſe certos:in quo ſine fine: ſi/
ne timore:⁊ paſſione ſeu perturbatione aliqua poſſimus permane/
re:quia cum alterum ſit opus amittere:qui illud poſſidere regnum
voluerit:nemo enim(vt opinor)vtriuſqꝫ poteſt ſeculi frui conſola/
tione:aut hic gaudere ⁊ ibi:quod ſi non eſſet quid nobis prodeſſet
ob breue futurum gaudium omnia huius mundi bona ſpernere ⁊
ac floccipendere:⁊ ſeipſum abnegare:⁊ propterea dilecte Thoma

vt meus quietus ſit animus ⁊ omnia vmbra ⁊ ſophiſtica diſcedat ra
tio:tria mihi vellem eſſe certiſſima ⁊ clara:que ſcire vehementer cu/
pio:ne ſit ergo tibi moleſtum audire: auditaq; ac dubitata ſuper/
no ac ſuaui eloquio tuo ſoluere:vt ſincera mente ac quieto animo
ſummo poſſim domino deſeruire:tria itaq; quero. Primum vtrum
beatitudo ſit ſine fine duratura:⁊ que eſt cauſa huius durationis: ⁊
an poſſit ab aliqua creatura ſiue deo interrumpi. Secundum vtrū
beatitudo poſſit poſſideri in tali ſecuritate vt neq; ab aliqua creatu
ra neq; a deo poſſit auferri: ſiue in tali poſſeſſione moleſtari aut ti/
mere. Tertium vtrum in ipſa beatitudine poſſit eſſe aliquod odiū:
aut inimicitia ſiue triſtitia. Th D. Adhuc dubitas: noſtris reſpon
ſionibus videris diffidere:⁊ ab habitu philoſophico non potes re
cedere:exiſtimabam illis auditis extemplo ⁊ ſine temporis morula
nos te vocaturum ad principis aulam comites:vt te duxiſſe memini
⁊ ad illius ſeruitutē tota mente corde ⁊ opere aduolaturum: ſed vi
deo dubitata acuta quidem ⁊ arguta quorum expectas reſolutio/
nem:crede mihi optabilius eſſe illuc ad dominum aduolare ⁊ ſim/
pliciter ⁊ puro corde illi adeſſe: q̄; vlterius dubitare: illic enim vn/
decunq; ſatiaberis:vt tuba ꝓphete reſonat. Tunc ſatiabor cū appa
ruerit gloria tua. Illic non vlterius dubitabis: clara tibi erunt om/
nia:que nunc videntur tibi enigmata: ⁊ quia non decet ad extremū
omnia vertere ſed pleniori animo ſatiſfacere: ⁊ propterea ad tua
dubitata ⁊ queſita ſoluenda ſponte ſtatui accedere. Et ad primum
quum queris:vtrum beatitudo ſit duratura ſine fine ⁊c̄. Reſpon/
deo:verbis prime veritatis que nec fallere nec falli poteſt: noſtram
beatitudinem expectandā in celeſti patria abſq; dubio ſine fine du
raturam:ſic Matheus recitans verba Dei viuentis ait. Ibunt iuſti
in vitam eternam. Et iterum erunt ſicut angeli dei. Et propheta ait
in ſecula ſeculorum:laudabunt te:omitto infinitas pene ſanctorum
authoritates: etenim niſi ſit immortalis beata vita eſſe non poteſt:
igitur ſine fine. Nam ſi amitti poteſt aut igitur beatus amittit eam
nolens:⁊ tunc non eſt beatus:quoniam non habet quicquid vult:
aut volens:aut neq; volens neq; nolens:⁊ ad vtrumq; iſtorū mē/
brorum ſequitur ꝙ non eſt beatus:quoniam beatitudinem non ha
bet:immo ſi volens amittit odit eam: ſi neuter non appreciat eam:
ergo non eſt illa vita beata. Preterea ſicut dicimus de viſione cor/
porali:ſic dicimus de viſione ſpirituali. Nam quod aliquis non vi/
deat quod prius videbat poteſt eſſe ex quattuor cauſis. Prima eſt
ſi potentia videndi deficiat: ſicut cum homo excecatur. Secunda

quum obiectum viſibile puta color vel lux ſe ſubtrahit. Tertia quū diapbanū ꝓpter quod coloratū: vel lux defertur ad viſum auferur ſiue obūbratur. Quarta quū voluntas vidēdi ſe ſubtrahit: puta cū aliqs non vult amplius videre qđ prius videbat: ſed ꝓpter nullam iſtarum cauſarum poteſt eſſe: ꝙ qui videt deum in patria deſinat illum videre. Non ꝓpter primā: qm̄ intellectus beati nunq̄ deficit: nec eſſe deſinit: cum ſit incorruptibilis ⁊ immortalis. Nec viſio diuine eſſentie deſinit ex parte obiecti ipſius beatitudinis: q: deus nunquā ſe ſubtrahit a beato: cuius ratio eſt triplex. Prima qm̄ deus eſt omnino immutabilis ideo ſemper eodem mō ſe h3. Secunda q: nunquam elongatur a nobis niſi quantum nos elongamur ab eo. Tertia q: ſubtractio beatitudinis eſt maxima pena: ⁊ nunq̄ poteſt fieri a iuſto iudice niſi precedat culpa: que in ijs qui vident deū eſſe nō poteſt. Quarta q: viſio eſſentie diuine nō amittitur ex parte medij ſ. luminis glorioſi a beatis in quo beatus eſſentiā dei videt. Cuius ratio eſt: quoniā lumen glorie tam ex parte dantis q̄ ex parte recipientis eſt incorruptibile. Nam ſecūdum dantis ⁊ recipientis conditionem oportet vt detur ⁊ recipiatur. Quinta ratio viſio diuine eſſentie non amittitur a beatis ex parte voluntatis: quia voluntas beati a viſione diuine eſſentie nunq̄ recedere pōt: ex quo percipit in illa viſione vltimā ſuam felicitatē eſſe: ſicut non poteſt non velle eſſe felix. Et ratio eſt qm̄ impoſſibile eſt ꝙ quis a bono qđ habet ⁊ fruitur velit diſcedere niſi ꝓpter quattuor cauſas. Prima eſt q: voluntas illud habet ⁊ reputat malū. Secūda quoniā reputat imperfectum. Tertia ſi eſt maioris boni impeditiuū. Quarta q: illud bonum habeat in ſe adnexum faſtidium. Ex ijs quattuor cauſis oſtenditur impoſſibile eſſe: ꝙ voluntas videntis deum a viſione dei velit recedere. Prima ratio eſt: q: voluntas ſicut nihil reſpuit niſi ſub ratione mali. Ita nihil appetit niſi ſub ratione boni. Appetit autem voluntas fruitionem dei igitur in fruitione Dei non poteſt eſſe aliquod malum. Secunda ratio quia illud bonum eſt ſufficiens: ⁊ ſic voluntas non poteſt non velle videre deum eo ꝙ viſio dei ſit optimum ⁊ perfectiſſimū bonū ad quod homo peruenire poteſt. Tertia ratio voluntas non vult aliquod bonum quādo eſt impeditiuū maioris boni: ⁊ ſic voluntas non poteſt nō velle videre deū eo ꝙ deus nullius boni eſt impeditiuum: immo a deo eſt omne bonū ⁊ ſine eo nullū bonū eſſe pōt: vnde deus eſt vera ⁊ ſuma vita in quo ⁊ a quo ⁊ per quē beata ſunt oīa: ⁊ quo ſunt beata: deus eſt a quo auertere eſt cadere: cōuertere eſt ſurgere: in quo manere exiſtere: a quo exire mori. Quarta rō q: volūtas nō vult bonū q: h3 annexū

faſtidium. Et hoc mō volūtas non pōt nō velle bonū: qḋ eſt videre
deū eo ꝙ eſſentia diuina intellectū beatum nunq̄ faſtidio afficit. Et
ꝑpea volūtas beati nunq̄ pōt velle: ꝙ intellectus viſione dei aliqū
priuet. Scḋo ſic oē qḋ ad ſuū finez naturalr̄ inclinatur: non pōt ab
eo remoueri niſi per violentiā alicuius ſuperioris: ṗʒ de graui cum
proĳcit ſurſuz: ſed oīs creatura rōnalis naturalr̄ tendit in hunc finē
ſ. vt deum videat per eſſentiam: ⁊ ideo hac viſione dei creatura pri/
uari non pōt: niſi per violentiā alicuius ſuperioris: ſʒ deo a quo eſt
omnis noſtra beatitudo nulla virtus ſuperior eſſe pōt: immo omnē
virtutē excedit in infinitū: ideo dei viſio amitti nō pōt: ergo ſine fine
eſſe beatitudinē noſtrā neceſſe eſt: ⁊ per ꝯn̄s perpetuā. Et ſic patet
quātū ad primā particulā primi dubĳ. ſ. ꝙ beatitudo eſt perpetua.
Et ſine fine quia eterna. Quantū aūt ad ſecūdā particulā illius du/
bĳ de cā ꝑpetuitatis huius beatitudinis. Dico circa hoc diuerſos
ſenſiſſe diuerſa. Aliq̄ dixerunt ꝙ viſio ⁊ fruitio diuine eſſentie hʒ eſſe
formalr̄ neceſſaria: cauſalr̄ ſiue effectiue a deo. Et ꝑ ꝯn̄s eſt ꝑpetua
⁊ incorruptibilis ſicut forma ſubſtantialis celi: ⁊ etiam forma accidē
talis. ſ. perſpicuitas in celo: luminoſitas in ſtellis eſt forma incorru/
ptibilis de quo minꝰ videtur. Igitur a fortiori ſuprema ꝑfectio ani/
me noſtre. ſ. viſio ⁊ fruitio deitatis erit formaliter incorruptibilis.
PhI. Iſthec tua rōnſio ſeipſaʒ videt deſtruere: tuʒ q̄ directe ꝯ̄ ſua
theologica principia: que apte oſtendūt nihil aliud eſſe a deo neceſ
ſariū: cuius oppoſitū dicere videt: tum q̄ nō videt ſatis efficax: q̄m
quum anima noſtra ſit ꝑfectior ipſa viſione ⁊ fruitione deitatis. Pa
tet quia anima noſtra eſt ſubſtātia: ⁊ beatitudo eſt accidēs: ⁊ anima
noſtra non eſt ex ſe formaliter neceſſaria: ſed contigenter a deo cōti
genter cauſante. Igitur nec beatitudo eſt ex ſe formaliter neceſſa/
ria adeo hec reſponſio nō videtur ſatis idonea.

¶ De cauſa perpetuitatis noſtre felicitatis veritas nona. Cap. 9

IhO. Dicimus bone ⁊ diſerte iuuenis ꝙ nihil
aliud a deo eſt formalr̄ neceſſariū vel ſimplr̄ cō
tinges: ſecundū doctrinam ſacram: tamē aliqḋ
creatum dicitur habere eſſe incorruptibile pro
quanto non habet cōtrariū: vel non poteſt de/
ſtrui ab aliquo creato: ⁊ aīa noſtra ⁊ forma celi
⁊ ea que immediate creant a deo non poſſunt
deſtrui ab aliqua creatura: ſed tantum a deo pn̄t annihilari ipſo nō
conſeruante. Et ſic pōt dici ꝙ beatitudo noſtra eſt incorruptibilis:

tamen ex hoc nō ſeqtur φ ſit ex ſe perpetua:niſi poſſibiliter ꝛ in potentia hec dixiſſe volui contra opinionē que tenet beatitudinē eſſe formaliter neceſſariam:quod non eſt verum. Aliqui vero dixerunt aliter φ cauſa perpetuitatis noſtre beatitudinis eſt hec:ſcilicet quia intellectus noſter clare ꝛ intuitiue de neceſſitate nature videbit diuinitatem:cum ſit potentia mere naturalis:ꝛ ſtante preſentia obiecti ſcilicet diuinitatis:non poterit non videre:ꝛ voluntas nō poteſt nō frui obiecto: clare viſo ꝛ oſtenſo:qa in illo obiecto nulla eſt ratio mali:nec defectus boni. Et per conſequēs voluntas de neceſſitate fruet:ꝛ intellectus de neceſſitate videbit. Et ſic ipſa beatitudo erit perpetua ꝛ incorruptibilis. PHILO. licet hec ſecūdā ratio quandā habere videatur apparentiā:non tñ ſoluta eſt dubitatio: immo in ſuo videtur robore pmanere. quia lꝫ intellectus nr̄ nāli neceſſitate videat obiectū preſens ꝓportionatū:tñ voluntas non nāli neceſſitate fruitur illo obiecto clare viſo:qm̄ volūtas p ſuā libertatē lꝫ nō poſſit odiſſe illud obiectū:cum nulla ſit ratio mali:nec defectus alicuius boni:ſaltē ex ſua libertate poſſet ſuſpendere actū ſuū: ita vt nec vellet:ſiue amaret:nec odiſſet:nec illa neceſſitas vidēdi eſt ſimpliciter neceſſitas:ſed tm̄modo eſt neceſſitas ſi obiectū preſens moueat intellectū:hoc aūt obiectum. ſ. eſſentia diuina reſpectu intellectus creati (vt veſtra tenet doctrina) eſt obiectum voluntariū contingens:ꝛ per cōſequens neqꝫ ex parte intellectus eſt neceſſariū ſimpliciter:cum illud obiectū non moueat intellectū noſtrum de neceſſitate:neqꝫ ex parte volūtatis:quia voluntas nō de neceſſitate fruitur illo obiecto clare viſo. Et p ꝯſequens reſpōſio ad ꝓpoſitum ſatiſfacere non videtur. THO. Aliqui aūt dixerunt aliter:φ cā perpetuitatis nr̄e beatitudinis erit:qm̄ intellect⁹ eleuabit per lumē glorie:qḋ lumē neceſſitabit intellectū ad ſemp videndū Deū:ꝛ voluntas erit neceſſitata per charitatē ad ſemp fruendū. Et ſic beatitudo erit ꝑpetua:qm̄ potētie erunt neceſſitate per habitū ad operandū. PHI. Iſta reſpōſio minime ſatiſfacit:qm̄ vt nr̄a tenet doctrina habitus non poteſt eſſe prior cauſa φ̄ potentia in operatione ſua:ſed ſemper ſecunda:qm̄ illud eſt potētia quo ſimpliciter poſſum⁹. Unde habitus non vtitur potentia:ſed potētia habitu:ſicut cauſa ſcḋa e inſtrumēto:cauſa aūt prior nō determinat ad agendū ꝛ per cōſequens non neceſſitatur ad agendū per ſecundā:ſed econtra. Preterea beata Maria habuit in vita maiorē charitatem φ̄ aliquis beatus alicuius gradus inferioris vt vos dicitis:ꝛ tñ illa charitas non neceſſitabat eā ad fruendū:qñ contēplabat deum. Preterea eſto φ lumen glorie neceſſitet illum ad videndum obiectū deū preſens:tñ

ſi voluntas ſit cauſa imperans illam viſioné pót nó imperare: cótin/
genter eniȝ cóiungit illá intelligentiá memorie illius / obiectiq̃ꝫ có/
tingenter amat. Ut aút ꝙ quiliber habeat ſic cótingenter: cóiungere
qm̃ in gignitione verbi pfecti cócurrit volútas: ſic copulás. Iſta aút
viſio eſt verbú ſcóm ipſum. Sequitur igitur ꝙ nó eſt neceſſitas neceſ/
ſaria ex habitibus determinátibus potétias ad actus: ſed tm̃modo
ex habitu glorie eſt neceſſitas ſcóm qd: qꝛ habitus eſt neceſſario in/
clinatiuus: nec ex charitate talis neceſſitas eſt in volútate: qꝛ talis li/
bere poteſt vti charitate: vel nó vti: nó ergo iſta rńſio mihi ſatiſfacit.
Propterea rogo ⁊ obſecro dicut ſoles ſńiam tuá vt in illa quieſcaȝ.
Th. D. Ut videre videor ſatis acutis ꝑterite ipugnare fuerút róni/
bus opiniones nec facile recitate in oppoſitú rónes ⁊ arguméta ſol/
ui pſſit: vereor tñ ſi tot diſertorú doctoꝝ recitatis opinionib' acqeſce/
re més tua nó potuit: ne ⁊ exigue vires nr̃e ille ſatiſfacere ⁊ quietaȝ
reddere valeát: nec miror: cú taȝ acuti ⁊ ſublimis videaris ingenij: ⁊
philoſophicis imbutus ſis diſciplinis. Ph I L. Tanta.n. de ſupna/
turali ⁊ diuino eloquio habita experientia: nulla nobis poterit dif/
ficultas accidere: qn maxima cú facilitate a te videat ⁊ ſit ſoluta: certe
tui intellectus ⁊ animi nó diffido claritudini: táto ꝑſertim illuſtrat'
ſplédore: dic ergo benigne Thoma vt ſoles. Th D. Non poſſum
tuis honeſtis ⁊ iuſtis petitionibus nó condeſcédere: itaqꝫ qd hortari/
ris faciam. Dico ergo ꝙ cá huius perpetuitatis non eſt hoc ꝙ ipſa
btitudo ſit formalr̃ neceſſaria: nec ꝙ ille potentie neceſſario operé/
tur circa obiecta vt dixiſti ⁊ bene: nec etiam habitus in potentijs
quaſi neceſſario determinans potentias ad perpetuo operandum:
ſed ex ſola voluntate diuina: que ſicut perficit' naturam intenſiué. ſ.
ipſa viſione ⁊ fruitione diuine eſſentie: ita conſeruat eam in tali eſſe
perfectionis perpetuo: ita ꝙ voluntas diuina ſic vult concurrere
ad actum fruitionis ꝙ nullo modo vult concurrere ad oppoſitum
fruitionis: ⁊ ſic illa beatitudo erit eterna: ⁊ hoc ex diuina ⁊ eterna le/
ge quaȝ ipſe fecit. Et ratio eſt quia beati ſunt in termino vie: ⁊ ideo
non poſſunt amplius mereri aut demereri: ſed tunc premiabuntur:
⁊ ideo beati erunt in cótinua dei viſione: ⁊ fruitione ab ipſa volúta/
te diuina: ſic aſſidue illá ꝯſeruáte diuina lege. Et dánati punient pe/
nis ꝑpetuis ⁊ ſempiternis. Ph I. Audiui quo btitudo erit eterna
⁊ q̃ ſit cá perpetuitatis: qm̃ nulla eſt cá intrinſeca in beatis neceſſaria
ſimpl' talis ꝑpetuitatis: ſꝫ ſolú volútas diuina ſic cótingéter ⁊ libere
volés ꝯſeruare ⁊ ꝯtinuare btitudiné illaȝ: in hoc exorit difficultas ⁊
nó parua: quo ergo michael erit impeccabilis. Ná niſi ſibi intrinſe/
cú habet qn cótingéter operetur: ⁊ ꝑ ꝯñs pót non frui. Et ita peccare

⁊ ſic

⁊ ſic beatus nō erit beatus:imo ſimul ⁊ ſemel erit beatus ⁊ nō bea/
tus:qḋ vī īplicare ꝯdictionē.Th.D. Dico ꝙ beatus ē īpeccabilis
in ſenſu cōpoſito : hoc eſt ꝙ nō pt eē ſimul beatus ⁊ peccare : nō tñ
in ſenſu diuiſo ideſt ꝙ manēs beatꝰ nō hꝫ potētiā ad peccandū:pōt
intelligi dupl'r:vel ꝙ habeat aliqd ſibi ītrinſecū cui repugnat poſſe
peccare:aut ꝙ nō poſſit peccare ꝑ aliquā cāꝫ extrinſecā ꝓhibenteꝫ
peccata ſiue potētiā ad peccādū.Et hoc de potētia ꝓpinqua : ver/
bi grā. Quāuis hōs viſuꝫ habeat potētiā intrinſecā vidēdi qḋcūqꝫ
corpus:tñ pōt ꝑ aliquā cām fieri ꝑpetuo īpoſſibilis ad videndū de
potētia ꝓpinq̄:puta ſi illa faciat ꝑpetuā diſtātiā viſus ab illo corpo
re:ſicut ſi eſſet obſtaculū ꝑpetuū inter celū empireū ⁊ oculū dāṅati:
ille oculus nō poſſet videre celū empireū:loquēdo de potētia pro/
pinqua.Et hoc ꝑ cāꝫ extrinſecā ꝓhibēteꝫ potētiā ꝑpetuo:poſſet tñ
videre potētia remota ⁊ intrinſeca:ita ꝙ nulla cā eſſet intrinſeca im
poſſibilitatis.Sic dico ꝙ nulla eſt cā intrinſeca in volūtate michae/
lis nūc beati:ꝑ quā excludat potētia ad peccādum in ſenſu diuiſo.
Nō eſt aūt cā intrinſeca ꝓhibēs iſtā potentiā diuiſo reduci ad actū:
ſed ꝑ cām extrinſecā eſt īpoſſe potētia ꝓpinqua ad peccādū:vꝫ ꝑ vo
lūtatē dei ꝑuenientē illā volūtatē vt ſemꝑ continuet actū fruendi: ⁊
ita nunq̄ poſſit potentiā ſuā remotā nō fruēdi vel nō peccandi red
ducere ad actū:q: nunq̄ cā ſcḋa ꝑuenta a cā ſupiori agente ad vnū
oppoſitoꝝ:pōt potentia ꝓpinqua ad aliud oppoſitū exire in actū.
Cōcedo ergo ꝙ infert ꝙ michael ſit beatus ⁊ ſit peccabilis in ſenſu
diuiſo:ideſt ꝙ beati hñt voluntateꝫ cui nō repugnat poſſe peccare:
tñ illa potentia nunq̄ pōt exire in actū pecādi : q: deus ſic cōtinuat
actū viſionis ⁊ fruitionis:ꝙ nunq̄ vult cōcurrere ad oppoſitū.i.ad
peccatū.Et ſic pꝫ quantū ad ſecundā particulā poſitā ad primā du
bitationē.Ph.JL. Diſtincte ſatis venerāde Thoma de nr̄e perpe
tuitate btitudinis ac cā quātū ad primā pticulā attinet necnō de ꝑ/
petua ⁊ incōmutabili illius ſecuritate quantū ad ſcḋaꝫ audiuimus ⁊
ꝑcepimus:adeo vt īpoſſibile ſit aliquē in tali cōſtitutū ſtatu ac poſ/
ſeſſione ab aliqua poſſe creatura moleſtari ac ꝑturbari:in qbus di/
uinis potius q̄ humanis rōnibus tot ac tāta memoria digna fuerūt re/
uelata ac pateſacta myſteria : qbus mea q̄etata vī aīa ac ſatiata:dic
rogo quantū ad tertiā ⁊ vltimā huius prime dubitationis particu/
lā:an in ipſa beata ac felici noſtra beatitudine aliqḋ poſſit eē odiuꝫ
ſiue triſtitia aut inimicitia.Th.D. Omni ⁊ iuſtitia ⁊ equitate plena
tua vī eē petitio:a qua ob tui amorē deſiſtere nec poſſum nec de/
beo:vt ⁊ mens quieſcat tua:⁊ omni remoto impedimēto ac pertur
batione ſummo valeas principi deſeruire. Ad tertiā ergo particu/

lam poſitã in dubitatione: vz: an beatitudo poſſit ab aliqua creatu ra ſiue a deo interrũpi. Dico breuiter ꝙ loquẽdo de poſſibili ſiue de potẽtia abſoluta beatitudo põt interrũpi aut nõ ↄtinuari: tã ex parte creature. ſ. volũtatis fruẽtis ꝙ̃ ex pte dei. P. h J. O dictũ mi rabile ⁊ alias penitus inauditũ: qs. n. credere poſſet ac ꝑcipere aĩas nr̃as actualr̃: clare diſtincte: ⁊ intuitiue diuinitatẽ videre ⁊ illa non frui: ⁊ maxime de cõprehẽſoris actualr̃ per charitatẽ eleuata volun tate loquẽdo: intelligibile nõ vr̃: ⁊ in eſſentia diuina nulla ſit rõ ma li: nec defectus alicuius boni: imo eſt formalr̃ infinita intẽſiue: vt ve ſtra eſt doctrina. Et ꝑ ↄñs volũtas ſit neceſſitata ad amandũ. Et ꝑ ↄñs nõ põt nõ frui. Th O. Magna quidẽ videnť iã dicta: ſi cã m cõſyderenť: q̃ cõi lege fiunt ⁊ a naturali curſu ꝑcedũt: non aũt ſi que ſpãli gr̃a ⁊ abſoluta potẽtia: ſi ergo ſũmã dei ↄſyderabis potentiã: multa q̃ ĩpoſſibilia videnť ⁊ erunt apparebũt facillima. Dico ergo ꝙ lʒ intellectus cõprehẽſoris clare ⁊ ĩtuitiue videat eſſentiã diuinã: et ſit eleuatus ꝑ charitatẽ: nec rõ ſit alicuius mali nec defect⁹ boni: tñ volũtas abſolute loquẽdo eſt tãte libertatis ꝙ lʒ nõ poſſit odiſ ſe illud obiectũ. ſ. eſſentiã diuinã: cũ nulla ſit rõ mali: nec defect⁹ bo ni: põt tñ ſuſpẽdere actũ ſuũ: nõ amãdo: nec odio hñdo. Et ſic nõ cõ tinuare beatitudinẽ ſiue fruitionẽ: nõ. n. includit ↄ̃dictionẽ ĩtellectũ intuitiue videre diuinitatẽ ⁊ volũtatẽ non frui illa. Multo magis h̃ põt fieri ex pte dei. Cũ volũtas diuina mere libere ⁊ ↄtingẽter cau ſet viſionẽ ⁊ fruitionẽ diuine eſſentie: ⁊ ꝑ ↄñs btitudo põt interrũpi ſiue nõ ↄtinuari: tñ loquẽdo de facto ⁊ de potẽtia dei ordĩata: neqꝫ volũtas creata neqꝫ volũtas diuina ꝑt ipſã btĩtudinẽ interrũpere: q: volũtas cõprehẽſoris nõ põt nõ ↄtinuare illã fruitionẽ. Nã ſicut intellꝯ dãnati nõ põt nõ ↄſyderare ignẽ affligẽtẽ. Et volũtas nõ ꝑt nõ triſtari: q: volũtas diuina de facto detinet tã intellm̃ q̃ volũta tẽ in tali ↄſyderatione: ⁊ de potẽtia ordinata alr̃ nõ põt facere. Sic intellꝯ cõprehẽſoris de facto detineť a volũtate diuina in continua cognitione ⁊ fruitione diuine eſſentie: ⁊ adeo determinauit ↄcurre re ad actũ fruitionis ⁊ viſionis ꝙ nullo mõ vult cõcurrere ad oppo ſitum. ſ. ad peccatum: quoniam ſi pro aliquo inſtanti non frueretur: peccaret. Patet igitur quantum ad tertiam particulam poſitam in dubitatione: ꝙ licet de potentia dei abſoluta beatitudo poſſit in terrumpi ſiue non continuari: tamẽ de potẽtia ordinata ⁊ de facto nullo modo põt non continuari. Et ſic pꝫ quantũ ad primã dubita tionẽ. P h J. Plene audiui quãtũ ad primã attinet difficultatẽ ⁊ ei⁹ partes philoſophicas oẽs ſolutas eſſe rõnes: dic obſecro quantum ad ſcõm principale: vt ad finẽ q̃ celerrime veniamus: ⁊ principijs au

iam ingredi poſſimus. Th.D. Faciā q̄ libentiſſime. Dico ergo ad ſcōm principale:cū queris vtrū beatitudo poſſit poſſideri in tali ſecuritate:ꝙ neqꝫ ab aliqua creatura neqꝫ a deo poſſit auferri:ſiue in tali poſſeſſione perturbari.

¶ An ulla creatura anima beata moleſtari pōt in ſua beatitudine veritas decima. Cap.10.

Si loquamur de potētia ordinata ⁊ de facto: neqꝫ creatura aliqua:neqꝫ deus pōt illā auferre: ſiue in tali poſſeſſione moleſtare: aūt turbare:q꞉ (vt ſup̄ diximus) lꝫ deus d̄ potētia abſoluta poſſet btitudinē illā moleſtare ⁊ ꝑturbare:imo ſimplr̄ annihilare:q꞉ eſt pura creatura. Et ſilr̄ voluntas cōprehēſoris poſſit ex ſua libertate ſuſpēdere actū ſuū. ſ. non amando nec odio habendo:tñ deus īſtituit ⁊ ordinauit ſemꝑ velle ꝯcurrere ad ꝯtinuandā viſionē ⁊ fruitionē in beatis. Et ſilr̄ voluntas cōprehenſoris de neceſſitate non pōt nō ꝯtinuare ⁊ frui:q꞉ deus ſic ordinauit velle ꝯcurrere ad illā operationē:ꝙ nunq̄ꝫ vult ꝯcurrere ad oppoſitū. Et ſic ſunt ſecuri ⁊ certi de ſua beatitudine ⁊ eterna poſſeſſione:q̄ꝺ neqꝫ a deo neqꝫ ab aliqua creatura p̄nt moleſtari aut turbari. Ph.J. Breui colloquio ⁊ diſtincto ſermone: q̄ꝺ de beatoꝝ ſecuritate dictū fuit audiuimus:⁊ quēadmodū tā ex dei q̄ꝫ ex voluntatis cōprehenſoris parte de abſoluta dei potētia interrumpi nō p̄t. Dic q̄ſo qd ſit iſta ſecuritas ⁊ certitudo quā h̄nt beati: ⁊ q̄uo illam cognoſcunt:⁊ ſi cognoſcant illā ꝑpetuā:verum ex puris nālibus ſiue rōne nāli an vero hec tm̄ habeant īmediate a deo ꝑ reuelationē. Th.D. Quanto magis procedis:tanto acutius ad dubitandū moueris. Conabor ⁊ acutius r̄ndere:ne videar tuis dubitationibus ſuccūbere. Jam aderit locus ⁊ hora in qua potius eris paratus r̄ndere q̄ꝫ dubitare:nā locus ille tui principis ⁊ nr̄i: certitudinis eſt ⁊ non dubitationis:vbi hec argumenta nullius ſunt pōderis ⁊ vileſcunt apud eū in quo oīa ſunt clara ⁊ fuerunt ⁊ ſemꝑ erunt:cogita igit̄ potius de acceſſu q̄ꝫ de petēdis vlteriorib' dubijs. Ph.J. Cogitaui ⁊ in hoc ſuꝫ. Itaqꝫ citius me expedias:vt illuc mecū aduenire valeas. Th.D. Expedio. Cū q̄ris qd ſine q̄lis ſit iſta ſecuritas quā h̄nt beati de ſua beatitudine:debes h̄ intelligere:ꝙ ſicut timor ⁊ ſecuritas ſunt oppoſita:⁊ ꝑ ꝯn̄s ſimul eſſe nō p̄nt:⁊ ſicut timor eſt de malo infligendo ⁊ ꝯtinuando ꝓcedente tñ apprehenſione talis mali:ſic ſecuritas eſt de bono dato vel dando ꝯtinuato ꝓcedēte certitudine talis boni ꝯtinuati in īntellectu:nalē ḡ certitudinē h̄nt beati

Q̄ão btī co-gnoſcūt bea-titudinē eſſe perpetuam.

q: ſunt ſecuri ⁊ certificati tale bonū eis collatū ſemp eſſe ↄtinuādū: ⁊ ſic pʒ quātū ad pimū. Et quū vlterius q̄ris: an beati cognoſcāt beatitudinē illā in ſe eſſe ꝑpetuā: an vero ratione nāli hec ſciant: an imediate a deo habeant ꝑ reuelationē. Rñdeo ꝙ beati non cognoſcūt beatitudinē illam in ſe eſſe ꝑpetuā: q: in ſua eſſentia ⁊ q̄ditate non includit ꝑpetuitatem vt ſupra diximus de eā ꝑpetuitatis ⁊ beatitudinis. Nec cognoſcunt ꝑ rōnē nālē: qm̄ nulli creature pōt eſſe notuʒ ꝑ rationē nālē illud qḋ ↄtingenter dependet a voluntate diuina ſola ⁊ imediate. Cū nō libere ⁊ ↄtingenter operet ad extra hmōi eſt beatitudo creata. Dico ḡ ꝙ talis certitudo ⁊ ſecuritas eſt imediate a deo ꝑ reuelationē. Et ſic pʒ rñſio ad ſcōm dubiū pncipale.

Nulla paſſio perturbans cuʒ beatitudine eſſe poteſt veritas videcima. Cap. ii.

AD tertium pncipale: quū q̄ris: vtruʒ in beatitudine poſſit eſſe odiū ſiue triſtitia ſiue inimicitia. Dicimus ꝙ cū odiū ⁊ amor ſint oppoſita. Et ſilr̄ gaudiū ⁊ triſtitia: ſequit̄ ꝙ non pnt eſſe ſimul in eodē ſubiecto: ⁊ lʒ delectatio cū ſit paſſio operatiōis non ſit de eſſentia beatitudinis: q̄ ↄſiſtit in opatione: ⁊ ſilr̄ gaudiū: ⁊ intellectus ⁊ voluntas beatoꝝ ſint replete gaudio: amore: ⁊ delectatione de neceſſitate ſequit̄ ꝙ ibi non pōt eſſe odiū ſiue triſtitia. PHI. Pace tua dixerim Thoma: cū me multa ad dubitandū inducāt ⁊ reddant inquietum non poſſum (fateor) non dubitare. Bene percepimus ibi non poſſe eſſe odium ſiue triſtitiam: cū beati ſint repleti tanto gaudio ⁊ letitia ⁊ delectatione. Sed cū di. ꝙ delectatio ſiue gaudiū nō eſt de eſſentia beatitudinis: mihi ſatis durū vr̄: q: tunc ſequeret̄ ꝙ beati eſſent beati ſine illiꝰ delectatione ⁊ gaudio. Hoc aūt nō vr̄ rōnabile ꝙ quis clare videat deū: ⁊ tn̄ nullā habeat dlectationē ſiue gaudiū. Antecedens pꝫ: q: ſi delectatio nō eſſet de eſſentia beatitudinis. Et deus pōt ſeparare oīa illa que non includunt ↄdictionē. Sequit̄ ꝓpoſitū ꝙ q̄s poſſet clare videre deū: ⁊ non delectari. Preterea: vr̄ ꝙ beatitudo nō eēt ꝑfectio: ſi gaudiū aut delectatio eēt de eſſentia beatitudinis ꝗ ſit ſic amiſſa. Cū igit̄ beatitudo ſit maxima ꝑfectio ipſius beati: ſequitur ꝙ ſit de eſſentia beatitudinis: maxime ſcōm ueſtā doctrinā beatitudo eſt vltimū bonum. THO. Adhuc a phie fundamentis: principijs: ⁊ acumine non diſcedis: ⁊ tua ſubtilitate ſophiſtica argumentaris: ecce q̄ iā in ianuā veniſti: ⁊ ꝓpe es: tito ḡre expedias: lʒ q: argumenta ⁊ adducte rōnes magnā hēre vident̄ apparentiaʒ:

lʒ minima

ꝫ minima eoꝝ ſit exiſtentia:que inſoluta maneat: ⁊ ꝫ nos videant cō
cludere rñdeo nam ſtricte ⁊ ꝓprie accipiendo beatitudinē: delecta
tio ſiue gaudiū non eſt de eſſentia beatitudinis: quia cū gaudiū ſiue
delectatio ſit paſſio operationis: ⁊ beatitudo ɔſiſtat in operatione:
cū ꝑ illā potentia ɔiungat cū obiecto ⁊ nulla paſſio eſt de eſſentia ⁊
q̄ditate ſui ſubiecti: ſequit̄ ꝙ delectatio ſiue gaudiū nō eſt de eſſen
tia beatitudinis. Et cū dī ꝙ beatitudo non poteſt eſſe ſine gaudio
⁊ delectatiōe: ergo ſunt de eſſentia beatitudinis. Dico ꝙ nō ſequit̄:
q: ſilr arguā. Viſio nō pōt eſſe ſine fruitiōe: ergo eſt de eſſentia frui
tionis nō ſequit̄. Silr dicā fruitio nō pōt eſſe ſine viſiōe ergo eſt de
eſſentia fruitiōis falſum eſt: cū viſio ſit opatio intell̄s: ⁊ fruitio volūta
tis: realr̄ ⁊ diſtinguant̄. Dico ꝗ ꝙ abſolute pt̄ viſio ſepari a gaudio
ſine ɔdictione. Et cū dicis ꝙ tunc videret ⁊ non gauderet. Dico ꝙ
hoc eſt verū ſꝫ nō eſſet ex ꝑtate ſua: ſꝫ diuina: q̄ ɔſeruat viſionē ⁊ nō
gaudiū. Ad ſcḋm ⁊ vltimū dico: ꝙ verū eſt ꝙ btitudo eſſet ꝑfectior
ſi gaudiū eſſet de eſſentia eius ⁊ ſibi non repugnaret; vt ſi ſapientia
eſſet de eſſentia hoīs: ⁊ ſibi nō repugnaret: homo eſſet ꝑfectior. Sꝫ
hoc non pōt eſſe q: cū gaudiū ſit paſſio ɔñs actū beatificū non pōt
eſſe de eſſentia beatitudinis. Quia de illud qḋ eſt de eſſentia alicui⁹
ſuo modo ꝓcedit ſiue eſt prius eo. Et ex alio latere cū ſit paſſio de
neceſſitate eſt poſterius. Et ſic idē realiter eſſet prius ⁊ poſterius ſe
ipſo. Et ꝑ ɔñs repugnat ſibi eē de eſſentia beatitudinis Et ex h̄ ſeq
tur gaudiū nō eſſe de eſſentia beatitudinis: imo ꝙ ſibi repugnat. Et
ſic pꝫ rñſio ad argumēta. Nunqd habes qḋ vlterius petas. P. D. J.
Satis ſupq̄ ſatis habui q̄ peterem: ſꝫ multo plura q̄ audire. Nam ſi
incepero ab illo ſene venerādo Petro gradatim: ⁊ in oībus ordie
dubitatis ⁊ ſolutis vſqꝫ ad Thomā: ingenue fateri poſſuꝫ ⁊ fateor:
oīa ꝑcepiſſe: quibus creditis ⁊ obſeruatis ad alta celi palatia ⁊ ad
principis domū que q̄rimus aditus pōt facilius patere. Non eſt qḋ
dubitem: oīa ſunt mihi clara: q̄ faciunt ⁊ ſunt neceſſaria ad illius prī
cipis ſeruitutē: ſiue in patre: ſiue in filio: aut in ſpiritu ſancto: ⁊ in vni
tate ⁊ illoꝝ trinitate in filij genitura: paſſione: reſurrectione: aſcēſio
ne: iudicio: ⁊ oīpotentia: ⁊ alijs dictis preſertiꝫ a te quo ad beatitudi
nē eternā in qua erit requies beatoꝝ: ⁊ in oībus: q̄ ipſe noſti ⁊ audi
ſti mecū cū oībus ijs p̄ntibus ⁊ aſſiſtentibus: qbus oībus q̄ntitas
debeo grās verbis ɔſeq non poſſuꝫ. Vnū rogo: peto: ⁊ obſecro: li
ceat mihi vobis ducibus ⁊ comitib⁹ meis bonis tāti principis aulā
ingredi: illū adorare: illi ſeruitutē meā ꝑpetuo offerre: ⁊ grām illius
ɔſequi vt eius brachio ⁊ potentia valeā tutus ab hoſtibus cōtinue
me inſequentibus viuere: ⁊ ad pedes crucifixi mei dñi Jeſu Chriſti in

cuius ſanguine ſaluі facti ſumus oẽs alaꝫ expirare ⁊ mori. Tũc factũ eſt qđ ſcribiť: gaudiũ eſt oĩbus angelis ſuper vno peccatore penitẽciã agente: exultantibus. n. ⁊ iubilantibus Apoſtolis oĩbus obtulerunt deo ouẽ q̃ perierat; q̃ gratis accepta reducta ẽ in partẽ dextrã vt beatitudine frueretur eterna: poſt martyria in corde ſemp habita ⁊ opere ꝓ crucifixi dñi noſtri ⁊ Ieſu Chriſti amore: ⁊ ꝓpterea merito frequẽs habuim⁹ in nr̃is ſermocinationib⁹ ⁊ ratiocinijs thema. Iudei ſigna petunt: Greci ſapientiã: Nos autẽ p̃dicam⁹ xp̃m crucifixũ.

¶ Explicit opus diuina opitulãte gr̃a de articulis fidei: Raymundo de porcellis inter Principes Iapigie Clariſſimo: ⁊ ſuo dño Benemerito dicatum: anno ab incarnatione Dñi. 1535. Idibus Martijs. In quo lꝫ oẽ datũ optimũ ⁊ oẽ donum ꝑfectũ de ſurſum ſit. (teſte Iacobo Apoſtolo) multa ex propria intentione cõtinenť: ꝓpterea ſaluo ſemp meliori iudicio in oĩbus dictis meis ſancte Romane eccleſie pedibus me ſubmitto. Si qđ tñ bonitatis fuerit ĩ eo attribuatur ſoli Deo. At ſi qđ imꝑfectionis proprie aſcribatur ignorantie. Nam intellectus humanus tam fallere q̃ꝫ falli poteſt. Deus aũt cuꝫ ſit veritas infallibilis nullo modo errare poteſt: qui ſit benedictus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

FINIS.

¶ Correctiones nõnullarum dictionum per inaduertentem impreſſorum feſtinationem impreſſarum.

B. fol. 6. a fronte line. 26. imꝑfectius pro ꝑfectius a tergo line. 12. cuter pro neutra a tergo linea. 23. finita pro infinita. C. folio. 9. a frõte linea. 10. hereſit pro hereſcit: linea. 22. ſol pro ſolem. D. folio. 17. a tergo linea. 26. de neceſſitate nature ꝓ de neceſſitate a tergo linea vltima in inſtant pro in inſtanti. E. folio. 29. a fronte linea. 19. niſi ꝓ ſi nõ a tergo linea. 27. ⁊ ſpiritui ſancto pro ſpiritui ſanto. E. folio. 30. a frõte linea. 21. preceſſiſſet pro proceſſiſſet. F. folio. 33. a tergo linea. 23. vita pro via. folio. 35. a fronte linea. 22. idẽ pro ideſt. folio. 36. a tergo linea. 3. qa pro qua. folio. 38. a frõte in multis lineis p̃diſtinatio ꝓ p̃deſtinatio. F. folio. 35. a tergo linea. 36. in fine dialogi ſic eſt adortus: ꝓ Andreas ſic eſt adortus. G. folio. 45. a fronte linea. 33. datus ꝓ nat⁹. H. folio. 50. a fronte linea. 31. operatas ꝓ operatus. I. folio. 58. a frõte linea. 10. aquile pro aquila. a tergo linea prima. atũ pro aũt. K. fo/

lio.67.a fronte linea.29.iuſtas pro iuſtus.folio.70.a tergo linea.21. iudicum pro iudicium.foli o.71.a fronte linea.16.minis pro nimis.L. folio.78.a tergo linea.16.pupilli pro pupillos.M.folio.82.a tergo linea.24.multiplicif pro multiplicatur.N.folio. 89.a tergo linea.30. dic.pro dico.Q.folio.113.a tergo linea.20.ferris pro feris.folio.120. a tergo linea.21.certem pro certam.S.folio.131.a fronte linea.36. oē pro eſſe.

ROMA

REGISTRUM.

A B C D E F G H I K L
M N O P Q R S.

Omnes ſunt quaterni preter A B qui ſunt duerni: & S qui eſt ternus.

Impreſſum Venetijs in Aedibus Aurelii Pincij Veneti. Anno Domini. 1515.
Menſe Auguſto.